













HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMVS II.



NEAPOLI MDCCCIX

EX REGIA TYPOGRAPHIA

ERUDITO LECTORI.

Habes denique, Lector erudite, Papyrorum Herculanensium tomum alterum. Tamdiu post, inquies, quam primus editus in lucem fuit? Non diffitemur ipsum multo serius, quam opinio non solum tua, sed etiam nostra tulit, in publicum prodire. Sed tute potes, vel nobis silentibus, per te intelligere, quaenam potissimum causa extiterit, quae tam diuturnam huic operi moram adtulerit, quominus ante hoc tempus in hominum conspectum prodiret. Nosti enim, quam misera fuerit temporum proxime superiorum conditio, quum reges potentissimi, bellicosaeque nationes terra marique iterum saepiusque signis infestissimis inter se concurrerent. Universa ferme Europa, ut reliquas Orbis terrarum partes praetereamus, belli incendio ardescere visa est: neque ulla fuit tam reposita regio, quo non vel arma, cladesque, vel armorum, cladiumque metus pervenerit. Neapolitanum vero nomen quot, bone Deus! hujusmodi procellarum fluctibus objectum fuit; cum semel iterumque non solum externi belli, sed etiam intestini, civilisque odii flammis conflagrare vidimus. Quamobrem quis bonis artibus, atque Musis, quae nobile otium requirunt, locus esse potuit inter armorum strepitum, militumque licentiam, cum doctrinae fere omnes vulgo invisae, despectaeque silescerent! Quid vero quod papyracea volumina cum reliqua Herculanensi gaza hostiles impetus pertimescentia, hinc enavigare, et in Siciliam se recipere coacta sunt, ubi tribus ferme annis exularunt? Cum vero iterum se in patriam receperunt, eorum exempla, quae fidelissime delineata, et quanta maxima per nos diligentia emendata jam fuerant, in illa rerum perturbatione deperdita fuisse invenimus, ac deploravimus. Necesse hinc fuit ex integro illa exscribere, atque emendare: opus sane longum, atque laboriosum. Tum denique aereis tabulis consignari coepta sunt. Quae hactenus perstrinximus, fortasse ni fallimur, apud justos rerum aestimatores ab omni nos desidiae nota satis superque expurgabunt.

Adcipe nunc, optime Lector, quid ex effossis papyris nunc in apricum proferamus. Non pauca quidem erant earum volumina jam evoluta, quibus obstetricias manus, ut in lucem venirent, admoveramus: Et quidem plura inscripta *περι ρητορικης*, plura item *περι ποιησεως*, plura *περι κακιων, και των αντικειμενων αρετον*, unum *περι Φαινομενων, και σημειωσεων*, aliud *περι οργης*: atque omnia eumdem illum Philodemum, cujus quartum *περι μουσικης* librum edidimus, auctorem praeseferentia; cum forte fortuna alia se prodidit papyrus, quae etsi satis male habita, hanc tamen epigraphen consignatam habebat: *Επικουρου περι Φυσεως* IA. Continuo cognovimus undecimum ex illis triginta septem libris esse, quos retulerat Laërtius ab Epicuro sub hoc titulo conscriptos. Quantam vero nobis haec inventio salivam civerit tute facile conjicere potes, optime Lector. Quapropter nulli pepercimus vel labori, vel diligentiae, ut reliquos tanti nominis adsequeremur libros. Quotquot fuere volumina ejusdem moduli, vel magnitudinis, vel formae tentare

coepimus, nec frustra; subinde enim alterum prodit cum eadem epigraphe signatum nota B, tum vero tertium cum nota IΔ; tum quartum cum nota IE; tum quintum cum nota K; tum denique sextum cum nota KH. Prodierunt praeterea et alia quinque, in quorum uno non satis internosci quitum est, qua nota distinctum fuerit: in aliis quatuor numeralis nota omnino evanuerat. Ex omnibus tamen vix quinque sunt, e quorum laciniis aliquid expiscari diligens lector, et peritus queat, ceteris tam laceris, et obliteratis, ut non nisi Auctoris nomen, et desiderium reliquum nobis sit. Ut ut tamen adverso fato adciderit, nihilo tamen minus celeberrimum Epicuri nomen postulare a nobis jure visum est, ut in lucem publicam, omissis in praesentia omnibus aliis, volumina haec propediem vindicarentur. Epicuro igitur manum admovimus, et hisce residuis ejus libris in rectum ordinem digestis, a secundo, qui est a primo proximus, ordiemur, eundemque cum undecimo nunc tibi exhibemus, ambos opera et studio Antistitis Caroli Rosinii inlustratos.

Quid porro in hac Papyro adornanda, ut honeste, neque incomte in publicum prodiret, praestiterimus, non pluribus hic te, Lector, morabimur: quidquid enim in Philodemo annis superioribus concinnando operae, industriaeque posuimus; eamdem in Epicuri cultu, ornatuque diligentiam, et solertiam adhibuimus. Itaque Papyrum ipsam suas in columnas dispertitam eadem magnitudine, ac forma, eodem characterum ductu, contextuque verborum exprimendam curavimus, quae in *αυτογραφω* visuntur. Imo lacunas, scissurasque easdem, quibus casu, quicumqne is demum fuerit, dehonestata Papyrus est, repraesentavimus: omnia demum, ut paucis rem expediamus, quae *αυτογραφον* praeseferebant, summa fide exscripsimus. Singulis autem columnis e regione respondet textus integer minusculo, ut aiunt, vulgatoque charactere, ea quidem ratione, ut versus cum versu congruat, neque ab *αυτογραφω* ulla in re discrepet, praeter interstitia, notasque vocabulorum, commatum, et periodorum, quae recentiores librarii solent adhibere. Praeterea litteras, syllabas, et voculas etiam, quae detritae erant, de nostro supplevimus, sed rubrica pinximus, quo vel primo obtutu dignosceretur, quid per nos fuerit redditum auctori. Latine porro Epicurum convertimus, sed quoad eius fieri potuit, *κατα λεξιν*: quum scilicet graecanicae linguae ingenium a latiali non abhorreret.

Breves cuique columnae adnotationes subiecimus, quum res postulare videbatur, ut vel auctoris sententia illustraretur, vel, si qua vocula suppleta foret, ratio redderetur.

Ad extremum autem librum reiecimus Commentarios nostros, in quibus quaenam sit in unaquaque columna philosophi mens, et ratio clare proposuimus; tum integrum cuiusque columnae textum liberiori quodam dicendi genere sumus persequuti, in eoque operam dedimus, ut Epicurus ad latialis linguae indolem proprius accederet, quam quum idem, ut antea dictum est, *κατα λεξιν* versus a te perlectus est. Atque hic lacunas, quae in textu occurrerunt, quasque religio nobis fuit in *αυτογραφω*, vel coniectura ducti, vel ingenio complere, sine ulla dubitatione complanavimus, quum ipsa argumenti ratio nos eo veluti sponte sua deduceret. Ut autem quid de nostro textui admensum fuerit, facile intelligeres *cursivo*, ut aiunt, charactere id exscribendum curavimus. Atque haec de Epicurea Papyro praefatos nos esse satis sit.

Ve-

Verum est aliud, quod hic te, Lector erudite, volumus. Inter Herculanenses papyros non paucas invenimus, et quidem voluminosiores, quae latinis characteribus exaratae fuerunt: quumque illae prae reliquis salivam nobis cierent, incredibile dictu est, quantum operis, industriae, ac temporis insumtum fuerit in iis evolvendis, in quibus pretiosum aliquod Romanae litteraturae κειμελιον inventum iri sperabamus. Sed adverso fato oleum, atque operam, ut aiunt, perdidimus. Huiusmodi enim volumina sive ex loci natura, ubi obruta diu iacuernnt, sive potius ex ipsa papyri fabricatione, quodam resinoso glutine adeo scatent, ut conspissata folia revolvi aegre admodum queant, atque evoluta nonnisi sparsim fugientes hinc inde vel voculas, vel syllabas, vel litteras exhibeant, abrasis aliis, atque deletis. Quare nonnisi frustula et fragmenta exscribere licuit, e quibus nulla exsculpi potest sententia, etsi alias prorsa, alias versa oratione decurrere cognovimus: sunt enim, in quibus hexametrorum clausulae leguntur. Nec omnino tamen inutilia dixeris: ex iis enim Romanorum characterum palaeographiam concinnavimus, quam suo tempore dabimus. Sed tandem quinto ab hinc anno dimidiati cuiusdam voluminis fragmentum emersit, heroico carmine conscriptum, quod legere datum est: etsi auctoris nomen fors nobis invidit; quippe inscriptum de more oportuit in superiori margine, quo decurtatum volumen est.

Quoniam vero solemne nobis hactenus fuit in unaquaque editorum voluminum praefatione singulare aliquod κειμελιον, quod cum reliquis recenseri non quiret, producere, atque illustrare; idcirco latinum huiusce Carminis fragmentum in hoc volumine, tamquam promulsidis loco proferre decrevimus, et cum litterato orbe communicare, ne diu eiusdem desiderio teneantur eruditi.

Habebis igitur heic et latinam Papyrum a nostro socio Nicolao Ciampittio supplemento et adnotationibus adornatam. Sed pauca in antecessum commentari operae praetium ducimus.

Ac primum quid hoc poëmate contineatur, et quis ejus sit auctor, hoc loco definire oporteret; sed utrumque non ita factu facile haberi debet, ut vel paucis absolvi possit, vel nullus dubitationi locus relinquatur. Papyrus enim haec nostra superiori, maximaque sui parte exsecta prosiluit e tenebris: ea vero, quae ex calamitate superfuere, vix tertiam totius voluminis summam conficiunt, nec, quod magis dolendum est, continenti serie decurrunt. Sunt quidem certe reliquiae quaedam superstites in ima singularum Columnarum parte exaratae, quae a superioribus, quibus adnectebantur, malo fato decisae vix dici potest quantum caliginis offundant lectoribus. Velut enim *disiecti membra poetae* neque secum ipsa cohaerere possunt, nec facem cuipiam praeferre, cujus luce certis insistat vestigiis, aditumque sibi ad poëtae artificium, ad poëmatis οικονομιαν, ad illud denique, quo opus universum referatur, aperiat. Atque ab eadem porro caussa profectum est, ut lacunae, quae plurimae in hisce fragmentis vastaeque alicubi occurrunt, difficillime, nec nisi plane hariolando, complanari potuerint, nullam ipsius sententiae ductu opem afferente.

Verum enim vero vix ante quinquennium huius Papyri per urbem rumor dispersus fuit quum duplex animis hominum nostrorum insedit opinio: scilicet eo poëmate bellum ab Octaviano adversus M. Antonium susceptum, Actiacam victoriam, et devictam Aegyptum celebrari: ipsum ve-

vero poëma Vario vati augusteae aetatis praestantissimo acceptum referri debere. Quam sane opinionem id temporis multorum sermone tritam, et pervagatam nec reiicere omnino, nec calculis nostris comprobare audemus.

Quod quidem ad alterum attinet; ecquis praestare ausit, eiusmodi bellum, et victoriam hoc poëmate fuisse celebratam, cuius vix liber unus, isque capite truncatus, ac tertiam fere partem decurtatus ad nos pervenerit? atque pars haec tertia non uno tenore fluat, sed fragmenta sint a superioribus abrupta, et decerpta? adhaec hiulca passim et lacera oculis usurpentur, ut alicubi sententia exsculpi nequeat? Eodem porro accedit, quod his fragmentis personae cuiusdam, seu, si mavis personarum, quae fortasse in poëmate non postremas agebant, intertextae sunt orationes: quae quidem, ut fieri solet, latius, liberiusque evagantur, atque ad plurima digrediuntur, quae licet ad argumentum necessaria minime sint, claritatem tamen, aut certe ornatum non mediocrem afferunt poëmati universo. Perlege, sodes, columnas II. III. IV. tute potes observare, inibi non poëtam ipsum persequi argumentum suum, et quae rerum ratio poscebat, per se describere: sed personam nescimus quam, inductam fuisse ad dicendum: cui certe licebat ad ea digredi, quae sibi videbantur ad rem non inopportuna. Quod si volumen integrum haberemus, ubi omnia perlustrare comodo nostro, contemplarique possemus; quantum hae digressiones lucis, aut ornamenti parerent poëmati facile dignosceremus; in Papyro vero capite membrisque pluribus mutilata, ejus, ut ita dicamus, pedes tantum fatum servavit; ipsae hae digressiones fieri nequaquam potest, quin offundant tenebras spissiores.

Finge tantisper animo, Lector (liberae enim sunt mentes nostrae, et quidquid volumus, facillime possumus repraesentare) finge, inquam, unicum Virgilii librum ad nos perennasse; nec nisi quasdam ipsius libri lacinias in ima cuiusque paginae ora descriptas te prae oculis habere, si tibi accurate perlegenti, alibi Iunonis secum indignantis, alibi Aenaeae tempestate iactati orationes intercisae illae quidem, tacitisque nominibus occurrerent; possesne divinare quidquid ex iis expiscareris, ad Aeneidem Virgilianam pertinere? ac si forte fortuna coniectares; possesne tuto, ac sine ulla haesitatione affirmare? Neminem sane, qui id faceret, in seseque reciperet, extiturum censemus.

Verum quemadmodum non audemus, uti praediximus, tanquam exploratum compertumque pronunciare bellum ab Octaviano cum M. Antonio gestum hac Papyro consignatum fuisse; ita non audemus praefracte id pernegare, si quis in eam sententiam divinando, coniiciendoque adduceretur. Quod ex eadem fragmentorum nostrorum obscuritate consequi nemo non intelligit: ubi enim nihil certae lucis oboriri potest, alius aliud quasi per ipsam caliginem tentabundus investigare sibi videbitur, quod tu si non verum, veri certe simile esse fatearis necesse est, modo conjecturae non invalido plane tibicine fulciantur.

Ac ne dissimulare quid hic videamur, multus sane in his carminibus sermo est de Aegypto. Videsis col. alteram, ubi de Pelusio a Caesare vi capta iniecta est mentio, atque illius intexitur oratio, qua milites a subruendis urbis moenibus dehortatur. Dio quidem lib. LV. quum de Pelusii expugnatione loqueretur: *Dum haec fiunt*, inquit, *Caesar Pelusium etiam vi quantum ad speciem, revera autem Cleopatrae proditione cepit*. Plutarchus vero, qui M. Antonii res stilo uberiore in eius vita persequutus

quutus est, Pelusio expugnata, rumorem Alexandriae disseminatum fuisse scribit, Seleucum urbi praefectum clam a Regina admonitum Caesari illam prodidisse. Qui sermones in belli praesertim calamitatibus quam crebo exoriri soleant, quam temere credi, quam cito in vulgus differri, norunt universi. Licet enim urbs illa multo validoque praesidio firmata fuerit; quod, ut ex Hirtio de bello *Alex.* XXVI. discimus, *Aegyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio veluti claustris munita existimatur*; tamen quid Romanorum militum virtuti impervium illa tempestate fuit? Cleopatra vero, quemadmodum idem scriptor memoriae prodidit, quo se de eius rei suscipione Antonio purgaret, Seleuci conjugem liberosque ipsi permisit supplicio, si videretur, afficiendos. Haec autem ideo nos hic adnotare voluimus, ut saltem in dubium Dionis narrationem revocaremus, ne si quis Caesarem nullo militum labore, nulloque discrimine, sed Seleuci proditione Pelusio potitum arbitraretur; Cesaris ad militem oratio a poëta eo loco interiecta importuna plane et ridicula videretur. Neque culpandi erimus, si Plutarchum Dioni hoc loco praeferamus: nam quin ille Olympum Cleopatrae medicum, et perfamiliarem, harum, ut ipsemet tradit, rerum scriptorem, ac testem αυτοπτην prae oculis in pertexenda Antonii vita habuerit, dubitari non potest.

Porro, ut ad Papyrum redeamus, si col. III. perlustraveris, Alexandrum urbis in Aegypto principis conditorem, et Actiacos triumphos a poëta commemoratos invenies. Nec deerunt, qui Cleopatram ibi designatam fuisse arbitrentur: post enim *triumphos Actiacos*, statim subnectitur: *cum caussa fores tu maxima belli*, *Pars etiam imperii*, et quae ibidem sequuntur. Quemadmodum col. IV. eadem Cleopatra de Antonio loquuta esse videri cuipiam poterit illis verbis: *Est mihi coniunx Parthos qui posset Phariis subiungere regnis.* Notae enim sunt Antonii militares in Parthos expeditiones; etsi postrema non solum successu caruerit; sed etiam copiae magna clade adcisae extremum paene periculum adierint. Iam autem perlegito columnam VII. *Haec Regina gerit*, inquit poëta: deinde inducitur illam *Atropos inridens inter diversa.... Consilia interitus*: quae non immerito in Cleopatram quadrare existimaveris. Illa enim vix inita apud Actium pugna, quum neutram in partem adhuc victoria inclinaret, in Aegyptum aufugit. Ibi rebus suis diffidentem, ne Romam triumphi honestandi caussa, quod maxime erectae indolis femina extimescebat, a victore perduceretur, plura iniisse mortis sibi consciscendae consilia testis est in vita Antonii idem Plutarchus. Siquidem facto complurium venenorum in capite damnatos periculo, quum partim celeriter quidem, sed magno cum cruciatu; partim vero licet sine acerbitate, serius tamen quam vellet, mortem adferrent; omnia repudiavit, aspidemque statuit, sicubi opus foret, adhibendam, quae, levi quodam impresso morsu, somnum placidissimum induceret, ac sine ullo doloris sensu, brevi post tempore hominem sudore quodam per os, et membra diffuso exanimaret.

Postremo quae eadem columna exarata sunt, observato: *cum parte Senatus*, *Et patriae comitante suae cum milite Caesar Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit*, *Signaque constituit sic omnes terror in artus*. Hic profecto si quis contenderet, poëtam de Caesare Octaviano verba facere, non videmus, quo telorum genere de sententia deturbari posset. Plutarchus enim, quem saepe laudavimus, in Antonii vita commemoravit, Caesarem, hieme exacta ex Italia in Aegyptum profectum, at-

atque exercitum Alexandriam adduxisse, ipsoque in hippodromo castra metatum esse. Nec praeterire volumus, quod ibidem auctor adtexuit, Antonium, quum statim Alexandria esset cum equitatu egressus, in Caesarianos equites itinere fatigatos incubuisse, illosque plurimorum occidione fudisse, usque ad castra insequutum. Qua victoria elatus ad bellum strenue administrandum plurima militibus praemia dispertitus curam animumque convertit Antonius. Verum optime iu illum posset aliquis, quod de Turno Maro postea X. *Aen.* cecinit, usurpare:

Nescia mens hominum fati, sortisque futurae,
Et servare modum rebus sublata secundis.

Atque haec omnia, quae cursim attigimus, nolumus, Lector, eam in partem accipias, quasi nobis persuasum sit, aut aliis persuadere satagamus, bellum in M. Antonium ab Octaviano perpetratum hoc poëmate pertractari. Id unice palam facere statuimus, quod saepe declaratum nobis est, nos nequaquam intercessuros, quominus eam quisque sententiam, quae prae altera sibi arriserit, arbitratu suo consectetur. Etenim si uspiam quae sentis libere dicere, libereque probare licet, in his certe quidem rebus maxime licere debet.

Hactenus, quae de poëmate nostro visa nobis sunt ad rem magis accomodata disseruimus: quid vero de eius auctore, quod alterum propositum fuit, disputabimus? Poteritne ille saltem hariolando deprehendi, et tanquam ex inferis ad hanc lucis usuram revocari? Si in illorum sententiam, Lector, iveris, qui nihil e laciniis nostris, ne delio quidem urinatore, expiscari se posse autumant, quod quo poëma referendum sit, aperiat; tum nullus omnino ad auctorem investigandum patere aditus poterit: atque poëmatis aeque sententiam, atque auctorem ignorabis. Fieri enim nullo pacto potest, ut e vetustatis tenebris eruatur, quasi manibus tentando, auctor operis illius, quod et capite mutilum, et membris lacerum nequaquam, quid contineat, satis patefaciat.

Sin autem eo tuus animus inclinarit, ut nostro hoc carmine Octaviani bellum esse comprehensum credas; eniti tum ipse poteris, latebrasque omnes perscrutari, et auctorem si non certa ratione, probabili certe coniectura, et divinatione vestigare. Ne vero te sine duce, vel potius comite hoc difficile, et salebrosum iter inire patiamur; quae sit nostra opinio, erudite Lector, accipito.

Vix de nostra hac latini oris Papyro rumor per urbem dilatus ante triennium ferme fuit, quum ea nostrorum hominum animis insedit opinio, carmen illud Vario vati sanequam egregio, atque Augusti, Maecenatis, Horatii, Virgiliique amicitia florentissimo vindicandum esse. Atque si quis quaereret, qua re adducti in eam sententiam quasi pedibus ivissent, vadem fundumque sententiae suae dabant Horatium, qui *lib. I. od. X.* ad Agrippam scripsit:

Scriberis Vario fortis, et hostium
Victor Maeonii carminis alite
Qua rem cumque ferox navibus, aut equis,
Miles, te duce, gesserit.

Quibus e versibus colligebant, et Actiacam victoriam ab Horatio designari, eamque fuisse a Vario carmine celebratam.

Nos quidem, si vera licet ingenue fateri, non idoneo testimonio fulciri eam sententiam existimamus. Primum enim Venusinus poëta Agrippae eo loci confirmat, Varium bellicam ipsius fortitudinem, et re-

relatas ex hoste terra marique victorias carminibus descripturum. Quis autem praestare in tanto veterum silentio poterit Varium reapse manum operi admovisse, et Caesaris, Agrippaeque res gestas ingenii sui monumentis honestasse? Praeterea si quis attente illud Flacci carmen, considerateque expenderit, is certe intelliget, nihil aliud sibi poëtam voluisse, quam Agrippae persuadere, se, pro ingenii tenuitate, iocis, amoribus, conviviisque concinendis unice aptum, nec magna, et plaeclara facinora quae vel Caesar, vel ipse terra, marique gesserat, quemadmodum rerum dignitas postulabat, posse heroico carmine celebrare: eam provinciam Vario deferendam esse, qui tanta in re poëtica, maximeque in carmine epico erat praestantia, ut cum Homero, cuius vestigia sectabatur, non immerito compararetur. Ecquis autem ex hoc Venusini vatis loco colliget, Varium Octaviani bellum, quo M. Antonius victus est, persequutum reapse fuisse?

Neque hoc tantum carmine tam magnificum Horatii, viri sane κριτικωτατου, de Vario iudicium exstat: plurimis in Satyrarum, atque Epistolarum libris sese legentibus produnt non absimilia de vate eodem testimonia. Quae quidem tanti apud nos ponderis sunt, tantique momenti, ut potius Vario nostra haec fragmenta abiudicanda esse videantur. Defige tantisper oculos, Lector, *in Epist. I. Lib. 2.*, atque inspicito quanta dexteritate poëta ingeniosissimus summam Augusti gloriam maxima cum Varii laude coniungat. Ibi enim Alexandrum Magnum non inurbane suggillat, quod, quum subtilissime de ceteris artibus iudicasset, edictoque cavisset, ne quis se praeter Apellem, et Lysippum vel coloribus, vel aere exprimeret; non eamdem solertiam ad rem poëticam attulerit, et Choerilum poëtam sane ineptum rerum suarum scriptorem probarit, atque ingenti vi pecuniae donaverit. Tum illa adtexuit:

Sed neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera, quae multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poëtae.

Quid vero quod idem Horatius, praestantiores aetatis suae vates *lib. I. Satyr. X.* enumerans tantum Vario tribuit, ut epici carminis maiestate omnibus anteponat, eique primas deferat?

. . . . . . *Forte epos acer,*
Ut nemo, ducit Varius: molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae.

E quibus Venusini versibus palam fit, nondum a Marone epicorum poëtarum facile principe *divinum Aeneida*, ut Statius noster cecinit, sed Bucolica tantum, et Georgica edita in lucem fuisse.

Neque minoris faciendum autumamus, quod ab eodem Horatio in *Arte* de Vario consignatum fuit:

. . . . . *Quid autem*
Caecilio, Plautoque dabit Romanus ademtum
Virgilio, Varioque?

Hic autem nobis imperare minime possumus, quo minus illud, quod te, Lector, animadvertisse iam remur, observemus, cum Vario Virgilium semper a Flacco fuisse coniunctum. Quod non solum ubi ingenii praestantia; sed etiam ubi morum simplicitas, animique candor collaudandus esset, ille factitavit, quasi testatum omnibus facere vellet, nobilissimum illud amicorum par poëticae facultatis perinde atque virtutum laude floruisse.

Quod si maxima Varii fuit, ut ex tot Horatii testimoniis didicimus, in epica poësi gloria; non imparem in condenda tragoedia laudem adeptus est. Quintilianus quidem X. I., postquam quotquot in Graecia vel prorsa, vel versa oratione non modiocrem nominis celebritatem posteris transmiserunt, subtiliter accurateque expendisset; eâdem diligentia latinos auctores sive oratores, sive historicos, sive poëtas ad critices trutinam revocavit. Hic profecto ecquid de Vario iudicaret Fabius brevi, sed momentosa in primis sententia aperuit: *Iam Varii Thyestes cuilibet Graecorum comparari potest.*

Atque haec tam splendida Horatii, et Quintiliani virorum sane ακριβεστατων iudicia nos eo, quemadmodum praediximus, adduxere, ut fragmenta, quae nunc in manibus sunt, minime potuisse ex Varii summi poëtae officina prodire crederemus.

Quod si quis hisce rationibus minime permotus in sententia adhuc perstiterit; fruatur is iudicio suo. Verum unum illud rogatum eum volumus, ut animum ad paucos illos Varii versus, quos tanquam e naufragio Macrobius forte fortuna servavit, vel paullisper adiiciat, atque ubi secum tacitus perpenderit, ne grave sit cum fragmentis nostris comparare: non dubitamus, ipsum illico mutaturum consilium, et nobiscum amice coniuraturum. Macrobius igitur *Saturn. VI. cap. II.* latinos poëtas recensens, quos Virgilius mirifico quodam pulchritudinis studio incensus imitatus est, haec auro contra non cara Varii *de morte* carmina in medium attulit:

Quem (equum) *non ille sinit lentae moderator habenae*
Qua velit ire, sed angusto prior ore coercens
Insultare docet campis, fingitque morando.

E quibus Macrobius Maronem suum illud *Georg. III.* expressisse non immerito iudicavit:

Frena Pelethronii Lapithae, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Tum autem ex eodem Vario *de morte* elegantissimam, atque omnium leporum suavitate plenam canis venaticae comparationem adduxit:

Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cervae comprendere lustra,
Saevit in absentem, et circum vestigia lustrans
Aethera per nitidum tenues sectatur odores.
Non amnes illam medii, non ardua tardant,
Perdita nec serae meminit decedere nocti.

Unde, quemadmodum idem Macrobius observavit, efficta a Marone est *in Bucol. Ecl. VIII.* egregia illa buculae comparatio:

Talis amor Daphnim, qualis quum fessa iuvencum
Per nemora, atque altos quaerendo bucula lucos,
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec serae meminit decedere nocti.

Nec praeterire volumus, quae superius eodem capite retulit ex Vario *de morte* idem scriptor:

Vendidit hic Latium populis, agrosque Quiritum
Eripuit, fixit leges pretio atque refixit.

Inde Virgilium illa hausisse monet Macrobius:

Vendidit hic auro patriam, dominumque superbum

Impo-

Imposuit, fixit leges pretio, atque refixit.

Denique Varius *de morte* apud eumdem

Incubet et Tyriis, atque ex solido bibat auro.

Ex quo fluxit illud Maronis:

Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro.

Atque haec, pauca licet, Varii carmina Macrobii diligentia nobis servata, atque in illud lib. VI. caput coniecta, satis superque, ni fallimur, cuivis patefaciunt, quantum Vates ille ad Virgiliani stili nitorem, elegantiamque in scribendis versibus accedat. Si vero eadem cum Papyri nostrae carminibus contendere quisquam velit; nae is, ut modo ediximus, statim intelliget, multum ea a Variano lepore, cultuque aberrare: adeo quidem, ut partus huius, quo de agimus, alius a Vario parens quaerendus omnino sit. Haec autem non perinde accipi volumus, quasi infusam poëtae nostri versibus barbariem existimemus: immo quaedam ibi nitere non diffitemur, uti planum legenti fiet; sed illud contendimus, minime posse cum Variani, atque adeo Virgiliani carminis dignitate componi.

Ignorabitur igitur, inquies benevole Lector, ecquis auctor fuerit huius poëmatis? Equidem quum universa sileat antiquitas; quid eam in rem non exploratum modo, compertumque, sed ne verisimile quidem afferre possimus, non videmus: veterum enim poëtarum historiam diligenter, attenteque rimantibus nihil factum est obviam, unde lux aliqua ad tantam caliginem dispellendam hauriretur. Verum sicubi coniecturis laxare habenas licuit aliquando, atque hariolari; hic certe quidem licere vel difficiles ipsi, morosique homines minime negabunt. Itaque si cui liberet huius poëmatis lacinias C. Rabirio adscribere; is profecto nos habebit adstipulatores sententiae suae. Rabirius enim extremo Augusti principatu floruit, Ovidiique fuit aequalis, diciturque plurima versibus conscripsisse. Quod vero bellum Octaviani adversus M. Antonium, et Actiacam victoriam celebraverit, si non aliunde, ex Seneca certe colligeretur. Quum enim philosophus *lib. III. cap. II. de Benefic.* in eo totus esset, ut opes quamvis egregie fundatas hominis proprias existimari non debere declararet, easque saepenumero a Fortuna horae momento eripi, alioque transferri solere: illas vero nostras unice appellari neque Fortunae iniuriis esse propositas, quas humanitate, et beneficentia adducti in amicorum bene de nobis meritorum sinum abdiderimus, sapienter adfirmavit. Quod ut praeclaro aliquo testimonio, exemploque in illustri loco posito comprobaret: *Egregie*, inquit, *mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, quum Fortunam transeuntem alio videret, et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si occupaverit, cito exclamare:*

Hoc habeo, quodcumque dedi.

Hic autem nihil esse credimus, quod pluribus disseramus, ad eas incitas, ut *nihil praeter ius mortis* relinqueretur, non fuisse M. Antonium redactum, nisi post Actiacam Victoriam. Quare fateamur necesse est, bellum ab Octaviano adversus Antonium susceptum, et victoriam apud Actium reportatam C. Rabirium carminibus persequutum fuisse. Atque haec ipsa fuit Vossii sententia in *de Historicis Làtinis lib. I. XXI.* Ergo a veri similitudine nequaquam abfore crederemus, si haec fragmenta ad Rabirium, qui Actiacum bellum pigmentis poëticis ornavit, pertinere dicerentur.

Ovidius quidem *lib. IV. de Ponto eleg. ultima*, ubi poëtas fere omnes aequales suos non sine laude commemorat, perhonorificam Rabirii mentionem iniecit,

Cum foret et Marsus, magnique Rabirius oris.

Ovidiano huic iudicio ad Rabirii famam insigni atque praeclaro concinit etiam Velleius Paterculus *lib. II. Maxime*, scribit ille, *nostri aevi eminent princeps carminis Virgilius, Rabiriusque.* Quo in loco Velleius, etsi Virgilio principatum carminis detulisse videri possit; tamen Rabirium vel in imperii societatem vocavit, vel certe minimo intervallo abesse a principatu significavit. Verum quanti horum duumvirum iudicium facere debeamus, ecquis poterit hoc tempore statuere? Nihilo tamen secius Quintilianus, cuius in iudicando ακριβεια criticis universis maxime probata semper fuit, auctoritate veluti sua intercedit, et non levem nobis iniicit scrupulum, quominus Ovidio, et Velleio fidem sine exceptione adiiciamus. Is profecto *lib. X. cap. I.* de poëtica Rabirii virtute ita pronunciavit: *Rabirius et Pedo non indigni lectione, si vacet.* Exilis plane, si ad Ovidianam, et Velleianam spectes, et ferme ieiuna commendatio. Atque ne quis iurgari velit Fabium, quum Rabirium, et Pedonem non indignos lectione dixit, κατα λιτοτητα dignissimos, uti fieri solet, significasse; satis superque e voculis *si vacet*, quas statim adlevit, quid summus ille rethor de iis vatibus iudicarit, vel luscitiosus facile pervidebit.

Quod si mireris, Lector, cur a Fabio tam diversi hac in re abierint Ovidius, et Velleius, caussasque vestigare velis, cur tam magnifico praeconio Rabirium mactaverint; non multum fortasse a veritate aberraveris, si tecum ipse cogitaris, Ovidium exsulem, qui tam longe aberat ab domo, cuius desiderio maxime conficiebatur, curabatque omnes demereri, si qua ratione quispiam posset Augusti iram lenire, spe quadam, quae miseros semper alit, conciliandi sibi hominis, quem Augusto carum, neque iniucundum esse autumabat, in extollendo ingenio fuisse liberaliorem. Velleius porro nimiae in domum augustam adulationis, neque immerito, accusari solet. Sed tempori danda venia est: siquidem ille sub Tiberio multis erat magnisque domi, militiaeque functus reipublicae muneribus: ille sub Tiberio scribebat historiam. Qua de re a vero non absimile duceremus, si quis suspicari vellet historicum sub Principe, cui omnia suspecta erant, inter principes poëtas Rabirium recensuisse, a quo poëticis ornamentis ea victoria fuit commendata posteris cuius iure orbis universi imperium ad Augustum transmissum fuit. Quae quidem caussae, quum Quintilianum nequirent permovere; nemo pernegabit, ex animi ipsum sententia rem iudicasse, et veritati unice perlitasse. Quod si quis haec omnia, quae de Ovidio, atque Velleio nobis animo occurrerunt, subtiliora, quam par sit, iudicaverit; posthabeat, si velit, atque reiiciat. His enim, perinde atque indicta a nobis fuerint, praeteritis, coniectari illud poterit, hac re adductum fuisse Ovidium, ut ea laude Rabirium cumularet, quod prope eandem, atque ipse, in scribendo stili rationem expresserit. Natura enim ipsa affert, ut eos, in quibus non dissimilis indoles, et quaedam veluti animi cognatio elucere videatur, maxime probemus, maximeque pro re nata collaudemus. Qua in re primis valet, quod ipsemet ingeniosissimus quidem, sed limae impatiens poëta II. *de Ponto* 5. in universum cecinit:

Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis:
Et servat studii foedera quisque sui.

Neque

Neque secus de Velleio sentiendum esse putaremus. Facere ille quidem non potuit, quin Virgilium in suo fastigio, quo beata illa carminis felicitas, atque praestantia evexerat, et quo vates insequuti perventuros desperabant, collocaret; sed illi proximum statuit Rabirium, et tantum non parem fecit, quod illa scribendi ratio aetate sua iam late invaluerat, et inclinata, ac sensim labente latinarum litterarum dignitate, nemini non probabatur.

Illud denique persuasum habemus, erudite Lector, si fieri aliqua ratione posset, ut hariolatio haec nostra tibi probaretur, atque haec fragmenta Rabirio adscriberes; te eadem illa lectitando, non Ovidii, et Velleii, sed Fabii iudicium calculo etiam tuo confirmaturum.

Atque ut uno veluti obtutu quidquid in hisce Papyri nostrae fragmentis complexus est poëta, benevole Lector, conspicias: haec breviter habeto. Columna I. exstat ducis cuiusdam commendatio, urbisque obsidio, atque oppugnatio: quae quidem urbs Pelusium fuisse non immerito ex insequenti columna potest existimari.

Tum columna II. Pelusium a Caesare capta describitur, eiusque interseritur oratio, qua militum ferocientium impetum coërcere nitebatur, ne moenia urbis, quae in potestatem suam iam iam veniret, subruerentur.


Porro in columnam III. coniectus a poëta sermo est hominis cum Cleopatra colloquentis, eamque collaudantis, quo fortasse, inita iis laudibus gratia, Reginam ad omnia, quae contenderet, obeunda facilius perduceret: qui profecto sermo, si tibi a columna II. vel etiam a I seri coeptus esse videatur; nulla quidem ad id erit per me mora.

Columna deinde IV. Cleopatrae ipsius oratio perscribitur, qua videtur homini, qui columna superiori secum loquebatur, respondere.

Iam vero columna V. et VI. horrendum sane spectaculum oculis legentium proponitur, et varia crudelium suppliciorum genera, quibus turba noxiorum hominum interemta est, describuntur.

Denique columna VII. et VIII. Caesaris cum victore exercitu adventus prope Alexandriam, urbisque obsidio continetur.

Ecce unum in locum collata, Lector, brevique spatio comprehensa, quae in subiectis Papyri columnis tute perleges, non integra illa quidem; sed intercisa, ut casus tulit, atque discerpta. Quae autem hîc perstrinximus, suis quaeque locis, si quidem opus fuerit, fusius persequemur.




ALEXANDRO A MOS N R REGDE RVM·
DI ETIAM·PO VISSE·DEAM·V DISS M S·
A TIACOS·CVM RVS ORES·TV A MA LLI·
PARS·ETIAM·IM II·QVAE·FEMINA·T TAVI OR M·
QVAE·SERIE·ANTIQVA VIT·NI·GLORIA·MENDAX·
MULTA·V VS ATIS NIMIO·C ERAT·HONORI·

COL. III

N
SAEPE·E QVAE·VE RIS·CV E RM NIBV
QVA CITU T N·N·VNC·QVA VSAS·
EX·S GV OR SVITAE·LIBET·EST·MIHI·CONIVNX·
H I·POSSET IARIIS·SVBIVNGERE·REG IS·
QVI·S VIT·NOS EQVE·MORI·PRO·NOMINE·GENTIS·
H GI ARTIS· DIDV CIN M IS·
VID·VELIT·INCERTVM·EST·TERI SQVIBUS·AVT·QVIBVS·VNDIS·

COL. IV



XIM AEL TIA

CESAR AP HAR IAM S

RT HIS· ILLE VATO CUM EI IAPOR

QUEM·IUVENES RAN A VOS·ERAT·LE UN TA

BELLA·FIDE·D EXTRA QUE·O ENS·RERUM QUE·PER·

CALLIDUS·ADSIDU CTAN O·INMUNERE

IMMINET PSESSI ITAL S·IAM·TURRIBUS STIS

A C NEC·DEF IMPETUS·ILLIS

COL. I

EDUNT·PATR MIA·T RIS·

AI AGIS·QUAM·S C STI LATER NT·

CUM USCR LIUS·PELUSIA DENIA·CAESAR

ERAT·IM RIIS·ANIMO COHI E·SU UM

QUID APITIS·IA PTA·IACEN QUAC

SUBRUITIS·FER A·MOENIA QUONIAM·ER CSTIS·

HAEC·MIHI·CUM A·PLEBES QUOQUE VICTRIX·

VINDICAT H MULAM·ROMANA TOTE NDEM·

COL. II

Gio. Bª Malesci dis *Bart. Oraty inc.*

Quem iuvenes: grandaevos erat per cuncta sequutus
Bella fide dextraque potens, rerumque per usum
Callidus, adsiduus tractando in munere martis.
Imminet opfessis Italus iam turribus altis
Adsiliens muris: nec defuit impetus illis.

C O L. I.

Funeraque adcedunt patriis deformia terris
Et foeda illa magis, quam si nos gesta laterent.
Cum cuperet potius Pelusia moenia Caesar,
Vix erat imperiis animos cohibere suorum;
Quid capitis iam capta iacent quae praemia belli?
Subruitis ferro mea moenia? Quondam erat hostis
Haec mihi cum Domina plebes quoque: nunc sibi victrix
Vindicat hanc famulam Romana potentia tandem.

C O L. II.

Fas & Alexandro thalamos intrare Deorum.
Dico etiam doluisse Deam vidisse triumphos
Actiacos, cum causa fores tu maxima belli,
Pars etiam imperii. Quae femina tanta? virorum
Quae series antiqua fuit? Ni gloria mendax
Multa vetustatis nimio concedat honori.

C O L. III.

Saepe ego, quae veteris curae sermonibus angor
Qua fugitur lux, erro: tamen nunc quaerere causas,
Exsiguasque moras vitae libet. Est mihi conjunx,
Parthos qui posset Phariis subiungere regnis:
Qui sprevit nostraeque mori pro nomine gentis:
Hic igitur partis animum diductus in omnis
Quid velit incertum est, terris quibus, aut quibus undis

C O L. IV.

Delectumque forum quo noxia turba coiret,
Praeberetque suae spectacula tristia mortis.
Qualis ad istantis acies cum tela parantur,
Signa, tubae, classesque simul terrestribus armis;
Est facies ea visa loci, cum saeva coirent
Instrumenta necis vario congesta paratu.
Undique sic illuc campo deforme coactum
Omne vagabatur leti genus, omne timoris.

C O L. V.

Hic cadit absumtus ferro: tumet ille veneno
Aut pendente suis cervicibus aspide mollem
Labitur in somnum, trahiturque libidine mortis.
Perculit adflatu brevis hunc sine morsibus anguis,
Volnere seu tenui pars inlita parva veneni
Ocius interemit. Laqueis pars cogitur artis
Intersaeptam animam pressis effundere venis:
Immersisque freto clauserunt guttura fauces.
Has inter strages solio descendit, et inter

C O L. VI.

Sic illi inter se misero sermone fruuntur.
Haec Regina gerit: procul hanc occulta videbat
Atropos inridens inter diversa vagantem
Consilia interitus, quam iam sua fata manerent.
Ter fuerat revocata dies, cum parte senatus,
Et patriae comitante suae cum milite Caesar
Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit,
Signaque constituit. Sic omnis terror in artum.

C O L. VII.

Obterere adnisi portarum claustra per urbem,
Obsidione tamen nec corpora moenibus arcent,
Castraque pro muris, atque arma pedestria ponunt.
Hos inter coetus talisque ad bella paratus
Utraque sollemnis iterum revocaverat orbes
Consiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

C O L. VIII.

VMQV MQ XIATVRBACO RET

PRAEBERETQVE·SVAE·SPECTACVLA·TR TIA·MORTIS·
QVALIS·A·D·INSTANTIS·ACIES·CVN TELA·PA NTVR
SIGNA·TVBAE·CLASSES·QVE·SIMVL·TERRESTR ARMIS·
EST·FACIES·EA·VISA·LOCI·CVM·SAEVA·COIREN
INSTRVMENTA·NECIS· IO·CONGESTA·PARATV·
VNDQVE·SIC· LVC P DEFORME·CO VM·
OMNE·VAGABATVR·LETI·GENVS·OMNE·TIMORIS·

COL. V

A ERAOT T·E LEVEN
VT·PEN NTE IS·CERVICIBVS·ASPIDE·MOLLEM
ABIT N·SOM NVM·TRAHITVRQVE·LIBIDINE·MOR
PER T·LAT V·BREVIS·HVNC·SINE·MORSIBVS·AN
LNERE SEV T NVI·PARS·INL TA·PARVA·V ENI·
OC IN TEREM T·LAQVEIS·PA S·COG VR·ARTIS·
IN EPTAM NIMAM·PRESSIS· FFVNDERE·VENIS·
MERSIS·QVE O·CLAVSERVNT·GVTTVRA·FAVCES·
AS·IN CARAGES·SOLIO·DESCENDIT T·INTER

COL. VI

Gio. B.ª Malesci dis. Bart. Oraty inc.

Gio Ba Malesci dis.

Bart. Oraty inc.

ADNOTATIONES
IN FRAGMENTA PAPYRI LATINAE

MONITUM AD LECTOREM

Antequam noſtris in ſingulas huius Papyri columnas Adnotationibus manum admoveamus; te monitum volumus, benevole Lector, ne mirere, ſi dictiones, quibus lacunas complanavimus, aliquot in locis ſpatia earum lacunarum vel non adaequent, vel excedant. Id enim ea de caussa factum eſt, quod Papyrus nostra ita adfecta evaſit in lucem, ut, licet accuratiſſime, ut mos eſt, evoluta fuerit; tamen alicubi plus aequo diduci viſa eſt, alicubi contractior, quam par erat, perſtare. Itaque alibi videbis breviora, quam res poſtulat, alibi laxiora ſpatia fuiſſe relicta. Horum ſpatiorum nos rationem habendam eſſe non exiſtimavimus, quum verſus menſura modo breviora, modo longiora vocabula requirebat. Quare neceſſitati parere debuimus, verſuumque menſurae conſulere. Haec te, Lector, monere in anteceſſum voluimus, ne, ſi quae ſupplevimus, metiri cum ſpatiis in animum induceres, nos culpares; & ſupplementa ea ratione, quod minime congruerent cum ſpatiis, reiiceres, ac reprobares.

C O L. I.

Verſ. 1. *Quem iuvenes*. Cum ſuperioribus id κομμα adnectendum neceſſario videtur: nequit enim cum ſequentibus coniungi. Itaque quum ducem, quem collaudat, ante nominaſſet poëta, ſubdidit fortaſſe *amabant*, *colebant Quem iuvenes*, aut aliquid generis eiuſdem.

Verſ. eodem. *Grandaevos*. Nulla ſuccurrit alia vox, quae hunc in locum inferretur. Notior autem res eſt, quam ut moneamus, veteres Latinos *ſervos*, *ſervom*, & *ſervoum* pro *ſervus*, & *ſervum* extuliſſe, quemadmodum viſitur in marmoribus, & codicibus perantiquis. Sed manum potius exſcriptoris hîc aberraſſe crediderim, quam poëtam eiuſmodi αρχαϊσμον apud caſcos quidem ſcriptores uſitatum, ſed aetate illa iamdiu obſoletum uſurpaſſe. Ceterum non abſurda viri laus pertexitur e primariis ducibus partis Caeſarianae, an Antonianae? Tuum, Lector, eſto iudicium. Si Caeſarianum illum eſſe ducem malueris; neſcio an in alium quempiam quadret aptius ea commendatio, quam in M. Vipſanium Agrippam, qui Caeſari omnium bellorum ſocius nuſquam non egregiam operam navavit. Quamquam quomodo *grandaevus* eo tempore appelletur, qui tandem vix anno L maior obierit, non video. Niſi velis exiſtimare Agrippam cum iuvenibus, quos modo verſu 1. nominavit, vel cum ipſo Octaviano compoſitum, non immerito *grandaevum* appellari.

Verſ. 2. *Fide, dextraque potens*. Virgilianum Aeneae praeconium exprimere voluit vates VII. 236.

Fata per Aeneae iuro, dextramque potentem
Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus, & armis.

Sed Maroni praeivit Tullius pro *Deiot.*, ubi ſic Caeſarem alloquitur: *Per dexteram te iſtam oro . . . non tam in bellis, & proeliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem.*

Verſ. eodem. *Rerumque per uſum Callidus*. Ita fere Ovidius *Epiſt.* XX. 25.

Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu.

Verſ. 3. *Adſiduus tractando in munere Martis*. Non infrequens apud Latinos *arma*, & *bella tractare*. Pro *munere martis*, Virgilius *martis opus* dixit VII. 515.

. . . . . Sub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave martis opus.

Lucretius αρχαϊκωτερως I. 29.

. . . . . Fera moenera militiai.

Illud autem te, Lector, monitum ſemel velim, ne eadem de re te ſaepius obtundam, a poëta noſtro praepoſitiones vel nominibus, ut hîc in *adſiduus*, vel verbis, ut infra conſpicies, coniunctas ſine ulla immutatione ſcribi fere integras ſolere.

Verſ.

Verſ. 4. *Imminet opſeſſis*. Quanta ſit inter elementa B, & P cognatio tum apud Graecos, tum apud Latinos, ſine monitore norunt univerſi: paſſim vetuſtiores non ſolum codices, ſed etiam inſcriptiones *Apſens*, *Puplicus*, *Pleps* atque idem genus alia prae ſe ferunt. Quod ab ea fuit cauſſa, quod B, quum aliam conſonam praeeat, vix a P ſono diſtinguatur; ſicut Quintilianus I. 7. obſervavit: *Quaeri ſolet in ſcribendo, praepoſitiones ſonum, quem iunctae efficiunt, an quem ſeparatae obſervare conveniat, ut quum dico obtinuit: ſecundam enim B litteram ratio poſcit, aures magis audiunt P*. Quod autem ad *opſeſſis* loci huius attinet; adeo ſollemne apud veteres erat B in P immutare, quum S ſequeretur, ut Priſcianus, etſi minus recte, ſtatuerit, nulla unquam in ſyllaba litteram B cum S componi poſſe.

Verſ. 5. *Adſiliens muris*. Eodem ferme pacto Ovid. *Metamorph*. II. 526.

Adſiliit miles defenſae moenibus urbis.

C O L. II.

Verſ. 1. Potuit hic verſus & qui ſequitur ita ſuppleri: *Praelia ſuccedunt patriis infamia terris Infanda illa magis, quam ſi nos geſta laterent*. Quod probet, qui velit. Mihi potius fuit, quod vides ſupra in explendis verſibus exaratum. Videtur enim hîc poëta ſive qui a poëta inducitur, Cleopatrae exprobrare crudelitatem caedium, quae in *patriis terris* perpetratae fuere, & Caeſaris clementiam extollere, qui, licet hoſtis, militem tamen in Peluſii expugnatione a ſtrage deterruit: quod e verſibus ſtatim inſequentibus poteſt colligi. Quas autem caedes Reginae obiiciat, ecquis divinaverit? Num ad ſtragem illam poëta digitum intendit, quam II. pag. 636. edit. Reim. Dio a Cleopatra editam conſignavit? *Poſtquam*, ſcripſit ille, *in tutum pervenit* (Cleopatra) πολλους των πρωτων *multos primores civitatis ſemper ſibi infenſos, & tum clade eius* (proelio Actiaco accepta) *animis auctos occidit. Ex horum autem facultatibus, atque ex aliis publicis, & ſacris theſauris (neque enim ab ullo quamvis inacceſſo Sacrario ſe abſtinebat) ingentem pecuniam confecit, copias comparavit, auxilia quaeſivit*.

Funeraque adcedunt. *Funus* ſaepe pro caede adhiberi ſolet. Satis ſit Virgilianum illud adducere II. 538. de Priamo Pyrrhum obiurgante:

. . . . . *Qui nati coram me cernere letum*
Feciſti, & patrios foedaſti funere vultus.

Itemque IX. 527.

. . . . . *Quot funera Turnus*
Ediderit.

Verſ. eodem. *Patriis deformia terris*. Malui *deformia* hîc adponere, quam *infamia*: infra enim poëta *deforme* adhibet pro turpi, atque indigno. Adhaec nuſquam *infamia* multitudinis numero apud auctores invenire licuit, quum apud Ovidium *deformia littora Triſt.* V. 2. 63., & *tecta deformia Faſt.* V. 505. legantur. Sed nolo illud, quod adprime huc facit, Silii I. 165. praeterire:

Sed poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem leti.

Hoc eſt, ut Forcellinius explicavit, dehoneſtatum infami genere ſupplicii. Denique duriuſculum videbatur, ſi *infamia*, *ſubſtantive*, ut loqui amant Grammatici, hoc loco acciperetur, atque ad funera adponeretur.

Verſ. eodem. *Geſta laterent*. h. e. quae geſta ſunt, laterent.

Verſ. 3. *Cum cuperet potius Peluſia moenia Caeſar*. h. e. cum cuperet potius ſtare Peluſia moenia, quam dirui, Caeſar milites adhortatus eſt, ut bellicae virtutis impetum moderarentur, & vim a moenibus abſtinerent.

Verſ. 4. *Vix erat imperiis*. *Vix* ad complendum verſum adpoſuimus, quum id poſcere ſententia videretur. Subauditur autem par, idoneus. Ac ſi quis *par* in eo loco poneret, equidem minime vetarem.

Verſ. 5. Quid *capitis iam capta iacent*. *Capere*, ſeu *vi capere*, ut pueri norunt, expugnare eſt, atque potiri. Fortaſſe ad Maronianum illud adluſit VII. 295.

Num capti potuere capi?

Verſ. eodem. *Praemia belli*. Non importunum extremo hoc verſu *praemia belli* ſubiicere viſum eſt: nam obſervatum eſt Voſſio, aliiſque, *praemium* idem olim ac praedam valuiſſe. Virg. XI. 78.

Mul-

Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, & longo praedam iubet ordine duci.

Imo Varro *L. L.* IV. a *praeda praemium* factum esse, licet immerito, autumavit.

Vers. 7. *Cum Domina plebes quoque.* *Cum Domina* hunc in locum intulimus, quod aliquid requiri videbatur, quod plebi opponeretur. *Plebes plebei*, & *plebes plebis* a veteribus dicebatur: inde factum *plebs*.

Vers. 8. *Vindicat hanc famulam.* Poëta κυριως hîc loquutus est: vindiciae enim, quum de hominis statu certaretur, a Praetore dabantur & secundum libertatem, & secundum servitutem. Quare is, qui in ius adierat, iudicio absoluto, vel in libertatem, vel in servitutem vindicabatur.

C O L. III.

Vers. 1. *Fas et Alexandro.* In tam brevi spatio, quod a versus initio deerat, ita supplendum censuimus. Verum quid hîc sibi velit poëta, mihi non liquet. Loquitur ne de Alexandro Magno Alexandriae conditore? Loquitur ne de tempore illo, quum Alexander Iovis filius, Deusque haberi voluit? Tu, Lector, haec arbitratu tuo definies.

Vers. 2. *Dico etiam doluisse Deam.* Isidem hoc loco designatam crederem, in cuius fide, ac tutela esse Cleopatra curabat, ut a populo existimaretur. Imo consilio, astuque providebat, altera ut Isis ab omnibus haberetur; quum enim negotium publicum gestura erat, Plutarchus in Antonii vita testatur, Isidis stola ornatam ad populum prodire solitam. His de caussis scripsit, opinor, poëta, Deam doluisse, quum Cleopatram vidit Actiaca pugna superatam.

Vers. 3. *Cum causa fores tu maxima belli.* Recte Cleopatra caussa maxima belli fuisse dicitur: illa enim illecebris, blanditiisque eo perduxit Antonium, ut unice se perditeque deperiret, posthabita, despectaque Octavia. Quam sororis iniuriam Caesar in primis praetendit ad bellum conflandum. Observa, Lector, *causa*, & inferius *causas* unico *s* fuisse scripta. Quae scribendi ratio apud vetustiores obtinuit, nec nisi Ciceronis aetate mutari cepit. Audi Fabium I. 7. *Quid quod Ciceronis temporibus*, *paulumque infra*, *fere quoties s littera media vocalium longarum, vel subiecta longis esset, geminabatur? ut caussae, cassus, divissiones quo modo & ipsum, & Virgilium scripsisse, manus eorum docent.* Quem quidem morem non omnes sequutos fuisse ex duplici hoc vatis nostri loco edocemur.

Vers. 4. *Pars etiam Imperii.* Non sine caussa partem imperii fuisse Cleopatram adfirmavit poëta: quum enim plerique ex ducibus ab Antonio contenderent, ne feminam secum ad bellum in Italiam adduceret; illa indignum fore facinus aiebat, si a bello abesset ea, quae naves CC, talenta XX millia contulisset, magnoque commeatu aleret exercitum universum; consilio vero, atque animi magnitudine nemini omnium regum, qui Antonium sequerentur, concederet: ad extremum posse, quae tantum regnum in tanta rerum varietate tot annos administrasset, eius belli consiliis interesse confirmabat. Adisis Plutarchum in vita Antonii.

Vers. eodem. *Quae Femina tanta.* Interrogationis nota hîc apponenda est, atque *Virorum* ad sequens κομμα referri debet. Recte per simplex elementum *Femina* perscribitur, si quidem απο του *feo*, quod iam obsolevit, uti Vossius in voce *Femur*, & *Fenus* opinatur, *femina*, *fetus* aliaeque eiusdem stirpis dictiones fruticarunt. Idem praeferre marmora, codicesque veteres monuere Manutius, atque Cellarius.

Vers. 5. *Ni gloria mendax.* *Gloria* pro fama fuisse hîc posita videtur μετωνυμικως; siquidem fama recte factorum praedicatione gloriam parit. Ac fama a Propertio IV. 11. 19. *mendax* appellatur. Haec autem poëtae sententia in mentem revocat, quod Livius de populorum originibus, quae vetustatis tenebris obsitae delitescunt, initio operis illevit: *Datur haec venia antiquitati, ut, miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat.*

Atque extremis hisce versibus, ut intelligere, Lector, potuisti, oratio personae illius, quaecumque ea demum sit, quae cum Cleopatra colloquens inducitur, absolvitur. Iam vero, ni gravere, Lector, coniecturam, quae mihi non omnino visa est improbabilis, brevi proponam. Dio, & Plutarchus prodidere, Actiaca pugna pugnata, ab Antonio, & Cleopatra ad Caesarem, a Caesare vero ad Antonium & Cleopatram homines mis-

ſos cum mandatis fuiſſe. A Caeſare Alexandriam profectus eſt Thyrſus libertus, homo ſagax, callidus, neque indiſertus, cui clam ille mandavit, ut quibuſcumque eniti poſſet rebus, ſuumque cum primis amorem pollicitus Cleopatram pelliceret ad prodendum Antonium. Is quidem, quum familiarius ageret cum Cleopatra, in ſuſpicionem Antonio venit: qui comprehendi illum & verberari iuſſit, maliſque multatum modis ad Caeſarem remiſit, litteraſque dedit, ut, ſi id aegre foret, in Hipparcho liberto ſuo, qui penes ipſum erat, par pari referret. Quibus e rebus ſi coniicere liberet, Thyrſum hunc in locum a poëta invectum, qui bene longam orationem ad Cleopatram haberet, necubi patroni mandata negligeret; non omnino repudianda eiuſmodi coniectura videretur.

C O L. IV.

Verſ. 1. *Saepe Ego*. Haec Cleopatrae videtur oratio, qua Thyrſo, ſive quis alius fuit is, qui columnis ſuperioribus ſermocinatus eſt, reſpondet. Perdifficile autem eſt divinare, quid hîc ſibi Poëta voluerit. Equidem dubitavi, num hae voces *Saepe ego* ad ea, quae praeivere, pertinerent, & verſus reliquus ita confici poſſet: *Quae Veneris curae ſermonibus auctae*; h. e. Veneris curae, quas adhuc commemoravi, ſermonibus, uti fit, auctae ſunt. Tum verſum inſequentem ita rebar concinnandum appoſita interrogatione: *Quas igitur, fac poſſe tamen, nunc quaerere cauſas, Exſiguaſque moras vitae libet?* Sed rem accurate penſitanti minus belle viſa ſunt ea cohaerere. Videtur enim hîc Cleopatra ſignificare, ſe iam ſibi manus afferre conſtituiſſe, ſed in eo conſilio fluctuantem vivendi cauſſas, & moras quaerere. Itaque hunc in modum, quemadmodum vides, verſus conſtituendos curavimus.

Verſ. 2. *Qua fugitur lux, erro*. h. e. qua lucem, & vitam fugiam, animo errare mihi videor, & fluctuare.

Verſ. 3. *Exſiguaſque moras*. *Exiguas* poſtulat hîc ſententia; ſed cum ſibilo vox illa exarata eſt, veterum more, qui poſt *x* litteram *s* additam voluere, ut *Vixſit*, *Alexſander*, atque idem genus non pauca. Ita apud Grut. pag. 576. 7. quemadmodum legiſſe ait Gudius;

DIS MANIBVS
DEXSTERO CAESARIS SERVO &c.

Quem morem Pierius ad *Aen.* VII. 648. obſervavit.

Verſ. eodem. *Eſt mihi coniunx*. En, Lector, unde vitae cauſſae, moraeque a Cleopatra quaerebantur. Antonium vero hîc deſignatum credimus. *Coniunx* non ſolum, & *Coniux*, verum etiam *Coiux*, *Coiunx*, *Coniunxs*, ſaepe marmora vetera inſpicientibus obverſantur. Conſule, ſi vis, in *Orthographia* Manutium.

Verſ. 4. *Parthos qui poſſet* &c. Non unum, ut indicavimus, in Parthos bellum molitus eſt Antonius: alterum Ventidius legatus, alterum per ſe ipſe confecit. Ventidius quidem admirabili virtute, & felicitate rem geſſit, primuſque Romanorum, ut apud Plutarchum in Antonii vita leges, Romae de Parthis triumphavit: Antonius vero exercitum multis cladibus affectum in Aegyptum reportavit. Quam Romani nominis maculam is, novo bello apparato, eluere ſtudebat, niſi gratia cum Octaviano male ſarta diſcinderetur. De Antonii expeditionibus adverſus Parthos conſule etiam Dionem XLVIII. 41. & rurſus XLIX. 20. 21.

Verſ. 5. *Qui ſprevit noſtraeque mori pro nomine gentis*. Horat. I. *Od.* I. 20.

Nec partem ſolido demere de die
Spernit.

Tu vero, niſi adriſerit, *ſtatuit*, aut quid eiuſdem modi refingito.

Verſ. 6. *Hic igitur partis animum diductus in omnis*. Verſus hic ex illo Virgiliano V. 720 effictus videtur:

Tum vero in curas animum diducitur omnes.

Atque idem IV. 630.

Haec ait: & partes animum verſabat in omnes.

Verſ. eodem. *Partis in omnis*. Veteres *parteis*, *omneis* ſcribebant: quod & antiquis in codicibus viſitur, & prae ceteris monuit Quintilianus I. 7. *Diutius perduravit, ut e i iungendis eadem ratione, qua Graeci ει, uterentur*. Deinde vero, duabus in unam litteris coa-

coalefcentibus, *partis*, *omnis* numero multitudinis dixere. Illud autem hic dignum eft obfervatu, lineolam curvam finiftro lateri litterae I adpictam effe: quod tanquam fignum aliquod διακριτικον videri poffit, quo intelligeretur *partis* numero multitudinis accipiendum; licet ea lineola non eadem femper forma adpingatur, atque alicubi, nefcio quo cafu, omnino exciderit.

Quid vero extremi huius Columnae verfus fignificent, aut quo Antonii animus in partes omnes, ut ait poëta, diductus refpectet, me plane fateor non intelligere. Poftrema tamen illa *Terris quibus*, *aut quibus undis* ingens illud, & prope incredibile facinus a Plutarcho in Ant. vita commemoratum, quod Cleopatra aufa eft commoliri, in mentem reduxerunt. Illa quidem omnia fibi a Caefare timens longe ab domo in ignotas terras commigrare, novumque ibi imperium fundare deliberavit. Itaque, opibus, quas potuit maximas, undique collectis, claffem comparavit, eamque terra ad Ifthmum devehendam conftituit, fe fuaque mari, ventifque permittens. Verum Arabes, qui circa Petram incolunt, in itinere obviam facti quum primas naves terra delatas igne corrupiffent, & Antonius ex Libya fuperveniens in legionibus, quas in Actio reliquerat, & incolumes exiftimabat, adhuc fpem haberet; omnem illa confilii perficiundi cogitationem abiecit. Atque his illud etiam adiicere non piget, quod prodit Dio: *Ad hoc fe inftruebant* (Antonius, & Cleopatra) *ut fi qua neceffitas urgeret, in Hifpaniam navigarent*. Vides, Lector, quomodo Antonii animus in omnes partes diducebatur.

C O L. V.

Verf. 1. *Delectumque forum*. Vox *fpectacula* verfus infequentis eo nos deduxit, ut initium huius verfus ita compleremus; forum enim pro fua amplitudine ad praebenda fpectacula eft aptiffimum.

Verf. eodem. *Quo noxia turba coiret*. Quae fuerit haec turba tam vario mortis genere adfecta, quae vero noxa tam crudelibus fuppliciorum exemplis vindicata; ecquis nunc poterit in apricum proferre? Verum age, Lector, illud animo repete, quod iam monuimus, non folum a Plutarcho, fed etiam a Dione proditum, Cleopatram vim complurium venenorum & mortiferorum animantium in hominibus capitali fcelere obftrictis expertam fuiffe. Potuit ne fieri, ut hi in forum deducti *fpectacula triftia mortis* praebuerint?

Verf. 3. *Qualis ad inftantis acies*. *Inftantis* pro *inftantes*, uti modo fupra obfervavimus, pofitum eft. Littera autem i lineolam obliquam, non curvam, ut vides, gerit. Nec novi, cur *acies* οβελον poftrema vocali fuperpofitam habeat; quum praefertim unice id hoc loco adhibeatur.

Verf. 6. *Vario congefta paratu*. Nolo hîc tacitus praeterire extremam vocem nec Tullio, Horatio, Virgilio, quod fciam, ufurpatam, ab Ovidio, Tacito, ceterifque infequutis fcriptoribus fuiffe ufitatam.

Verf. 8. *Omne vagabatur leti genus*. Vide, Lector, *letum* minime adfpiratum, quemadmodum Manutius, Cellarius, aliique e codicibus, & marmoribus fcribendum effe collegerunt.

COL.

C O L. VI.

Verſ. 1. *Hic cadit abſumtus ferro*. Ipſa ſententia poſtulavit, ut verſus hic ita suppleretur. Si *abſumtus* minime placuerit, *incumbens*, aut aliud in eius locum ſubiicito. In his autem carminibus elegantem vides multorum cruciatuum deſcriptionem vividis coloribus expreſſam, & ob oculos propoſitam.

Verſ. 2. *Aut pendente ſuis cervicibus aſpide*. Pervetus apud Aegyptios exſtitit mos, admota aſpide, hominum necandorum. Tullius *pro C. Rabirio Poſth. 9.* diſerte tradit, *Demetrium & ex republica Athenis, quam optime geſſerat, & ex doctrina nobilem, & clarum in eodem iſto Aegypti regno, aſpide ad collum admota, vita eſſe privatum.*

Vers. 3. *Trahiturque libidine mortis*. Crediderim id in animo poëtam habuiſſe, mollis ſcilicet ſomni, ut ipſe ait, dulcedine ad mortem ſenſim ſine ſenſu trahi.

Verſ. 4. *Perculit adflatu*. De baſiliſco videtur hîc poëta locutus, qui corpore parvus eſt, nocetque etiam adflatu. De eo ſic Plinius VIII. 33. *Eadem* (quae Catoblepae, cuius mentio capite proxime ſuperiori) *& baſiliſci ſerpentis eſt vis*. *Cyrenaica* (praecipue) *hunc generat provincia, XII non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate* (unde ei quaeſitum apud Graecos nomen Βασιλισκος, apud Latinos Regulus) *inſignem. Sibilo omnes fugat ſerpentes: nec flexu multiplici, ut reliquae, corpus impellit, ſed celſus, & erectus in medio incedens. Necat frutices non contactos ſolum, verum & adflatos: exurit herbas, rumpit ſaxa.*

Verſ. 5. *Volnere ſeu tenui*. Saepe veteres vocales u, & o immutarunt. Qua de re I. 4. Quintilianus: *Quid O atque V permutatae invicem? ut Hecoba, notrix, Chulchides, & Pulyxena ſcriberentur: ac ne in Graecis id tantum notetur, dederont, ac probaveront*. Eadem ratione apud Plautum, Lucretium, Salluſtium *volt*, *voltis*, *volgus* aliaque ab his non abſimilia occurrent.

Verſ. 6. *Ocius interemit*. Vide, Lector, *interemere* ſine ulla mediae vocalis mutatione ſcriptum eodem ferme modo, quo *coemere* ſcribimus, atque obſoletum ſane verbum *abemere*, ut Feſtus adnotavit, veteres ſcribebant. Quod vero ad *Ocius* attinet, Voſſius affirmat ita in codicibus exarari.

Verſ. eodem. *Laqueis pars cogitur artis*. *Artus* ſive adiectivum ſit, ſive ſubſtantivum extrito c ſcribi oportere monuit in ea voce Voſſius. Atque Pierius teſtatur in melioris notae codicibus non modo Virgilianis, ſed aliorum etiam auctorum eandem exſtare ſcriptionem. Illud autem par eſt hoc loco animadvertere, tum qui laqueis conſtricti, tum qui undis demerſi mortem obiere coniecturam paullo ante propoſitam videntur infirmare. Ex Plutarcho enim didicimus, Cleopatram venenorum efficaciam in iis, qui noxa aliqua graviori tenerentur, experiri, non homines laqueo, & ſubmerſione necare voluiſſe. Nihil equidem ad haec habeo dicere: nolim enim in poëtam eam culpam conferre, quaſi, ne quid tragoediae ſuae tam bene peractae deeſſet acerbitatis, eiuſmodi ſupplicia de ſuo addidiſſe. Quamquam quid prohiberet ſuſpicari ſtragem multorum optimatum, quam Dio, ut diximus, Cleopatram edidiſſe narravit, fuiſſe hoc loco a poëta graphice depictam? Nihil profecto auſim in re tam dubia adfirmate pronunciare.

Verſ. 7. *Interſaeptam animam*. Cum diphtongo *interſaeptam* ſcripſit poëta, uti viri eruditi & in *Cenoth. Piſan.* & in duplici Inſcriptione apud Grut. quae *απο του ſaepio* gignuntur, exarari animadverterunt. Atque licet in Virgiliano codice Medicaeo bis ſimplici elemento perſcribantur; pluries tamen eodem in codice cum diphtongo ſeſe offerunt.

Verſ. eodem. *Preſſis effundere venis*. Saepe ab auctoribus *venae* loco *arteriarum* uſurpatae ſunt: *arteriae* vero pro τραχια αρτηρια adhibitae: qua ſane *laqueis artis* preſſa, anima interſaepta effunditur.

COL.

C O L. VII.

Verſ. 1. *Sic illi inter ſe.* Quinam ſint, de quibus hoc loco ab auctore noſtro eſt mentio interpoſita, non erit facile coniectare. Nihilo tamen minus, ſi quis de Antonio id atque Cleopatra accipiendum eſſe arbitraretur, qui, quum afflictae perditaeque res omnem fere ſpem praecidiſſent, miſera, ſed aliqua tamen neſcio qua conſolatione animi aegritudinem lenirent, equidem non abnuerem.

Verſ. 2. *Haec Regina gerit.* Nulli dubium eſſe poterit, quin de Cleopatra agat poëta.

Verſ. eodem. *Procul hanc occulta videbat Atropos inridens.* Atropos reginam inridebat ea quidem de cauſſa, quod verti, unde ipſi comparatum nomen, mutarique non poterat quidquid fato deſtinatum erat. Quod verſu ſequenti cognoſci luculenter poteſt.

Verſ. 3. *Inter diverſa vagantem Conſilia interitus.* Quo pacto Cleopatra faciliorem e vita migrandi viam quaerens animo huc illuc vagaretur, ſupra adnotavimus.

Verſ. 5. *Cum parte Senatus.* Adi, ni grave eſt, Dionem L. Is quidem, gliſcente bello civili, e primoribus Romanorum partim, ut fieri ſolet, Antonïo, partim Caeſari ſtuduiſſe narrat. Quare Conſules Cn. Domitius, & C. Soſſius ex urbe clanculum egreſſi ad Antonium transfugere, eoſque deinde ſequuti ſunt ſenatorum ουκ ολιγοι, non pauci. Caeſar autem quum ex Italia ad bellum gerendum diſcederet; παντας τους τι δυναμενους και των Βουλευτων, και των ιππεων omnes optimates & ſenatorii, & equeſtris ordinis ſecum adduxit, tum ut eorum opera uteretur, tum ne in urbe relicti novas res molirentur, tum vero maxime, ut hominibus oſtenderet, maximam optimamque Romanorum partem eadem, quae ipſe, ſentire. Hîc igitur ab hiſtoriae veritate minime alienus eſt poëta.

Verſ. 7. *Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit.* Ex ipſo litterarum ductu verſus complanatus eſt. Si *cupiens* tibi non ſatisfaciat, aliud quid aptius, quod in mentem veniet, Lector, reponito.

Verſ. 8. *Signaque conſtituit. Sic omnis terror in artum.* Iam ex Plutarcho obſervavimus in Hippodromo ipſo adverſus Alexandriam Caeſarem caſtra poſuiſſe. Itaque *omnis terror in artum*, q.d. homines ad incitas, obſeſſa Alexandria, adegit Caeſar, quae ſi capta foret, omnis Aegyptus in victoris ditionem veniret.

C O L. VIII.

Verſ. 1. *Obterere adniſi portarum clauſtra per urbem.* Ita viſum eſt, hunc verſum explere, quum prima verſus huius dictio in *rere* exiret: neque nobis de ea cogitantibus aptius verbum, quam *obterere* factum eſt obviam. Atque hîc de Caeſarianis nullus equidem dubitavi, quin poëta ſit loquutus: a quibus ad expugnandam Alexandriam impetus factus eſt in portas urbis egregie, ut mos erat, ab hoſtibus communitas. Vide apud Livium VI. XXII. pugnam Romanorum opem Tuſculanis, qui in arcem confugerant, ferentium adverſus Latinos Tuſculo iam potitos: quam pugnam huc adprime facientem moleſtum, opinor, non erit, ſi hîc perlegas: *Utrinque urgentur Latini: nec impetus Tuſculanorum decurrentium ex ſuperiore loco ſuſtinent: nec Romanos ſubeuntes moenia, molienteſque obices portarum arcere poſſunt. Scalis prius moenia capta: inde effracta clauſtra portarum.*

Verſ. 2. *Obſidione tamen nec corpora moenibus arcent.* Q. d. etſi Caeſariani arta obſidione urbem premerent; tamen hoſtes a moenibus tutandis non arcebant. Atque *corpora* pro hominibus poſitum videtur, quemadmodum apud Q. Curtium v. 23. ubi Alexander, quum duces militeſque ſuos ad certamen adhortaretur, Darium commonſtrans: *In illo corpore*, inquit, *poſita eſt victoria noſtra.*


Verſ. 5. *Utraque ſollemnis iterum revocaverat orbes.* De vocabuli *ſollemnis* ſcriptura, ne pluribus rem deducam, ſatis ſit e Noriſio ad *Cenotaph. Piſan.* diſcere, *ſollemnis*, *ſolemnis*, *ſollennis*, & *ſolennis* in codicibus, atque inſcriptionibus paſſim proſtrare. Pro conſueto autem atque uſitato, uti apud ſcriptores identidem reperies, hîc *ſollemnis* uſurpatur. *Orbis*, quum non infrequenter apud poëtas praeſertim pro ſolis, lunaeque curſu accipi ſoleat, hoc loco pro diurno, nocturnoque ſpatio adhibitum eſt ab auctore noſtro: itaque *nox & lux ſollemnes revocaverat orbes*, idem erit atque uſitatum curſum repetiverat.

Verſ. 6. *Conſiliis nox apta ducum, lux aptior armis.* Perſimilis Philoſtrati ſententia in vita Apollonii XXVI. *Tempus enim illud* (nox) *eſt ad capienda conſilia accommodatum magis.* Quod ſi univerſim verum illud ſit, multo etiam in bellis verius exiſtimari debet.

 Atque

Atque haec ferme fuere, quae in huius Papyri fragmenta adnotanda esse duximus. Nos quidem, Lector, noluimus Commentatorum vice fungi, & magno eruditionis apparatu si non inutili aliquando, importuno certe, ac fastidioso plerumque singulas vatis nostri sententias adornare, quo voluminis moles increfceret, atque in tenui re gloriam quaereremus. Quamquam, ut ingenue, quod perferendum fuit, aperiamus, tenuis ea res improbo saepe labore stetit, ingentique molestia. Quantum enim conari, enitique debuerimus, ut voculas, dictionesque anxie aucuparemur, quae & cum elementis dictionum vel initio, vel medio, vel fine superstitibus recte coagmentarentur, & versui rite concludendo aptarentur, & cum obscura ut plurimum auctoris sententia convenirent; nae ille poterit intelligere, qui expertus aliquando sit, versandoque huic saxo tantisper insudaverit. Quo illud etiam accedit, quod, quum longum saepenumero, ingratumque laborem exhauseris, vix exsculpere potes, atque extundere, quod tibi probetur, nedum aliis probatum iri speres. Sed nolo hîc diutius immorari, ne industriam, operamque a nobis impensam amplificare oratione videar. Quare, quod initio dicere institueram, noluimus haec fragmenta onerare commentario grandiori; sed pauca quaedam interspergere, quae vel rationem, cur eo modo lacunas compleverimus, redderent; vel παλαιογραφιαν auctoris palam facerent, vel aliquid lucis feneraremur negotiosis, ut facilius poëtae sententiam dispicere possent, atque haec discerpta Absyrthi membra agnoscere. Quae omnia si tibi, Lector, aliqua ex parte probata esse intelligemus; non mediocrem curarum nostrarum fructum retulisse existimabimus. Antequam autem finem orationi faciamus, unum addere hoc extremo loco liceat, si omnibus perlectis, attenteque consideratis, in eam opinionem adducare, ut non Actiacam tantum victoriam, sed universum Aegyptiacum Octaviani bellum hoc poëmate perscriptum fuisse iudicaveris; nos non modo pedibus ituros in sententiam tuam, sed pluribus etiam tibi assensuros.

ΕΠΙΚΟΥΡΟ



Ni. Vanni Reg. Delin.

Fran. Cepparuli Napol. Reg. incisor.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

Β.

EPICVRI

DE NATVRA

LIBER II.

ΠΕΡ ΔΕ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ
ΦΟΡΑΝ ΥΠΑΡΧΟΥΣΗΣ
ΤΑΧΥΤΗΤ ΝΥΝΛΕ
ΓΕΙΝ ΕΠΙΧ ΗΣΟΜΕΝ
ΠΡΩΤΟΝ ΗΛΕ
ΠΤΟΤΗΣ ΜΑΚΡΑΝ ΙΗΣ
ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΙΣΘΗΣΕΩΝ
ΛΕΠΤΟΤΗΤΟΣ Α
Σ ΑΤΑΧΥΤΗΤ Τ Ν
ΔΩΛΩΝ ΑΤΑΤ
ΝΑΝΥΠΕΡΒ
ΔΕ ΚΝΥΤΑΙ

COL. I

ΤΩΣ ΚΟΥΦΑ ΕΙΔ ΠΕΡ
ΒΑΛΛΟΝΤΩ ΦΑ
ΔΗΛΟΝ ΩΣ ΚΑΙ ΥΠΕΡ
ΒΑΛΛΟΝΤΩΣ ΤΑΧΕΙΑ
ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΦΡΑΝ
ΕΙΤΟ ΜΕΝΟ ΝΙΣΟ ΤΑ
ΧΕ ΣΙ Α ΑΤΟΜΟΙ ΛΕ
ΓΕ Δ ΝΕ
ΡΟ ΤΩΙ ΕΦΕ
ΝΑ ΑΙ
Π ΣΥΝΕΧ
ΡΟ ΚΑΙ Μ ΝΟΝ
Ι ΕΝΑ ΤΙΟΥ
Π
ΚΑΙ

COL. II

Giu. Casanova dis. Bart. Oratj inc.

COLUMNA I.

Περι δε της κατα την φοραν ὑπαρχουσης ταχυτητος νυν λεγειν επιχειρησομεν. Πρωτον μεν γαρ ἡ λεπτοτης μακραν της απο των αισθησεων λεπτοτητος απεχουσα ταχυτητα των ειδωλων κατα την φοραν ανυπερβλητον ενδεικνυται . . . . .

CAP. I. De simulacrorum celeritate.

De celeritate autem, qua in motione adficiuntur, nunc dicere adgrediemur. Primum quidem enim tenuitas longe ab ea distans, quae sensibus percipitur, tenuitate, simulacrorum in motione celeritatem insuperabilem arguit . . . . .

COLUMNA II.

ὑπερβαλλοντως κουφα· ει δ' ὑπερβαλλοντως κουφα, δηλον, ὡς και ὑπερβαλλοντως ταχεια κατα την φοραν. Και ει το μεν ὁλον ισοταχεις εισιν ἁι ατομοι, λεγειν δει, συνεισφερομενων, εν τῳ εφ' ἑνα τοπον φερεσθαι, περαν δη συνεχη τον ῥουν, και μη το κενον αυταις εναντιουσθαι περαν φερομεναις, και

. . . . eximie levia: si autem eximie levia, manifestum est, eximie quoque celeria esse in motione. Et si ad summam pari celeritate praeditae sunt atomi, dicendum est, commigrantibus ipsis, dum unum in locum feruntur, perennem utique meare fluxum, neque vacuum eis obsistere ultra meantibus, & . . . .

SCHOLION IN COL. I.

V. 2. Φοραν adpellat motum illum, quo ειδωλα, h. e., *corporum ſimulacra* ab ipſis avulſa per aëra feruntur, quem celerrimum eſſe demonſtrare adgreditur. Sic & paſſim ea voce utitur in epiſtola ad Herodotum, apud Laërtium *lib. X.* Φορα enim (ut recte adnotat *Henric. Stephan.*, in ſuo *Theſauro*) *interdum dicitur de eo, quod fertur cum impetu: unde & quamdam impetus ſignificationem habet*. Hinc, ut infra idem Lexicographus docet, ſumitur Φορα *& pro impetu naturae ad aliquid incitatae*, ut apud Plutarchum in *Themiſtocle*: ετι δε παις ων ὁμολογειται Φορας μεςος ειναι: *conſtat puerum etiamnum ardoris animi plenum fuiſſe*. Ejuſmodi ſignificationem cum non animadvertiſſet *Olearius*, mirifice hallucinatus eſt in reddendis Philoſtrati verbis *in Vita Apollonii lib. VII.*, *cap.* 4, ubi ſic loquitur Philoſtratus: Ο δ', ὡσπερ τῳ ΣοΦοκλει πεποιηται προς τον Οιδιπȣν ὁ Τειρεσιας ὑπερ ἑαυτου λεγων· ȣ γαρ τι σοι ζω δȣλος, αλλα Λοξιᾳ· ὅτω την σοφιαν δεσποιναν πεποιημενος ελευθερος ην της Δομετιανȣ Φορας, τα Τειρεσιȣτε, και ΣοΦοκλεȣς ἑαυτῳ επιθεσπισας, και δεδιως μεν ȣδεν. Ipſe autem vertit: *Apollonius vero, quemadmodum a Sophocle fingitur Tireſias apud Oedipum de ſe dixiſſe*: „ *Apollinis vivo miniſter, non tuus* „: *ita & ipſe dominam ſequutus ſapientiam, ex iis erat, qui libertatem Domitiani aevo tuebantur, Tireſiae, Sophocliſque verba ſibi dicta exiſtimans, nihilque ſibi quidem metuens ipſi*. In ſubiecta vero adnotatione ſic ait: *Eunapius Vit. Sophiſt. p.* 5. την εν τῳ μεσῳ Φοραν σοφιςων *memorat*. *Ut itaque* σοφιςην *diceres* της εν τῳ μεσῳ φορας, *cum, qui media aetate floruerit, ſic* ελευθερον της Δομετιανȣ φορας *eſſe puto hominem vere liberum, qui aetate Domitiani extiterit, &, ut ad verbum magis exponam, qui ſit ex genere liberorum, quos Domitiani tulit aetas*. Nugatur heic quidem Olearius, & quae adfert, απροσδιονυσα prorſus ſunt. Etenim ἡ φορα των σοφιςων εν τῳ μεσῳ apud Eunapium nihil aliud eſt, quam *copia ſophiſtarum ubique occurrentium*; ut apud *Aeſchin.* Φορα ῥητορων, & itidem apud *Plutarch.* Φορα σοφιςων, quod diſcere licet e lexicis. In Philoſtrati igitur loco ἡ Δομετιανȣ φορα idem valet, ac *impetus naturae Domitiani*, qua liberum fuiſſe Apollonium praedicat, quippe qui nihil timeret, δεδιως μεν ȣδεν. De Domitiani enim violento ingenio ita Dion Caſſius initio Lib. LXVII. in Domitiano: Δομιτιανος δε ην μεν και θρασυς, και οργιλος, ην δε και επιβουλος, και κρυψινους· ὡστε αφ' ἑκατερων, των μεν το προπετες, των δε το δολιον εχων, πολλα μεν ὡς σκηπτος οξεως εμπιπτων τισιν, ελυμαινετο, πολλα δε και εκ παρασκευης εκακουργει. *Domitianus homo erat audax & iracundus; idem praeterea inſidiator & occultus: itaque ex altero praeceps, ex altero fraudulentus erat. Multa enim nonnullis damna irruens celeriter inſtar fulminis, multa contra & praemeditatus inferebat*.

V. 3. ταχυτητος) Etſi de celeritate ἁπλως verba ſe facturum ſpondet, tamen quominus de *idolorum celeritate* ſermonem inſtituat, quae ſequuntur dubitare non ſinunt. Palam igitur fit, in praecedentibus, quae deſunt, de idolis γενικως pertractaſſe, h. e., de ipſorum natura, & creatione; ut ex Laërtio, & Lucretio diſcimus. Hinc Poëta ſic Epicuri tranſitionem, in quam commentamur, παραΦραζει *lib. IV. v.* 177:

Nunc age quam celeri motu ſimulacra ferantur,
Et quae mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita ſit, longo ut ſpatio brevis hora teratur,
In quemcumque locum diverſo numine tendunt,
Suavidicis potius, quam multis verſibus edam.

V. 5. ἡ λεπτοτης) De ſimulacrorum tenuitate procul dubio diſſeruerat: nunc autem ex ipſamet tenuitate eorum celeritatem adſumit.

V. 6. & *ſequ.* μακραν της απο των αισθησεων λεπτοτητος απεχȣσα) Idem Epicurus in epiſtola ad Herodotum apud Laërtium *lib. X ſeg.* 46. ſic eamdem ſententiam expreſſit. και μεν και τυποι ὁμοιοσχημονες τοις ςερεμνιοις εισι, λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των Φαινομενων: *ſunt vero & quaedam effigies, corporibus ſolidis delineatione conſimiles, quae ſua tenuitate longe ſuperant quidquid eſt rerum conſpicabilium*. Hinc Lucretius *lib. II. v.* 312:

Omnis enim longe noſtris ab ſenſibus infra
Primorum natura jacet.

Et *lib. IV. v.* 730 ſic cecinit:

Tenuia, quae facile inter ſe iunguntur in auris
Obvia cum veniunt, ut aranea, bracteaque auri:
Quippe etenim multo magis haec ſunt tenuia textu,
Quam quae percipiunt oculos, viſumque laceſſunt.

Ha-

Huiuſmodi autem tenuitatem ex atomorum incredibili parvitate arguebat Epicurus, utpote quas nulla magnitudine praeditas aiebat, teſte Laërtio *lib. X. ſegm.* 44: *παν τε μεγεθος μη ειναι περι αυτας· ουδεποτε γουν ατομος ωφθη αισθησει: omnemque magnitudinem non eſſe circa ipſas; nunquam enim atomus ſenſu viſa eſt*. Quapropter *Lucretius lib. IV.* v. 109:

> *Nunc age, quam tenui natura conſtet imago,*
> *Percipe. Et in primis, quoniam primordia tantum*
> *Sunt infra noſtros ſenſus, tantoque minora,*
> *Quam quae primum oculi coeptant non poſſe tueri.*

V. 9. *των ειδωλων*) Quid *των ειδωλων* nomine intellexerit Epicurus, ipſemet explicat in ſuperius citata *epiſtola ad Herodotum*, ubi cum dixiſſet eſſe in natura *τυπους ὁμοιοσχημονας τοις στερεμνιοις*, & de eorum generatione locutus eſſet, concludit: *τουτους δε τους τυπους ειδωλα προσαγορευομεν: hos autem typos idola adpellamus*. Hinc Lucretius *lib. IV. v.* 34:

> . . . . *rerum ſimulacra vocamus,*
> *Quae quaſi membranae ſummo de corpore rerum*
> *Dereptae volitant ultro, citroque per auras.*

Et v. 46:

> *Dico igitur rerum effigias, tenueiſque figuras*
> *Mittier ab rebus ſummo de corpore earum,*
> *Quae quaſi membrana, vel cortex nominitanda eſt,*
> *Quod ſpeciem ac formam ſimilem gerit eius imago,*
> *Quoiuſcumque cluet de corpore fuſa vagari.*

Atque adeo adpoſite *Tullius de Fin. lib. I. cap.* 6: *imagines, quae* idola *nominant, quorum incurſione non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus.*

V. 11. *ανυπερβλητον*) Eamdem ſententiam, eodem vocabulo ſic idem Epicurus expreſſit in *epiſt. ad Herodot. apud Laërt. lib. X ſegm.* 47: *ὁτι τα ειδωλα ταις λεπτοτησιν ανυπερβλητοις κεχρηται, ᾧ μηθεν αντιμαρτυρει των φαινομενων, ὁθεν και ταχη ανυπερβλητα εχει· quia idola inſuperabili tenuitate praedita ſunt, cui rei nihil adparentium refragatur; idcirco & inſuperabilem habent celeritatem.*

SCHOLION IN COL. II.

V. 2. Mutilam illam voculam *τως*, quae initium facit hujus Columnae, reſiduum eſſe vocis *ὑπερβαλλοντως* in praecedenti adpictae, nemo erit, qui dubitet; ſiquidem mox adſumit: *ει δ' ὑπερβαλλοντως κουφα*. Quomodo autem haec Columna cum praecedenti conſarcinari queat, vide Commentarium.

V. 3. *κουφα*) E ſimulacrorum levitate celeritatem oriri ſic ex Epicuri mente cecinit Lucretius *lib. IV. v.* 184:

> *Principio perſaepe leveis res, atque minutis*
> *Corporibus factas celereis licet eſſe videre:*
> *In quo iam genere eſt ſolis lux, & vapor eius;*
> *Propterea quia ſunt e primis facta minutis,*
> *Quae quaſi truduntur, perque aëris intervallum*
> *Non dubitant tranſire ſequenti concita plaga.*
> *Subpeditatur enim confeſtim lumine lumen,*
> *Et quaſi protelo ſtimulatur fulgure fulgur.*
> *Quapropter ſimulacra pari ratione neceſſe eſt*
> *Immemorabile per ſpatium tranſcurrere poſſe*
> *Temporis in puncto: primum quod parvola cauſa*
> *Eſt, procul a tergo quae provehat, atque propellat:*
> *Deinde quod uſque adeo textura praedita rara*
> *Mittuntur, facile ut quaſvis penetrare queant res,*
> *Et quaſi permanare per aëris intervallum.*

Poſt v. 6. in margine ſiniſtrorſum adpictum vides ſignum ≻ Id nempe eſt, quod veteribus adpellabatur *διπλη ωβελισμενη*, h. e., *διπλη γραμμη* cum *οβελῳ*; & quoniam

haec figura tranſverſum λαμδα referebat, dictum etiam fuit αντιλαμδα. De huius επισηματος uſu ſic Iſidorus *Etymolog. lib. I cap. 20 : Diple obeliſmene interponitur ad ſeparandas in comoediis, vel tragoediis periodos*. Hinc autem dignoſcitur adhibitam quoque ad diſtinguendas varias orationis partes : nempe cum Scriptor ad alia pertranſit. Vt heic Epicurus, cum demonſtrarit celerrime ferri ſimulacra, ad oſtendendum, quomodo continenter eadem e corporibus fluant, gradum facit.

V. 7. ισοταχεις) Adſumit heic procul dubio, quod ante docuerat, atomos nempe aeque celeres eſſe, adeo ut eodem tempore ſimul ferri per vacuum poſſint, etſi diverſa gravitate ſint praeditae. Id, quandoquidem praecedentia perierunt, diſcimus ex eodem Epicuro in *epiſt. ad Herodotum ſegm. 61* : Και μην και ισοταχεις αναγκαιον τας ατομους ειναι, όταν δια του κενου εισφερωνται, μηδενος αντικοπτοντος· ουτε γαρ τα βαρεα θαττον οισθησεται των μικρων, και κουφων, όταν γε δη μηδεν άπαντα αυτοις, ουτε τα μικρα των μεγαλων, παντα πορον συμμετρον εχοντα, όταν μηθεν μηδε εκεινοις αντικοπτη. *Verum enimvero aeque celeres atomos eſſe neceſſe eſt, cum per vacuum feruntur, nihilo reluctante. Neque enim gravia citius ferentur, quam parva, ac levia; neque parva citius, quam magna: quippe omnia aeque aptum meatum habent, quando nihil ipſis refragatur*. Hunc locum profecto indigitat Laërtius, qui in eadem epiſtola *ſegm. 43*, ubi Epicurus ait : κινουνται συνεχως αἱ ατομοι, *continenter moventur atomi*, ſic adnotat : φησι δε ενδοτερω, και ισοταχως αυτας κινεισθαι, του κενου την ἴξιν ὁμοιαν παρεχομενου και τη κουφοτατη, και τη βαρυτατη· *ait autem inferius, aeque celeriter ipſas moveri, quippe vacuum aequalem meatum praebet tam leviſſimae, quam graviſſimae*. Quare Lucretius ſic cecinit *lib. II v. 239* :

At contra nulli de nulla parte, neque ulla
Tempore inane poteſt vacuum ſubſiſtere reii;
Quin, ſua quod natura petit, concedere pergat.
Omnia quapropter debent per inane quietum
Aeque ponderibus non aequis concita ferri.

V. 9. συνεισφερομενων) Sic ſuppleri mutilum verbum poſſe, non modo reſidua elementa NE ſuadent, ſed ſententia ipſa poſtulat : niſi mavis συνεπαιρομενων, *uno impulſu commigrantibus*, quod eodem recidit. Sed nobis prius adridet, quoniam in proxima ſuperiori adnotatione audivimus Epicurum ſcribentem : ὁταν ατομοι δια κενου εισφερωνται. Si quis vero pro λεγέιν δει legere malit λεγειν δικαιον, ut alibi idem Epicurus φασκέιν δικαιον, non intercedimus. Tum vero ſatis erit ſubdere εισφερομενων.

V. 10. τοπον φερεσθαι) Praecedens adiectivum εφ' ἑνα nonniſi τοπον poſtulare videtur. Verbum vero φερεσθαι hauſimus ex ipſomet Epicuro, qui in citata epiſtola ad Herodotum *ſegm. 62* ſic ſcribit : αλλα μηδε κατα τας συγκρισεις θαττον ἑτερα ἑτερας οισθησεται των ατομων ἰσοταχων ουσων, τῳ εφ' ἑνα τοπον φερεσθαι τας εν τοις αθροισμασιν ατομους, και κατα τον ελαχιστον συνεχη χρονον· *ſed nec per concretiones aliae aliis celerius ferentur; quoniam ſemper aeque celeres atomi ſunt, cum in unum locum feruntur, quae in iiſdem ſunt concretionibus, & minimo continenti tempore*. Hinc Lucretius *lib. cit. v. 156* :

At quae ſunt ſolida primordia ſimplicitate,
Cum per inane meant vacuum, nec res remoratur
Ulla foris; atque ipſa ſuis e partibus unum,
Unum in quem coepere locum, connixa feruntur;
Debent nimirum praecellere mobilitate,
Et multo citius ferri, quam lumina Solis.

V. 12. περᾶν δη συνεχη τον ρουν) Huiuſmodi ſupplementum nemo improbabit, qui prae oculis habeat, quae Epicurus ad Herodotum ſcribebat *ſegm. 48* : ρευσις απο των σωματων του επιπολης συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει· *fluxus a corporum ſuperficie eſt indeſinens, nec conſpicuus*. Idemque paulo ante απορροιας, *effluxiones* dixerat a corporibus manare : quare Lucretius *lib. IV v. 228* :

Uſque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur undique partes
Perpetuo . . . .

Et *v. 144* :

Nunc ea quam facili, & celeri ratione genantur,
Perpetuoque fluant ab rebus, lapſaque cedant.

Sic etiam Tullius de Epicuri ſyſtemate verba faciens in *De Natura Deorum lib. I*:

Fluen-

Fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur. Et Macrobius *VII*, 14 *Saturnal*: *Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quaedam simulacra manare ait, nec unquam tantulam moram intervenire, quia ultro ferantur inani figura cohaerentes corporum exsuviae, quarum receptacula in nostris oculis sunt*; Apuleius quoque: *Profecto a nobis imagines, velut quasdam exsuvias iugi fluore manare*.

Huc autem respiciens Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypotypos. lib. III cap.* 5 ait: ει δε σωμά εϛιν ὁ λόγος, επει και περι των σωματων διαπεφωνηται, ποτεϱον καταλαμβανεται, η ου, δια την λεγομενην συνεχη ρυσιν αυτων· *si autem corpus est ratio, quoniam etiam de corporibus controversia est, comprehendantur, nec ne, propter continuum eorum fluxum, quem vocant*. Posset tamen eadem sententia hisce verbis contineri, quae residua elementa minime respuunt: λεγέιν δικάιον εισφερομενας, εν τῳ εφ' ἑνα τοπον φερεσθαι, παρέχειν συνεχη τον ρουν. Elige, quod mavis.

V. 13. και μη τὸ κενόν αυταις εναντιουσθαι περαν vel πορρω φερομεναις) Cum Epicurus praeter allata superius loca in eadem epistola ad Herodotum apud *Laërt. lib. X segm.* 46 docuerit: και μην και ἡ δια του κενου φορα κατα μηδεμιαν απαντησιν των αντικοψαντων γινομενη παν μηκος περιληπτον εν απερινοητῳ χρονῳ συντελει· *Quin etiam motio atomorum per vacuum, in quo nihil occurrit, quod retundere valeat, quodcumque cogitabile spatium incomprehensibili tempore perficit*; hinc profecto non abnues, sic suppleri posse residua huius commatis elementa.

ΙΝΚΑΙΤΑΖΙΝΑΛ
ΛΑΜΟΝΟΝΤΑΥΤΑΙϹ
ϹΑ
ΤΡΟϹΧΩΡΗϹΑΙΩΝ
ΔΕΝ
ΟΤΕΡΟΝΔΙΑϹΤΗΜΕΙ
ΚΑΙΟΙΟΝΕΙΕΚΤΟΥ
Ν ΝΤΙΟΝΑΥ
ΕΙΝΤΟϹΩ Α
ΦΥϹΕΙΤΟϹΧΙ
ΙΟΥΠΩΠΡΟϹΚΡ
ϹΑϹΤΩ ΤΕ ΜΝ Ν
ΕΙΝΤ ϹΥΝΙ
ΝΟΥΝ
ΤΕΡΕ
Τ ΡΟ ΡΟΥϹ ΟΓ

COL. III

ΜΑ ΥΡΕ Ι
ΝΟΜΕΝΟΙϹ ΑΦΑ
ΥΝΠΑ ΝΓΙ
ΑΙΟΤΙΤΑΕΙΔΩΛΑ
ΤΑΧΥΤΗΤΑΤΙΝΑ
ΑΝΥΠΕΡΒΛΗΤΟΝΚΕ
ΚΤΗΤΑΙΚΑΤΑΤΗΝ
ΑΝ ΚΑΙΕΝΤΟΙΟΥ
ΤΩΙΔΕΤΙΝΙΤΡ ΠΩΙ
ΕϹΤΑΙΠΕΡΙΤΗϹΤΑΧΥ
ΤΟϹΤΩΝ ΙΔΩΛΩ Α
ΔΕΙΖΙΝΠΟΙΗϹΑ
ΕΠΕΙΔΗΓΑ
ΧΥϹ ΟΥΜΟΝ ΟΤ
ΥΦΟΤΗΤΑ

COL. IV

Giu. Casanova dis. *Bart. Oraty inc.*

COLUMNA III.

θεσιν και ταξιν, αλ- λα μονον ταυταις προσχωρησασαι, ὧν προτερον διαστημα ενει- στηκει· και διονει εκ του κατεναντιον αυ- τομολειν, το σωμα α- ναφυσει το σχημα· ει και ουπω προσκρουσα- σας τω στερεμνιω λειω ειδειν τας συνιζησεις ουκ εστιν· οὖν εκα πολλα τα στερεμνια τοτε προσφερουσι μονον

. . . . poſitionem, atque ordinem, ſed ſolum his adcedentes, inter quas primitivum interſtitium poſitum fuerat: & veluti in adverſum transfugientibus ipſis, corpus gignet figuram; etſi donec incurſent in ſolidum laeve, ſecretiones perſpicere non licet. Cuius rei gratia multa ſolida tunc ſolum exhibent . . . .

COLUMNA IV.

μαρτυρειται φαι- νομενοις. Καταφα- νες ουν παλιν γι- νεται, ότι τα ειδωλα ταχυτητα τινα ανυπερβλητον κε- κτηται κατα την φοραν. Και εν τοιου- τωδε τινι τροπω εσται περι της ταχυ- τητος των ειδωλων α- ποδειξιν ποιησασθαι αν. Επειδη γαρ ὁ ρους ταχυς, ου μονον ότε την κουφοτητα . . . .

. . . . teſtatum eſt phaenomenis. Manifeſtum igitur rurſum eſt, quod ſimulacra celeritatem quamdam inſuperabilem adipiſcantur in motione: atque hoc aliquatenus modo poterit de celeritate ſimulacrorum demonſtratio fieri. Quoniam enim fluxus eſt celer non ſolum, quando levitatem . . . .

SCHOLION IN COL. III.

Quid hinc desit, & quomodo sententia fulciri possit, videsis nostrum Commentarium.

V. 1. θεσιν) Sic restituendam primam huius Columnae vocem, sequens ταξιν manifeste prodit. Novimus enim non semel copulatas eas voces ab eodem Epicuro. In citata *epist. ad Herodot. segm.* 46 ουτε αποῤῥοιαι (αδυνατουσιν γινεσθαι) την εξης θεσιν και ταξιν διατηρουσαι, ἥνπερ και εν τοις στερεμνιοις ειχον· *neque repugnat fieri effluxiones, quae externarum partium positionem, & ordinem eumdem servent, quem in solidis habebant*. Sic recte legit Gassendus in suis *Animadversionibus* in *lib. X Laërtii pag.* 129 ubi sic habet: *Repono* ταξιν *pro eo, quod vulgo habetur* βασιν; *nam & brevi post licet iterum legere* θεσιν και ταξιν. *Et cum Epicurus ibi iam loquatur de simulacris, quae ex solidorum superficiebus diripiuntur, constat velle ipsum nihil aliud, quam huiusmodi simulacra a corporibus avolantia servare eumdem positum, ordinemque partium, quem in ipsa sui dereptione in superficiebus corporum habebant*. Et quidem paullo infra *segm.* 48 Epicurus scribit: και γαρ ρευσις απο των σωματων του επιπολης συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει, δια την ανταναπληρωσιν σωζουσα την επι του στερεμνιου θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον· quae verba sic lecta optime reddit Ignatius Rossius in suis *Commentationibus Laërtianis pag.* 267: *Perpetuus est enim fluxus imaginum e corporum extremitate, minime conspicuus, quod ob continentem earum submissionem idem in illis, ac qui in solido est, atomorum positus, & ordo ad multum tempus servetur.* Hanc utique Epicuri doctrinam in mente habuit Lucretius, cum *lib. IV, v.* 65 scripsit:

Praesertim cum sint in summis corpora rebus
Multa minuta, iaci quae possint ordine eodem,
Quo fuerint, veterem & formae servare figuram.

V. 4. προτερον διαστημα ενειστηκει) Ut adsequaris, quid sibi voluerit hisce verbis Epicurus, meminisse oportet, eum opinatum fuisse, atomos, ex quarum adgregatione corpora exsurgant, inter se sic copulari, ut quasi tenuissimam membranam efforment; ex innumeris autem eiusmodi membranarum στιχοις, quorum alter alteri sit impositum, solidum coagmentari: quamplurima autem vacua interstitia in hisce atomorum texturis inesse, atque adeo quamque atomum sic positam esse, ut non modo atomis & interstitiis hinc inde in eadem membrana positis, sed etiam aliis in praecedenti, & in sequenti membrana respondentibus circumsaepiatur: hinc autem fieri, ut perpetuo fluxu hisce membranis a corpore avolantibus, quaeque atomus suam posituram & ordinem servet, tum quod ad alias e latere positas, tum quod ad antecedentes, & consequentes, & semper illi adcedat, cui ab initio successit, etsi una membrana ab altera primitivo quodam interstitio secernatur. Distinguebat praeterea alterius generis atomorum e corporibus effluxiones, earum nempe, quae ex interioribus corporum partibus aliqua vi, atque impulsu adactae erumperent, quaeque propterea nullum certum ordinem, & posituram servarent. Huius autem alterius generis esse aiebat odorem, fumum, vaporem: contra prioris generis esse idola, quorum ope visio perficeretur, scilicet τυπους ὁμοιοσχημονας, h. e., *figuras corpori omnino similes*, quae a membranis integram corporis superficiem servantibus, & sponte fluentibus enascerentur. Hanc doctrinam sic suis carminibus expressit Lucretius *lib. IV v.* 88:

Praeterea omnis odor, fumus, vapor, atque aliae res
Consimiles ideo diffusae rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinsecus ortae,
Scinduntur per iter flexum; nec recta viarum
Ostia sunt, qua contendunt exire coortae.
At contra tenuis summi membrana coloris
Cum iacitur, nihil est, quod eam discerpere possit;
In promtu quoniam est in prima fronte locata.

Hinc profecto vides, cur dicat atomos in idolis nativum corporis ordinem, & situm non immutare, *sed solum illis adcedere, inter quas primitus interstitium positum fuerit*. Igitur διαστημα heic aliud esse nequit, quam interstitium, quo una membrana ab altera secernitur.

V. 6. κατεναντιον αυτομολειν) Vocem κατεναντιον tum residua elementa, tum ipsa sententia indigitant: sed negotium facessit mutilum illud αυ . . . ειν. Principio quidem legendum duximus αυτας ελθειν, sed mox redundantem vidimus particulam οιονει. Ex mente enim

enim Epicuri leviſſimae atomorum membranae re ipſa ex adverſo intuentium adveniunt: importunum ergo eſſet illud *quaſi*. Propterea nihil melius ſuccurrit, quam verbum αυτομολειν, quod opportuniſſime nobis videtur Epicurus huc transtuliſſe, ut exprimeret illum ſpontaneum atomorum fluxum, quo *quaſi* e corporibus transfugiunt, & in oculos intuentium incurrunt.

V. 10. τῳ στερεμνιῳ) Solemne Epicuri vocabulum, quo reſiſtentia corpora deſignabat, ut diſtingueret ab iis, quae corpora quidem eſſe aiebat, ſed minime reſiſtentia, ut idola, & Deorum corpora. Quare Tullius de Natura Deorum *lib. I cap.* 18 ſic Velleium loquentem inducit: *Deorum naturam . . . . nec ſoliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quae ille* (Epicurus) *propter firmitatem* στερεμνια *adpellat*. Idem paſſim infra invenies.

V. 10. λειῳ) Hariolando quidem hoc επιθετον ad lacunam implendam induximus: hariolationis tamen rationem adcipe. Novimus Epicurum docuiſſe avolantes corporum membranas, ſive idola ſingillatim minime conſpicua eſſe. Relege ſis eius verba quae ad *v.* 1 huius Columnae recitavimus ex recenſione Ignatii Roſſii, ubi idem ſic opportune commentatur: *Haec fuiſſe Epicuri mens mihi videtur: Nos ſcilicet formas e corporibus perpetuo fluentes minime cernere, quia cum idem in iis, atque in corporibus, unde exſiſtunt, ordo ſit, ac ſitus elementorum, ſingulaeque illarum partibus iſtorum ſingulis directe reſpondeant, non ipſas imagines quidem, ſed ſolidum corpus, in quod oculos dirigimus, ductu imaginum conſpicimus. Manet vero diutius in his eadem corpuſculorum poſitio, ac partium ſtructura* δια την ανταναπληρωσιν: *quod nempe unam effigiem altera continuo ſequitur, eiuſque vices ac locum veluti ſupplet; itaque eam fulcit, ac ſubſtinet, uti ipſa viciſſim a tertia, haec autem a quarta, ceterae item a conſequentibus deinceps excipiuntur, ac ſubſtentantur; ſeries vero tota ſolido ipſo, ex quo procedit, innititur*. Hinc Lucretius canebat *lib. IV*, *v.* 257:

Illud in his rebus minime mirabile habendum eſt,
Cur ea, quae feriunt oculos ſimulacra, videri
Singula cum nequeant, res ipſae perſpiciantur.

Attamen aliquando videri poſſe idem Poëta Epicuri interpres docet; cum ſcilicet in corpora denſa, & laevigata, ut ſpeculorum aequor, offendunt. Sic *ibidem v.* 103:

Sunt igitur tenues formarum, conſimileſque
Effigies, ſingillatim quas cernere nemo
Cum poſſit, tamen aſſiduo crebroque repulſu
Deiectae reddunt ſpeculorum ex aequore viſum.

Atque huius rationem phaenomeni ſic reddit *ibid. v.* 146:

Semper enim ſummum quidquid de rebus abundat,
Quod iaculentur; & hoc alias cum pervenit in res
Tranſit; ut in primis veſtem: ſed in aſpera ſaxa,
Aut in materiem; ut ligni, pervenit, ibi iam
Scinditur, ut nullum ſimulacrum reddere poſſit.
At cum, ſplendida quae conſtant, oppoſta fuerunt,
Denſaque, ut in primis ſpeculum eſt; nihil accidit horum,
Nam neque, uti veſtem, poſſit tranſire; neque ante
Scindi, quam meminit laevor praeſtare ſalutem.
Quapropter fit, ut hinc nobis ſimulacra genantur:
Et quamvis ſubito, quovis in tempore, quamque
Rem contra ſpeculum ponas, adparet imago.

Cum igitur heic doceat Epicurus, videri non poſſe ſecretiones, ſive avolantia ſimulacra, donec incurſent ſolido; profecto niſi ſuppleas επιθετον, quod ſolidi qualitatem definiat, cui datum eſt ſimulacra reddere, invenies eum tum phaenomenis, tum diſcipulo mirifice repugnantem. Cum enim omnia ſimulacra avolantia ſolidis offendant, cuncta ſingillatim forent conſpicua, quod ipſe merito denegat. Nullum igitur opportunius επιθετον ad modicam lacunam implendam ſuccurrit, quam λειῳ. Hinc habes etiam noſtri ſupplementi in duabus poſtremis columnae lineis rationem, & nexum cum ſequentibus, prout in Commentario leges.

V. 11. τας συνιζησεις) Cum praecedens participium προσχρυσασας, ſubſtantivum nomen requirat, quicum cohaereat, reſtituendas mutilas voces τ.. συνι..., duximus τας συνιζησεις. Idem enim verbum minus decurtatum recurrit *Col. V v.* 12 .. υνιζη ... Quid autem heic ſit συνιζησις, & cur reddendum duxerimus *ſecretionem*, operae pretium eſt expendere. Vox quidem

quidem obvia est apud Grammaticos, qui, sicubi binae vocales coalescunt, συνιζησιν adpellant. Proprie autem est *sedimentum*, vel *considentia terrae*, ut Lexicographi adnotant, idem, quod a Tullio dicitur *labes*; cum scilicet terrae pars aliqua subsidit, & alteri adhaeret. Atque hoc quidem sensu a Dione adcipitur verbum συνιζειν *lib. LXVI*, 21, cum de Vesuvii conflagratione sub Tito verba facit: εκ δε τουτου, εκεινων μεν ακαυστων αει οντων, των δε εν τω μεσω κραυρουμενων, και τεφρουμενων, αἱ περιξ κορυφαι το αρχαιον ὑψος ες δευρο εχουσι· το δε εμπυρον παν, δαπανηθεν εν τω χρονω, κοιλον εκ του συνιζειν γεγονεν· *Proinde, cum illae* (exteriores partes) *nunquam exurantur, quae vero sunt in medio inflammentur, & in cinerem redigantur; vertices circumpositi veterem altitudinem usque adbuc servant, pars autem inflammata temporis progressu consumta, concava facta est subsidendo*. Hinc vides συνιζησιν habere eam vim, ut dicatur de corporis parte, quae decidendo abscedit, & cum alio corpore, ad quod decurrit, coalescit. Recte igitur το συνιζειν dici potest de atomorum texturis, sive membranis, quae continenter a solidis corporibus defluunt, & quasi labentes, vel cadentes recedunt, ad proxime antecedentes feruntur, & cum ipsis considunt. Quare Lucretius verbum *cadere* hoc sensu usurpavit *lib. IV. vers.* 63:

Nam cur illa cadant magis, ab rebusque recedant,
Quam quae tenüia sunt, hiscendi est nulla potestas.

Et *v.* 145:

Perpetuoque fluant ab rebus, lapsaque cedant.

Et *v.* 87 *secreta* adpellat huiusmodi membranas, quae a corporibus defluunt, & singillatim videri nequeunt:

Quae vulgo volitant subtili praedita filo,
Nec singillatim possunt secreta videri.

Habes autem in hisce Lucretii verbis ipsam, quam heic Epicurus tradit doctrinam; ut verbum verbo adpendisse fategerit. Quare non abnues eius sententiam nobiscum restituere: ειδειν τας συνιζησεις ουκ εστιν· *conspicere secretiones non licet*.

SCHOLION IN COL. IV.

V. 1. μαρτυρειται φαινομενοις.) Quid exploratum esse phaenomenis dicat, incertum sane est, cum praecedentia desint. Attamen dubitare minime possumus quin phaenomenon eiusmodi sit, unde, posita simulacrorum doctrina, eorum celeritas incredibilis magis magisque conspicua fiat. Hoc autem aliud esse nequit, quam quod Lucretius Epicuri interpres, ad idem ostendendum adsumit, lib. IV v. 157; phaenomenon nempe speculorum imaginem statim reddentium:

Rem contra speculum ponas, adparet imago:
Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo
Texturas rerum tenueis, tenueisque figuras.
Ergo multa brevi spatio simulacra genuntur,
Ut merito celer his rebus dicatur origo.

Quod argumentum quam belle descendat ex iis, quae Epicurus disputat in praecedenti columna de simulacris minime conspicuis, nisi offendant solido laevi & splendido, quisque per se videt. Et quoniam idem argumentum maiorem vim desumit ex multiplicatione imaginum in pluribus speculis eodem tempore; hinc in nostro Commentario de ea etiam differentem Epicurum fecimus; quandoquidem de eadem sic Lucretius cecinit lib. cit. v. 303:

Fit quoque, de speculo in speculum ut tradatur imago;
Quinque etiam, sexve ut fieri simulacra fuerint.
Nam quaecumque retro parte interiore latebunt,
Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota,
Omnia per flexos aditus educta licebit
Pluribus haec speculis videantur in aedibus esse:
Usque adeo e speculo in speculum tralucet imago.

In phaenomenis autem totam demonstrationis vim posuisse Epicurum, utpote, qui *omne iudicium*, ut ait Tullius *in Lucullo*, *in sensibus constituit*, exploratissimum est. Quare Sextus Empiric. *adversf. Mathemat. lib. VIII* scribebat: Ειγε Δημοκριτος μεν πασαν αισθητων ὑπαρξιν κεκινηκεν· Επικουρος δε παν αισθητον ελεξε βεβαιον ειναι· *siquidem Democritus omnem sen-*

fenfilium amovit exiftentiam: Epicurus autem, quidquid eft fenfibile, firmum effe dixit, ac validum. Et *lib.VII*: των Φυσικων οἱ μεν παντα ανῃρηκασι τα Φαινομενα, ὡς οἱ περι Δημοκριτον, οἱ δε παντα εθεσαν, ὡς οἱ περι τον Επικουρον, και Πρωταγοραν, οἱ δε τινα μεν ανειλον, τινα δε εθεσαν, ὡς οἱ απο της Στοας, και του Περιπατου· *ex phyficis, alii quidem phaenomena fuftulerunt, ut Democritus; alii autem omnia admiferunt, ut Epicurus, & Protagoras; alii nonnulla quidem fuftulerunt, nonnulla admiferunt, ut Stoici, & Peripatetici*. Hinc Lucretius *lib. IV*. *v*.480. fic cecinit:

Invenies primis ab fenfibus effe creatam
Notitiam veri, neque fenfus poffe refelli.

Quapropter fic de ipfa idolorum celeritate differens fcribebat ad *Herodot*. apud Laërt. *lib.X. fegm*.47: ὁτι τα ειδωλα ταις λεπτοτησιν ανυπερβλητοις κεχρηται, ᾧ μηθεν αντιμαρτυρει των Φαινομενων, ὁθεν και ταχη ανυπερβλητα εχει· *quia idola infuperabili tenuitate praedita funt, cui rei nihil adparentium repugnat, idcirco & infuperabilem celeritatem habent*.

V.2. ΚαταΦανες ουν παλιν.) Haec utique conclufio prodit praeceffiffe alterum argumentum, diverfum a primo, quod petierat a membranarum eximia levitate, ut fupra differuimus:

V.8. Και.) Spatiolum illud, quod in αυτογραφω hanc particulam praecedit, finalis puncti vices fupplet, ut alibi monuimus, & in fequentibus cernere licet.

Ibid. τοιουτωδε τινι τροπω.) Illud τινι in hac phrafi παρελκει· quare reddidimus: *tali modo*. Sic apud Diodor. Sicul. *Bibl.Hift. lib.XVI. cap*.94: εν αυτοις τοις ὑποκειμενοις αγωσι την επιβουλην συνεστησατο τοιωδε τινι τροπω· *in ipfis, de quibus agimus, ludis infidias ftruxit* (Paufanias) *hoc quidem pacto*.

V.12. αποδειξιν.) Quid proprie fit αποδειξις, difcere licet ex Tullio, qui belle docuit in fuo *Lucullo* c.8: *Argumenti conclufio, quae eft graece αποδειξις ita definitur: Ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit*. Ex enucleatis igitur heic fuam αποδειξιν inftruit Epicurus.

V.13. αν.) De particula αν in fine periodi paffim exempla habes apud Graecos Scriptores in adlato fenfu. Sic apud Thucyd. *Hift. lib. V*. 87: ει δ᾽επι τουτω, λεγοιμεν αν· *fin ad hoc veniftis, loqui poffumus*. Hinc male admodum translata in Latinum invenies haec in Ctefiae *Indicor. Fragmentis* verba, in Herodoti *Edit.Weffeling.p*.862: Εθνος ορνιθων Ινδικων βραχυτατων και τουτο ειη αν· εν δε τοις παγοις τοις ὑψηλοις νεοττευει, και ταις πετραις ταις καλουμεναις Λιτταις· *parvularum quarumdam Indicarum avium natio in excelfis, & inacceffis rupibus nidificat*. Reddenda autem funt: *hoc etiam genus inter breviffimas aves Indicas referri poffet: in collibus autem excelfis nidificat, & rupibus, quae Littae adpellantur*.

V.14. ὁτε.) Cur ὁτε, & non ὁτι fupplendum duximus, & quaenam fubfit fententia, vide Commentarium.

ΕΝϹΕΚ ΘΑΙ ΤΟ
ΕΙΔΩΛΟ ΗΝΑΝ
ΚΑΤΑΤΟΝ ϹΤΙΚΟΝ
ΤΟΠΟΝΤΑϹΤΕΡΕΜΝΙ
ΑΜΟΝΟΝΤΑΧ ΩϹΔΥ
ΝΑϹΘΑΙ·ΦΕΡΕϹ ΑΙ ΟΝ
ΕΙΔΩΛΑΜ ΚΑ
ΠΤΟΝΕΞΩϹ ΚΟ ΑΙ
ΑΜΕΝΤΟΙ ΤΟ Π ΛΑΚ
ΝΟΜΕΝΟ Θ
ΙΜΟΥΚ ΝΟΥΔΙ
ΥΝΙΞΗ ΤΑϹ Ε
Ν ΤΗΤΑΚΑΙΑΕ
ΤΑΚΑΙΜΙ
ΕΤΕ

COL. V

ΝΤΑϹΟ ΥϹ
ΠΟΥϹΟΥϹΘΕ ΡΟΥ
ΝΤΑϹΤΑΧΥ ΗΤΑϹ
ΑΡΧΟΥϹΑϹϹΩ Α
ΝΕΥΕΠΙ Ε
ΟΤΙΚΑΙΤ ΕΙ
Α
ΕΙϹΜΑΚΡΟΥϹ
ΟΥ ΠΕ ΛΙΟΥΝ
ΠΙΒΛΕ ΙΝ
ΤΗΝ ΗΝ

COL. VI

Gio. Casanova dis. *Bart. Orazj inc.*

COLUMNA V.

. . . . τα-
χεως εκπετασθαι το-
γε ειδωλον· πλην αν
κατα τον σοφιστικον
τροπον τα στερεμνι-
α μονον ταχεως δυ-
νασθαι Φερεσθαι, τ' οντα
δε ειδωλα μενειν κατα
γε τον εξω στιχον. Και
Φαμεν τοι το προςλαμ-
βανομενον ευθυς· Ε-
τοιμου κενου δια των
συνιζησεων τασιν, και ἑ-
νοτητα, και λεπτο-
τητα, και μικρομερει-
αν ανετεροιωτα . . . .

. . . . celeriter tunc evolare ſimulacrum : niſi fortaſſe ſophiſtarum more velis, ſolida ſolum celeriter poſſe ferri, quae autem ſunt merae imagines, immobiles manere in prima fronte. Atque adeo adfirmamus, quod recta conſequitur. Cum vacuum in promtu ſit, propter ſecretionum vehementiam, & unitatem, & tenuitatem, & partium parvitatem immutabilia . . . . .

COLUMNA VI.

παντας ὁμοιους
τυπους, ους θεωρου-
μεν, τας ταχυτητας
ὑπαρχουσας σωμασι
πασιν ευ επιβλεπο-
μεν, ὁτι και τα ειδω-
λα των στερεμνι-
ων εις μακρους το-
πους περαιουν-
τα επιβλεπειν
εστι την αυτην
μορφην . . . .

. . . per omnes ſimiles typos, quos videmus, celeritates corporibus ineſſe belle quidem perſpicimus; quoniam & ſolidorum ſimulacra in longinqua loca eamdem formam tranſmittentia perſpicere licet . . .

SCHO-

V. I. *ταχέως:*) Sic primam vocem refingendam, non modo ſequens verbum εκπεταϲθαι, ſed etiam eadem vox infra *v.5* recurrens, ſatis indigitat. Integram autem ſententiam, quae hic mutila eſt, diſcere potes ex Lucretio, qui ſic eam reddidit *cit. lib. IV. v. 205.*

Quid? quae ſunt igitur iam prima fronte locata,
Cum iaciuntur, & emiſſum res nulla moratur,
Nonne vides citius debere, & longius ire?

Integrum nexum habes in Commentario.

V. 2. εκπεταϲθαι.) *Volitare* non ſecus ac *fluere* ſolemne eſt Epicuri vocabulum, cum de idolis verba facit. Hinc fidus illius interpres Lucretius ſaepé uſurpat; ut *cit. lib. IV. v. 35.*

Quae quasi membranae ſummo de corpore rerum
Dereptae volitant ultro citroque per auras.

V. 3. κατα τον σοφιστικον.) Sic reſtituto mutilo verbo στιχον, commoda extunditur ſententia. Enim vero antiquitus Sophiſtae nomen honeſtiſſimum habebatur, eoque tum philoſophi; tum poëtae ipſi, ut Homerus, & Heſiodus, ornabantur, imo & Solonem ea adpellatione dignatum ex veterum teſtimonio refert Laërtius *lib. I. ſegm. 12.* Vetus enim Sophiſtica, ut ſcribit Philoſtratus *in Proëm. ad Vit Sophiſt.* nil aliud erat, quam *Rhetorica Philoſophans, quae de iiſdem rebus, de quibus Philoſophi, diſputaret:* την αρχαιαν σοφιστικην, ρητορικην ἡγεισθαι χρη Φιλοσοφουσαν· διαλεγεται μεν γαρ ὑπερ ὡν οἱ φιλοσοφουντες: *niſi quod ipſa philoſophica pertractans argumenta, maiori cum ubertate proſequi ſoleret:* ἡ μεν δη και τα Φιλοσοφουμενα ὑποτιθεμενη δι῾ηει αυτα αποταδην, και ες μηκος. Sed mox in duas partes ſe ſcidit ars una, de quo audire praeſtat *Quintilian. in Proëm. Inſtitut. Feruntque haec (ut Cicero apertiſſime colligit lib. III. de Oratore) quemadmodum iuncta natura, ſic officio copulata; ut iidem ſapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertia factum eſt, ut artes eſſe plures viderentur. Nam ut primum lingua eſſe coepit in quaeſtu, inſtitutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea vero deſtituta infirmioribus ingeniis velut praeda fuit.* Altera vero & deterior ars, cui *ſophiſticae* nomen adhaeſit, & perverſi ratiocinii accuſabatur, iam Epicuri aetate invaluerat. Plato *in Dialog.* cui titulus *Sophiſta*, atris coloribus huiuſmodi homines pinxit, & inter alia haec habet: τον δη της εναντιοποιολογικης ειρωνικου μερους της δοξαστικης μιμητικον, του Φανταστικου γενους, απο της ειδωλοποιικης ου θειον, αλλ᾽ ανθρωπικον της ποιησεως αφωρισμενον εν λογοις το θαυματοποιικον μοριον· ταυτης της γενέας τε, και αἱματος, ὁς αν Φη τον οντως σοφιστην ειναι, ταληθεστατα, ὡς εοικεν, ερει. Quae ſic reddi poſſunt: *Hominem ſane, qui adfectat artem ex induſtria contradicendi, quae cavillationis pars eſt, & phantaſtice opinandi; qui ex poëtica imaginum, non quidem Divinarum, ſed humanarum fictione in ſuis ſermonibus explicat praeſtigia: huius generationis, ac indolis ſi quis ſophiſtam eſſe adſeveret, nihil, puto, a vero aberrabit.* Novimus etiam ipſum Epicurum, ut refert Laërtius *lib X. ſegm 7.* Nauſiphani καυχησιν την σοφιστικην, *iactationem ſophiſticam* obiecta[illegible]ſſe, & *lib.* KH. περι Φυσεως, quem evolutum ad manus habemus, & mox, Deo dante, in lucem dabimus, invenimus eum adverſus Sophiſtas diſputantem, qui ſibimet contradicunt, cum de ſingulis partibus adfirmant, quod de toto negant, ut videantur eamdem rem cognoſcere ſimul, & ignorare. Metrodorum etiam celebratiſſimum Epicuri diſcipulum novem libros *adverſus Sophiſtas* adornaſſe, teſtis eſt Laërtius *in Epicuro ſegm. 24.* Qui refert etiam a germanis Epicureis *Sophiſtarum* nomine ſignatos fuiſſe Orionem, & alios qui a magiſtri doctrina deſciverant: ὁυς και γνησιοι Επικουρειοι σοφιστας αποκαλουσιν. *Segm. 26.* Heic igitur nonniſi in Sophiſtarum mentem venire poſſe ait, ut idolis denegent, quod ceteris corporibus concedunt, poſſe nempe celeriter ferri, cum nihil ipſis refragatur.

V. 6. τ᾽ οντα δε ειδωλα.) Principio quidem mutilam utrinque voculam .ον. reſtituendam putavimus μονα, unde commoda etiam ſententia extundi poſſet, quaſi diceret Epicurus *ſolis idolis* denegari, quod ceteris omnibus corporibus conceditur. Sed poſtea ſatius duximus refingere τ᾽ οντα. Novimus enim τα οντα ειδωλα dictas ab eo eſſe imagines, quae ſponte, & immediate fluerent a corporibus, ut diſtinguerentur ab iis, quae nobis aut per ſomnum, aut alio quovis mentis conceptu obverſantur, & quae a quibuſdam, ut falſae habebantur, ab Epicuro autem aeque verae. Id diſcimus ex Laërtio *lib. X. ſegm. 51.* ubi ſic ait: ἡτε γαρ ὁμοιοτης των φαντασματων οιονει εν εικονι λαμβανομενων, η καθ᾽ ὑπνους γινο-

γινομενων, η κατ' αλλας τινας επιβολας της διανοιας, ἡ των λοιπων κριτηριων; ουκ αν ποτε ὑπηρχε τοις ουσι τε, και αληθεσι προσαγορευομενοις, ει μη ην τινα και ταυτα προς ὁ βαλλομεν· quae ita Roſſius in ſuis *Commentationibus Laërtianis pag.* 285. interpretatur: *nam & viſorum, quae ex ſimulacris ſumuntur, aut dormientibus offeruntur, aut alia quadam ſive mentis notione, ſive reliquorum iudicandi inſtrumentorum obiiciuntur, ſimilitudo cum iis, quae* οντα, *ac vera nominantur, numquam foret, niſi illa etiam quo intendimus* (talibus pulſi viſis) *quaedam eſſent*. Atque ſic commentatur: *Videlicet niſi revera eſſet aliquid, quo haec viſa, quae dormientes e. g. adcipimus, pertinerent*. Et inferius: *Namque omnia viſa, etiam ea, quae falſa vocantur, e. g.* τα εν εικονι λαμβανομενα, η καθ' ὑπνους γινομενα *eſſe vera contendit Epicurus: quod ſimilitudine probat viſorum ejuſmodi cum iis, quae* τα οντα, και αληθη *perhibentur; eam ſiquidem numquam fore ait, niſi omnino, quo haec viſa ſpectent, quaedam ſint; ſicut ea, quae vera nominamus, ſane habent, quo referuntur*. Si legas igitur nobiſcum τα οντα, ſententia Epicuri erit, Sophiſtae dignum eſſe, quod conceditur ſolidis corporibus, abiudicare veris & ſubſiſtentibus eorum imaginibus, quae ab ipſo corpore emittuntur, & corpoream habent naturam.

V. 8. τον εξω στιχον.) Variis membranarum στιχοις corpora coagmentari ex Epicuri doctrina ſupra monuimus *Schol. in Col. III.* Hinc cum unaquaeque earum extimam corporis ſuperficiem occuparet, ſive *in prima fronte eſſet locata*, ut ait Lucretius loco ſuperius citato, facili negotio inde avolare poſſe idem Epicurus concludebat.

V. 11. ετοιμου κενου *& ſeqq.*) Ex eo, quia vacuum praeſto ſit ubique, & nullam reſiſtentiam abſcendentibus membranis opponat, ut ait *Col. II.*, & ex earum, qua abſcedunt, vehementia, & unitate, & ſubtilitate, & partium parvitate, concludit Epicurus ανετεροιωτα (ut ſupplevimus) *inalterabilia* eſſe τα ειδωλα; quippe qui iam docuerit ea κατα τον εξω στιχον, *in prima corporis fronte locari; & nihil eſſe quod ea diſcerpere poſſit*, ut ait Lucretius, loco ſuperius citato; qui *eod. lib. IV. v.* 65. eamdem doctrinam ſic inculcavit:

Praeſertim cum ſint in ſummis corpora rebus
Multa minuta, iaci quae poſſint ordine eodem,
Quo fuerint, veterem & formae ſervare figuram:
Et multo citius, quanto minus endopediri
Pauca queunt, & ſunt in prima fronte locata.

V. 14. μικρομερειαν.) Sic reſtituo mutilam vocem. Quandoquidem ex Epicuri doctrina, ſubtilia, & exigua *minus queunt impediri*.

SCHOLION IN COL. VI.

Haec columna ſiniſtrorſum exſecta eſt, ut vides: ſed obliquo ductu, ita ut in primis lineis pauciora, in ultimis plura deſint elementa; etſi delineator eam oblique in tabula collocare neglexit. Quod animadvertere opus eſt, ut ſupplementi ratio conſtet.

V. 1, 2. ὁμοιους τυπους.) Epicurus in epiſt. ad Herodot. apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 46. ſic ſcribit: και μην και τυποι ὁμοιοσχημονες τοις στερεμνιοις εισι, λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των φαινομενων· *ſunt autem & typi figura ſimiles ſolidis corporibus, qui ſua ſubtilitate longe ſuperant, quidquid eſt rerum adparentium*: & inferius: τουτους δε τους τυπους ειδωλα προσαγορευομεν· *hos autem typos idola adpellamus*. Inde patet, cur heic legendum duximus ὁμοιους τυπους. *Typus* apud veteres dicebatur tabula vel lignea, vel marmorea, vel alius materiae, in qua impreſſae, vel inſculptae erant effigies; hinc τυπος λιθινος, ξυλινος, &c. quod non omnes viderunt interpretes. Sic Tullius ad Att. *lib. I. epiſt.* 8: *typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere*. (Vide Manutium in hunc locum.) Commode igitur Epicurus τυπους adpellabat ſubtiliſſimas a ſe excogitatas atomorum texturas, quatenus corporum, unde avolarent, formas impreſſas continerent; quatenus vero formas ipſas oculis ſpectandas obiicerent, ειδωλα nuncupabat. Sic in eadem *epiſt. ſegm.* 49. τυπους ὁμοχροους, και ὁμοιομορφους vocat effigies, quae oculis incurrunt. En eius verba, prout optime legit, ac reſtituit Roſſius in ſuis *Comment. Laërt. pag.* 272. *& ſeqq*: δει νομιζειν, επεισιοντος τινος απο των εξωθεν, τας μορφας ὁραν ἡμας και διανοεισθαι. Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν του τε χρωματος, και της μορφης δια του αερος του μεταξυ ἡμων τε, κακεινων, ουδε δια των ακτινων, η οἱωνδηποτε ρευματων αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων οὑτως, ὡς τυπων τινων επεισιοντων ἡμιν απο των πραγματων ὁμοχροων-τε, και ὁμοιομορφων κατα το εναρμοττον μεγεθος εις την οψιν, η την διανοιαν ωκεως ταις φο-

ραις χρωμενων· Reputare oportet, nos formas intueri, ac percipere; cum aliquid ab externis ad nos ingrediatur. Neque enim externa naturam ſuam coloris, ac formae conſignaverint per aërem interceptum, neque per radios, vel per alia quaevis effluentia a nobis ad illa; quomodo id faciunt per typos quoſdam conſimilis coloris, ac formae, qui a rebus ad nos adveniunt, apta magnitudine in viſum, ſive in mentem celeriter incurrentes.

V. 7. των στερεμνιων.) Haec utique verba ex αυτογραφω abraſa fuiſſe facile perſuademur. Poſita enim horum ſimulacrorum exſiſtentia, non male de ipſorum celeritate arguebat Epicurus, cum duceret a gravibus corporibus puncto temporis ea in longinqua loca emitti.

V. 11, 12. αυτην μορφην.) Poſt articulum την has voces deſiderari pronum eſt. Hanc enim vocem μορφη saepius uſurpavit Epicurus, cum de corporum *typis*, ſive *idolis* loqueretur, ut videre eſt in ſuperius recitatis eiuſdem verbis, & *ſegm.* 50., ubi ait: μορφη εστιν αυτη του στερεμνιου, γινομενη κατα το ἑξης πυκνωμα· *ipſa eſt forma ſolidi corporis continenti imaginum ſpiſſitudine facta*, & alibi: atque adeo τυπους adpellavit ὁμοιομορφους. Hinc & in *Col. VIII. v.* 11., & in *Col. IX. v.* 7. eamdem vocem detritam reſtituimus.

CO-

ΕΜΝΙΟΙCΚΑΙΤΑCΑΥ
ΤΑCΔΙΑCΤΑCΕΙCΕΙC
ΒΑΘΟCΕΙΛΗΦΟCΠΛΗΝ
ΟΥΧΙΤΩΙΕΚCΩΜΑΤΩΝ
ΠΟΛΛΩΝ ΑΘΟCΠΕ
ΘΑ ΛΑΤΩΙ
ΤΟΥ ΟΘΕΝ
ΔΙΑ CΙΝΤΗΝ
ΤΗΝΕΧΕΙΝΛΕΓΕΙΝ
ΤΟΛΜΩCΙΝΑΛΟΓΩC
ΠΩCΩ ΗΝ Ε
ΑΡΑΔ ΑΓ
ΡΟΥ ΑΙ
ΟΥΛΕ

COL. VII

ΩΝΤΩΝCΤΕΡΕΜΝΙ
ΩΝΤΟΥΤΟΔΑΥΤΑΙ
ΑΙΑΙCΘΗCΕΙCΕΠΙΜΑ
ΤΥΡΟΥCΙΝ Ε
ΓΑΡΑΝΜΑΛ ΝΕΝ
ΔΟΘΕΝΤΙ ΚΕΝΟ
ΟΜΟΙΟΝ ΦΥCΕ
ΜΗΠΟ ΚΕΝΩΙΔΥ
ΝΑΙΤΟ
ΑΩΝ ΑΙΟΥΝΤΗ ΕΞ
ΝΔΙΑCΩΞΕΙ
ΟCCΤΕΡΕΜΝΙΟΝ
Μ ΤΑ

COL. VIII

Gui. Casanova dis. *Bart. Oratÿ inc.*

COLUMNA VII.

. . . . στερεμνιοις, και τας αυτας διαστασεις εις βαθος ειληφος· πλην οὐχι τῷ ἐκ σωματων πολλῶν το βαθος πεποιησθαι, αλλα τῷ εξ αυτου ενδοθεν κενου διαστασιν την αυτην εχειν, λεγειν τολμωσιν αλογως πως, ὡς αν την κενοτητα ρᾳδιως δυνασθαι τον ρουν, και

. . . . . solidis, & easdem dimensiones in sua extensione capiens. Verumtamen, non quod dimensio e pluribus corporibus oriatur, sed quod extensionem ipsam ab interiori vacuo adcipiat, absurdo quodam modo dicere audent; quasi vero vacuitas facile possit fluxum, & . . . .

CAP. II. Adversariorum obiecta proferuntur.

COLUMNA VIII.

. . . . Φυσεων των στερεμνιων· τουτο δ' αυται ἀι αισθησεις επιμαρτυρουσιν ἡμιν. Ειγε γαρ αν μαλλον ενδοθεν τι πολυκενοις ὁμοιον ην φυσεσιν, μη πολυκενῳ δυναιτο φυσει τι ειδωλων, περαιουν την εξω μορφην διασωζειν προς στερεμνιον την αυτην ατομων ταξιν

. . . . substantiarum solidorum: hoc autem ipsi nobis sensus adtestantur. Si enim potius aliquid intus fistulosis simile foret substantiis, non posset fistulosae substantiae simulacrum, transmittens exteriorem formam servare eumdem atomorum ordinem . . . .

SCHOLION IN COL. VII.

Quae in hac columna, & duabus sequentibus usque ad versum 9. columnae nonae leguntur, non Epicuri doctrinam exhibent, sed adversariorum obiecta, quae Epicurus in medium profert, deinde diluit. Quod utique pronum est colligere ex citato versu 9. *Col. IX.* cum ait: Οἷς δη φημι. Quinam vero sint adversarii, quibus occurrit, profecto ignoramus; quandoquidem capite minutum est huiusmodi κομμα. Sed eosdem remur esse, quos Sophistarum nomine superius carpit *Col. V.*

V. 2. διαστασεις.) Interpretati sumus estensiones, non *distantias*, ut plerumque sonat. Cum enim inferius idem verbum recurrat *v.* 8., inde manifesto colligitur, quo sensu eam vocem adceperit Epicurus. Ait enim absurde dici το βαθος *non fieri ex multis corporibus*, sed διαστασιν *exsistere ex interiori vacuo*. Ubi sicut το βαθος nil aliud est, nisi corporis dimensio, quae ex adgregatione atomorum oritur, sic ἡ διαστασις nil aliud esse potest, quam *extensio*, quae a maioribus, vel minoribus vacuis interstitiis enascitur. Hoc utique sensu vocem διαστασιν usurpavit Aristoteles *Metaphisic. X.*: σωμα γαρ εστι το παντη εχον διαστάσιν· απειρον δε το ἀπέραντος διεστηκος· *corpus enim est, quod quaquaversum habet extensionem: infinitum vero id, quod infinite est extensum*; quod iampridem observavit Budaeus.

V. 3. βαθος.) Haec vox, quae proprie *altitudinem* sonat, pro tota solidi *dimensione* usurpari non dubitamus. Id nobis idem Epicurus persuasit, qui eamdem vocem *in epist. ad Herod. apud Laërt. segm.* 50. usurpat, ubi de idolis differens, sic ait: του ἑνος, και συνεχους την Φαντασιαν αποδιδοντος; και την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου σωζοντος κατα τον εκειθεν συμμετρον επερεισμον εκ της κατα βαθος εν τω στερεμνιω των ατομων πλασεως . . . . . μορφη εστιν αυτη του στερεμνιου. Haec autem verba sic doctissimus Rossius vertit in suis *Comment. Laërt. pag.* 276.: *Cum unum & continuum sit, quod visum imprimit, cognationemque eius, quod ei subiicitur, conservet, pro fultura inde sibi respondente ex atomorum soliditate altius effecta . . . . . ipsa est forma solidi corporis.* Optime quidem: sed cur κατα βαθος reddiderit *altius* comparativo modo, ignoramus; & quid sibi velit *fultura ex atomorum soliditate altius effecta*, obscurum procul dubio est. Cum autem Epicuri sententia illa sit, quam ipsemet sagacissimus Commentator agnoscit, hoc est, idolum continenter a solido fluens convenientiam cum subiecto solido servare, quia inde respondentem habet fulturam, quae oritur ex atomorum coagmentatione; κατα βαθος procul dubio nil aliud est, nisi *secundum corporis dimensionem*. Atomi enim non in altitudinem tantum, sed & in latitudinem coagmentantur; nec altitudo solum, sed tota corporis dimensio, ad Epicuri mentem, fulcimen est respondentis idoli. Quare sic reddendum ducimus: *Cum unum, & continuum sit, quod visionem reddit, atque convenientiam cum suo, unde oritur, subiecto servat secundum proportionalem fulturam, quae inde exsurgit ex coagmentatione atomorum, iuxta eius dimensionem . . . ipsa est forma solidi.* Sic etiam paullo superius *segm.* 48. ait: και συστασεις εν τω περιεχοντι οξειαι δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι. Quibus verbis, ut ibidem Rossius commentatur, concretiones atomorum indicat, quae puncto temporis in aëre fiunt, & dissolvuntur, & secernit ab illis, quae perpetuo fluunt a corpore, & diu perseverant; δια την ανταναπληρωσιν; *ob continentem earum submissionem*. Idcirco autem cito dissolvi putat διά το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι, h. e. quia *non opus sit, ut complementum fiat secundum veram corporum, quae repraesentant, dimensionem*, sed apparentes tantummodo sint, & evanidae in eorum figuram aliquatenus confictae. De qua Epicuri doctrina sic Lucretius cecinit *lib. IV. v.* 130:

Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quaecumque ab rebus rerum simulacra recedunt.
Sunt etiam, quae sponte sua gignuntur, & ipsa
Constituuntur in hoc caelo, qui dicitur aër:
Quae multis formata modis sublime feruntur,
Nec speciem mutare suam liquentia cessant,
Et quoiusque modi formarum vertere in ora.
Ut nubes facile interdum concrescere in alto
Cernimus, & mundi speciem violare serenam,
Aëra mulcentes motu: nam saepe gigantum
Ora volare videntur, & umbram ducere late:

Inter-

Interdum magni montes, avolſaque ſaxa
Montibus anteire, & ſolem ſuccedere praeter;

Huiuſmodi ſane imagines, quas recenſet poëta, idcirco non ſunt verae corporum imagines, quia ſponte ſua gignuntur, nec reſpondentem ſubiectorum corporum habent fulturam, unde complementum adcipiant κατα βαθος, *ſecundum eorum dimenſionem*. Nec mirum eſſe debet, ſi vox βαθος *profunditas* tam de altitudine, quam de latitudine, & longitudine adcipiatur. Aeque enim *profundum* dici poteſt, quod a fronte in receſſum, quam quod a ſummo deorſum excurrit. Sic apud Xenoph. βαθος της φαλαγγος eſt eius a fronte in receſſum extenſio, ut Budaeus obſervat.

Ibid. ειληφος.) Cum neutrius generis hoc participium ſit, nonniſi το ειδωλον reſpicere poteſt, de quo ſermo eſt.

V. 7. 8. εξ αυτου ενδοθεν κενου.) Detritas hoc loco voces ſic belle reſtitui poſſe cenſemus. Novimus enim Epicuri doctrinam fuiſſe, vacuis interſtitiis corpora ſcatere, unde maior, vel minor eorum denſitas, ac pondus, & extenſio oriretur. Hinc ait Lucret. *lib. I. verſ. 365*:

Ergo quod magnum eſt aeque, leviuſque videtur,
Nimirum plus eſſe ſibi declarat inanis.

Quare cum ſubdat: λεγειν τολμωσιν αλογως, hoc nonniſi ad eius doctrinae obtrectatores referri poteſt, ut ſupra adnotavimus.

V. 11. *& ſeqq*: ὡς αν την κενοτητα ραδιως δυνασθαι τον ρουν.) Hariolando quidem haec verba ſupplevimus; ſed tum ex reſiduorum elementorum veſtigiis, tum ex ipſa textus ſententia ducti. Hoc enim pacto ſatis ſententia excurrit, ut in noſtro Commentario. Ceterum in ea verba iurare, optime lector, minime cogeris.

SCHOLION IN COL. VIII.


V. 1. φυσεων.) Trunca ſyllaba ων, reſidua procul dubio eſt vocis φυσεων adpictae in extremitate praecedentis columnae, quae diſperiit. Id ſuadet ſequens contextus, ubi eadem vox iterum, & ſaepius occurrit; & preſſius *Col. IX. v.* 7. 8. legitur: δια των στερεμνιων φυσεων.

V. 2. αυται αἱ αισθησεις επιμαρτυρουσιν.) Epicureorum quidem hoc argumentum eſt, qui ſenſibus omne iudicium tribuebant. Sic enim Epicurus ipſe apud Laërt. *epiſt. ad Herod. ſegm.* 39. ſtatuit: και τα μεν σωματα ὡς εστιν, και αυτη ἡ αισθησις επι παντων μαρτυρει, καθ' ἡν αναγκαιον το αδηλον τω λογισμω τεκμαιρεσθαι. *Quod corpora ſubſiſtant, ipſi praecipue ſenſus adteſtantur, ſecundum quos neceſſe eſt ratiocinando, quae obſcura ſunt, coniectare.* Quapropter idem Laërtius *lib. X. ſegm.* 31. ſcribebat: εν τω κανονι λεγει ὁ Επικουρος, κριτηρια της αληθειας ειναι τας αισθησεις· *ait Epicurus in Canone, criteria veritatis eſſe ſenſus*. Vide, quae ſupra *Col. IV. v.* 1. adnotavimus. Nil tamen mirum, ſi heic ab adverſariis in Epicurum ea doctrina retorquetur; quippe in ipſum *ad hominem*, ut aiunt, argumentantur. Quid autem ſit επιμαρτυρησις, docet Sext. Empiric. *adv. Mathem. lib. VII*: εστι δε επιμαρτυρησις μεν καταληψις δι' εναργειας του το δοξαζομενον τοιουτον ειναι, ὁποιον ποτε εδοξαζετο· οἱον Πλατωνος μακροθεν προσιοντος, εικαζω μεν, και δοξαζω παρα το διαστημα, ὁτι Πλατων εστι· προσπελασαντος δε αυτου προσεμαρτυρηθη, ὁτι Πλατων εστι, συναιρεθεντος του διαστηματος, και επεμαρτυρηθη δι' αυτης της εναργειας· *adteſtatio autem eſt comprehenſio per evidentiam, id, quod opinamur, eſſe tale, quale opinati ſumus. Sic Platone de longinquo advenienté, coniicio quidem, & opinor pro diſtantia, quod ſit Plato: adcedente autem ipſo, teſtimonio confirmatur, quod ſit Plato, ſublato iam intervallo, & fit adteſtatio ab ipſa evidentia.*

V. 9. 10. φυσει τι ειδωλων περαιουν.) Cum in ſuperiori commate dixerit πολυκενοις φυσεσι, pronum eſt, additum πολυκενω rurſus requirere φυσει. Cum vero mox legas in αυτογραφω.. λων.... αιουν; ſicuti hoc facili negotio ſuppletur περαιουν neutrius generis, ſic illud..λων, reſiduum vocis ειδωλων patrii caſus fulciri debet ab recto τι, quicum περαιουν copuletur. Ac, ne dubites, vide *Col. IX. v.* 11. ubi iterum invenies τι των ειδωλων.

V. 11. μορφην.) Hanc voculam in αυτογραφω deſiderari, quae a praepoſito articulo την fulciatur, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Vide, quae ſuperius adnotavimus in Schol. ad *Col. VI. v.* 11.

V. 13. αυτην ατομων ταξιν.) Verba ex ingenio quidem ſuppleta, ſed quae a praecedentibus, ni fallor, ſponte fluunt.



ΗΝΑΕΠΤΟΜΕΡΕΙ
ΑΝΕΧ ΝΤΑΗΠΕΡΕ
ΝΙΑΙΕΞΩ ΕΝΜΕΝ
ΑΛΛ ΧΟΙΦΥΣΕΙΣ
ΝΔΟΘΘ ΠΟΛΥΚΕ
ΝΟΙΔ ΝΤΑΙΤΑΣ
ΙΑΤΩΝ
ΤΣΡΕΜΝΙ ΝΦΥΣΕ
ΝΛΑΜΒΑ ΙΝ ΟΙΣ
ΔΗΦΗΜΙΒΛ ΟΝΤΕΣ
ΤΙΤΩΝΕΙΔΩ ΩΝ
ΥΤΟΤΟΥΤ ΓΧΕΙ
ΣΙΝΚΑΤ ΔΟΞΑ
ΙΝΔΙΑΤΗΝ ΟΜΩΝΥ
ΛΕ

COL. IX

ΔΙΑΤΩΝΕΚΕΙΝΩΝ
ΣΥΝΚΡΙΣΕΙΣΕΑΝΜΗ
ΤΙΣΤΟΝΤΡΟΠΟΝΤΗΣ
ΔΙΑΛΥΣΕΩΣΟΝΗΜΕΙΣ
ΕΙΡΗΚΑΜΕΝΔΕΙΚΝΥ
ΗΙΔΥΝΑΤΟΝΑ ΤΟΙΣ
ΥΠΑΡΧΕΙΝΟΝΤ ΔΕΙ
ΟΥΝΩΣΠΕΡΕΙΡΗ Α
Κ ΙΤΗ ΕΙΣΤΟΥ ΤΟ
Τ ΕΙΔΟΣΓΕΓΟΝΕΙ
ΟΙ ΟΝΟΜΙΑΝ Μ Ν
ΕΠΙΒΛΕΠΕΙΝΕΣΤΙ
ΓΑΡΤΙΣΥΝ
ΠΡΟΣΤ ΟΓΝΩΝ
Τ Α

COL. X

Giu. Casanova dis. Bart. Orazj inc.

COLUMNA IX.

την λεπτομερειαν εχοντα, ἥπερ ενιαι εξωθεν μεν αλληλουχοι φυσεις, ενδοθεν δε πολυκενοι, δυνανται τας μορφας, δια των στερεμνιων φυσεων, λαμβανειν. Οἷς δη φημι· Βλεποντες τι των ειδωλων ταυτο τουτο εγχειρουσιν καταδοξαζειν δια την ὁμωνυμιαν. Ὅτε γαρ λεπτοτητα . . . .

. . . partium tenuitatem habentia, non ſecus ac quaedam exterius compactae ſubſtantiae, interius vero fiſtuloſae, poſſunt formas, quales ſolidarum ſubſtantiarum, accipere. ❡ Quibus profecto aio: Iſti adſpicientes ſimulacrorum aliquod, de ipſo falſam opinionem ſuſcipere ſtatim adgrediuntur propter nominis communionem. Cum enim tenuitatem . . . .

CAP. III. Diluuntur obiecta.

COLUMNA X.

δια των εκεινων συγκρισεις· εαν μη τις τον τροπον της διαλυσεως, ὃν ἡμεις ειρηκαμεν, δεικνυη δυνατον αυτοις ὑπαρχειν οντα. Δει ουν, ὥσπερ ειρηκα, και την εις τουτο το ειδος γεγονεναι οικονομιαν ἡμιν επιβλεπειν· εστι γαρ τι συντομον προς το γνωναι τα περιεχομενα

. . . per illorum concretiones, niſi quis diſſolutionis modum, de quo diximus, poſſibilem ipſis eſſe demonſtret. ❡ Oportet igitur, ut dixi, perſpiciamus, etiam in hoc genere non defuiſſe oeconomiam: eſt enim via compendiaria ad cognoſcendum, quae circumſtant . . . .

CAP. IV. Concluſio.

SCHOLION IN COL. IX.

V.1. λεπτομερειαν εχοντα.) Procul dubio haec verba respiciunt ειδωλα, quae tenuissimis instructa esse partibus iam ab initio docuit Epicurus. Hanc autem partium tenuitatem adsumebant adversarii, ut absurdum dicerent, posse simulacra huiusmodi varias solidorum formas capere.

V.7. μορφας.) Hanc vocem ex αυτογραφω avolasse, satis superque ex antecedentibus liquet.

V.9. οις δη φημι.) Vides ante voculam οις spatium interiectum, quod, ut alibi monuimus, nostri finalis puncti vicem apud veteres supplebat. Heic autem, cum adversariorum obiecta hactenus retulisset Epicurus, ad ea breviter diluenda gradum facit. In margine etiam σημειον aliquod adpictum fuisse, verisimile est, quod cum ipso margine periit.

Responsio autem tota, ni fallor, in eo versatur, ut dicat non belle ab adversariis esse intellecta, quae a se de idolorum natura, & proprietatibus dicerentur; ut propterea idola inspicientes mente hallucinarentur nominum aequivocatione decepti. Cum enim λεπτοτητι *subtilitate* incredibili ea praedita esse audirent, subtilitatem istam ex unis vacuis interstitiis ortam putabant, & proinde absurdum dicebant posse eiusmodi simulacra solidorum omnium formam exhibere. Hinc nostrum supplementum in Commentario procedit. De λεπτοτητι autem heic sermonem esse, indicium nobis fecit residua fillaba..λε.., quae in ora detritae columnae exstat. Quare de nostro adscripsimus: οτε γαρ λεπτοτητα...

Nota est autem Epicuri doctrina, de qua superius ad *Col. VIII.*, sensus nobis vera semper exhibere, verissimumque ipsorum esse testimonium; animo autem nos falli, cum non satis ad phaenomena adtendimus, & ex praeconceptis opinionibus abripi sinimus. Idcirco sic canebat Lucret. *lib. IV. v. 466*:

> *. . . . . pars hominum maxima fallit*
> *Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,*
> *Pro visis ut sint, quae non sunt sensibus visa.*

Et paullo superius *v. 385*:

> *Hoc animi demum ratio discernere debet,*
> *Nec possunt oculi naturam noscere rerum;*
> *Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.*

Eapropter Epicurus idem sapientissime Herodoto inculcabat in *epist. segm.* 37: πρωτον μεν ουν τα υποτεταγμενα τοις φθογγοις, ω Ηροδοτε, δει ειληφεναι, οπως αν τα δοξαζομενα, η ζητουμενα, η απορουμενα εχωμεν εις ο αναγοντες επικρινειν, και μη ακριτα παντα ημιν εις απειρον αποδεικνυωσιν, η κενους φθογγους εχωμεν· *Primum igitur, o Herodote, quid subiectum sit vocibus, oportet capere, ut, sive opinemur, sive inquiramus, sive dubitemus, habeamus, quo nos referentes iudicare possimus, neque nobis alii indefinite probent, quae minime iudicavimus, neque inanes nos voces captemus.* Id ipsum suis adversariis nunc oggerit, quos ομωνυμια deceptos ait.

SCHO-

SCHOLION IN COL. X.

V. 2. συγκρισεις.) Vides in αυτογραφῳ ſcriptum συνκρισεις cum N pro Γ, quod nonniſi librarii ſomnolentiae tribuendum eſt. Cave enim putes cum Stephano, Beza, aliisque, quos citat Jo: Simonius in ſua *Introd. Grammatico-Critica ſect.* 2. Grammaticos, qui iuberent γαμμα pro νυ ante litteras palatinas adpingendum ab amanuenſium ſcriptis fuiſſe deceptos, ubi ν minuſculum paullo longius protractum figuram γ ipſorum oculis obiecerit; propterea quia in aliquo Codice quadris litteris exarato inveniatur ſcriptum αγγελος, αγκυρα, ut heic apud noſtrum συνκρισεις. In hisce enim papyraceis voluminibus, quae quadris litteris exarata ſunt, γαμμα ante palatinas litteras perpetuo adponitur, etſi aliquando librarius ab hac orthographia aberret; ut videre eſt in hoc ipſo volumine, ubi *Col. IX. v.* 12. habes recte ſcriptum εγχειρουσιν. In volumine autem Philodemi de Muſica, quod in lucem dedimus, paſſim vides huiuſmodi orthographiam fuiſſe ſervatam. Sic *Col. XVII. v.*31. τυγχανειν, *ibid. v.* 44. συγγενη. *Col. XXIV. v.* 7. συγγενως. *Col. XXVII. v.* 13. αγχινοιας. *Col. XXXIII. v.* 22. αναγκαιως. *Col. XXXVIII. v.* 32. εγκεχειρηκασι· ibidem vero dormitans, ut longo in opere, adpinxit *v.* 38. συνκατακοσμησιν· quod obſervatum per nos fuit. Eadem ſcribendi ratio & in aliis voluminibus, quae ad manus habemus, paſſim, & conſtanter obſervatur; adeo ut etiam aliquando in binis vocibus γαμμα pro νυ adſcribatur in praecedenti, cum altera incipit a γ, ut in vocibus μεν γαρ, ubi habetur ΜΕΓΓΑΡ. Id autem, ni fallimur, manifeſto eſt indicio illud γαμμα ſonum του νυ retinuiſſe, etſi aliquanto mollius efferretur; ut nos hodie voces *angelus*, *anchora* pronunciare ſolemus, in quibus efferendis lingua non ad palatum uſque adſurgit: alioquin non ſic facile littera N pro Γ a librariis permutaretur.

Ex Epicuri autem mente συγκρισις eſt corporum ſingulorum coagmentatio, quae fit ex primigeniis atomis corpuſculis, & varia eſſe poteſt; unde varia corporum oritur temperatio, & ſtructura. Sic ipſe ſuam prodidit doctrinam in *epiſt. ad Herodot. apud Laërt. lib. X. ſegm.* 40. *&* 41: των σωματων τα μεν εστι συγκρισεις, τα δε εξ ὧν αἱ συγκρισεις πεποιηνται· ταυτα δε εστιν ατομα, και αμεταβλητα, ειπερ μη μελλει παντα εις το μη ον φθαρησεσθαι, αλλ' ισχυοντα ὑπομενειν εν ταις διαλυσεσι των συγκρισεων, πληρη την φυσιν οντα, και ουχ εχοντα ὁπη, η ὁπως διαλυθησεται· *corporum alia quidem ſunt concretiones, alia vero, ex quibus concretiones efformantur: haec autem ſunt inſectilia, & immutabilia; quandoquidem minime futurum eſt, ut univerſum in corruptionem abeat, ſed conſiſtat, & perſeveret in diſſolutionibus concretionum, cum plena quaedam ſit eorum natura, quippe quae non habent, qua ex parte, & quomodo diſſolvantur.* Id quod Lucretius his verſibus expoſuit *lib. I. v.* 484:

Corpora ſunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quae conſtant principiorum.
Sed quae ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis
Stringere; nam ſolido vincunt ea corpore demum.

Ex hac autem Epicuri doctrina patet, quo reſpiciant, quae heic legis reſidua exſecti commatis verba: δια των εκεινων συγκρισεις. Videlicet ſecundum varias illorum principiorum concretiones, variam itidem eſſe corporum denſitatem. Vide, quae in ſequenti adnotatione ſubnectemus. Hinc noſtri ſupplementi ratio in Commentario procedit.

V. 4. διαλυσεως.) Diſſolutioni primordialia corpora obnoxia non eſſe, iuxta Epicuri doctrinam, modo vidimus, quae propterea ατομα *inſectilia* dicta ſunt. Etſi enim & ipſa minimis conſtare partibus concipiantur, nulla tamen vi divelli hae partes queunt, cum inane nihil in ſe admittant, ut cecinit Lucretius *lib. I. v.* 529:

Haec neque diſſolvi plagis extrinſecus icta
Poſſunt; nec porro penitus penetrata retexi;
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam ſupera tibi paullo oſtendimus ante.
Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quidquam, nec frangi, nec findi in bina ſecando.

Et inferius *v.* 599:

Inde aliae, atque aliae ſimiles ex ordine partes
Agmine condenſo naturam corporis explent:
Quae quoniam per ſe nequeunt conſtare, neceſſe eſt
Haerere, ut nequeant ulla ratione revelli.

Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate:
Quae minimis ſtipata cohaerent partibus arcte,
Non ex ullorum conventu conciliata,
Sed magis aeterna pollentia ſimplicitate:
Unde neque avelli quidquam, neque diminui iam
Concedit natura reſervans ſemina rebus.

Hanc autem corporum primordialium congeriem, quae ατομα, & αμεταβλητα putabat Epicurus, το παν *univerſum* nuncupabat. De quo ſic *ad Herod. apud Laërt. lib.X.ſegm.*39: και μην και το παν αει τοιουτον ην, οιον νυν εστι, και αει τοιουτον εσται· ουθεν γαρ εστιν, εις ὁ μεταβαλλει. παρα γαρ το παν ουθεν εστιν, εις ὁ αν εισελθον αυτο την μεταβολην ποιησαιτο· *Quin etiam univerſum tale ſemper fuit, quale nunc eſt, & tale ſemper erit: nihil enim eſt, in quod mutetur. Nam praeter univerſum nihil eſt, quod in ipſum ingrediens mutationem facere poſſit.*

Poſita hac Epicuri doctrina, cum heic dicat: *niſi quis diſſolutionis modum, de quo diximus, poſſibilem ipſis demonſtret;* manifeſtum eſt, verba facere de illorum corporum diſſolutione, quam impoſſibilem eſſe antea docuerat, h. e. primordiorum, ſive atomorum.

V 4. ὃν ἡμεις ειρηκαμεν.) Laërtius poſt modo recitata Epicuri verba ad Herodotum ſubdit: τουτο και ἐν τῃ μεγαλῃ επιτομῃ (Φησι) κατ' αρχην, και εν τῃ πρωτῃ περι φυσεως· *hoc etiam in magna epitome (dicit) in principio, & in primo libro de Natura.* En igitur, quo haec verba reſpiciunt, ad primum igitur huius operis librum, quo uſque adhuc fraudati ſumus.

V. 13. συντομον.) Etſi in αυτογραφῳ συντονον potius, quam συντομον adpareat; id procul dubio vel a papyri dilaceratione, & corrugatione procedit, ut dimidiatum M, figuram του N exhibeat, vel eſt librarii mendum: nil enim facilius, ut συντομος cum συντονος permutetur: uti obſervat Weſſelingius *ad Diod. Sicul tom.* 1. *pag.* 106.

V. 15. τα περιεχομενα.) Etſi horum verborum vix primum, & ultimum elementum reſiduum ſit in αυτογραφῳ; nullus tamen dubito, quin eruditi lectores huic lectioni ſuffragium ferant.

ΒΗΚΕΝΑΠΟΤΕΛΕΙϹ
ΘΑΙΚΑΙΕΤΙΤΑϹΦΟΡΑϹ
ΑΝΥΠΕΡΒΛΗΤΟΥϹΤΟΙϹ
ΤΑΧΕϹΙ ΚΕΚΤΗϹΘΑ
ΤΑΔΑΡΜΟΤΤΟΝΤΑ
ΞΗϹΤΟΥΤΟΙϹΡΗΘΙ
ΝΑΙΕΝΤΑΙϹΜΕΤΑ
ΤΑΥΤΑΔΙΕΞΙΜΕΝ

COL. XI

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ
ΠΕΡΙΦΥϹΕΩϹ
Β

Giu. Casanova dis.

Bart. Orazj inc

COLUMNA XI.

. . . . συμβεβηκεν αποτελεισθαι, και ετι τας φορας ανυπερβλητους τοις ταχεσιν κεκτησθαι. Τα δ' ἁρμοττοντα εφεξης τουτοις ῥηθηναι εν ταις μετα ταυτα διεξιμεν.

. . . evenit, ut efficiantur, & insuper motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis consequenter dicenda sunt, in sequentibus edisseremus.

SCHOLION IN COL. XI.

V. I. αποτελεισθαι.) Ex hoc unico verbo ſatis argui poteſt, quid in huius libri initio diſputaverit; qua ſcilicet ex cauſa repeti debeat viſionis, & aliarum ſenſationum *effectio*. Principio igitur explicavit, quaenam, ſuo arbitratu, fuerit naturae οικονομια in idolorum generatione, & quibus ea praedita forent qualitatibus; tum vero quam celeriter in obiecta ferantur.

V. 5. τα δ' ἁρμοττοντα εφεξης.) Idolorum tractationem hoc libro non abſolviſſe, hiſce verbis demonſtrat. Et quidem cum de illorum generatione, tenuitate, & celeritate verba feciſſet; reliquum erat, ut differeret, quo pacto eadem animos percellerent, & varias ſenſationes in animantibus tum vigilantibus, tum dormientibus crearent, ut ipſemet exſequitur in *epiſtola ad Herodotum*: quaeque omnia enarrat eius interpres Lucretius *lib. IV.*

1.

ΡΙΛΗΦΘΕΙΗΔΙΑΤΗΝ
ΟΥΠΕΡΙ Χ ΝΤΟϹΠΥ
ΝΟΤΗΤΑΠΑΡΑΙΟΤΗ
ΑΩϹΤΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙ
ΤΙΝΑΠΑϹΙ
ΑΩΡΟΥ

2.

Τ ΠΑΝ ΚΑΙ
Δ ΑΤΟΥΤ ΤΑΧΟ
ΕΝΠΡΟΟΜΜ ΤΩΝ
ΤΙΘΕΜΕΝΟΙΤΑϹΠΕΡΙ
ΦΕΡΕΙΑϹΩϹΤΟΥΑ ΟΥ
ΠΡΑΓΜΑΤΟ Α
ΤΙΚ
Μ Ϲ ΕΙ

3

ΔΟΥϹΤΑΥΤΗϹΤΙΜ
Ο ΑΤΗΝΠΟΙΕΙϹΘΑΙΚΑΙ
ΤΗϹΔΕΔΥΗ ΑΙ
ΗΠΡΟΤΕΡΟΝ ΡΟΝ
ΩϹΤΕΟΥΤΟΤ Α
ΕΙΡΙΑ ΑΚ ΟΥ ΟΙ
ΤΟΥΠΑΝΤΟϹΤΟΔΗ
ΤΗΝΜΕΝΟ
ΕΙϹΘΑΙ

4

ΑΠΑΝΤΑΝΗΜΗΝ
ΡΟ ϹΑΠΑΝΤΑΝΑΠΑΥ
ΟΥΔΕΜΗΑΠΑΝ
ΑΗ ΗΑΝΤΟΔΕ Ϲ
ΑΠΑΝΤΑΝΩϹΤΕΟ
ΠΙ ΝΤΑϹΟΜΟ Ν
ΦΥϹΕΙ ΚΑΙΜΗΠΑ
ΥϹ
ΓΟ

5.

ΡΗΤΙΚΟΥΕΙΝΑ ΤΟ Ω
ΜΟΙΩΜΕΝΟ Ω ΤΟΥ
ΤΥΜΠΑΝΟΥ ΜΗ
ΜΑΤ ΟΙΜΕΝ ΟΙΟΝ
ΕΙΤΟΙΧΟΥϹΤΟΥ ΚΛΩ
ΠΕΝ ΗϹΑΝ ΡΧΟΝ
ΤΑϹΤΗΙΓΗΓ ΗϹ
ΔΙΝΗ
Τ ϹΕ

6

ΘΕΝΤΑΙϹΜΕΤΑ
ΒΑϹΕ ΙΝΟΜ ΙΟΝΕΙΠΙΝ
ΠΑ ΙΤΟΑΝ Υ
ΚΕΦΑΛΗϹΑΡΤΙΩϹΕΙΧΕ
ΥΠΟΠ ΝΙϹΘΑ
ΝΟΙ ΝΚΑ ΗΝΜ
ΤΑΒΑϹΙΝΕΑΝΟ Ω
ΟΥΤΟΚΑΤ
ΙΝΕ

FRAGMENTA

Giu. Casanova dis — *Bart. Oratij inc.*

COMMENTARIVS
IN CAPVT I.

Simulacra in motione celerrima eſſe ex ipſorum tenuitate evincit.

QUandoquidem ſatis longe ab huius ſecundi libri initio Epicurum diſſerentem deprehendimus, coniicere par eſt, quid ipſe in praecedentibus docuerit. Omni procul dubio primum librum in ſtatuendis rerum principiis, videlicet atomis, & inani, necnon in utriuſque principii tum proprietatibus, tum adcidentibus enucleandis impendiſſe ex Lucretio, atque Laërtio ſatis conſtat. Huic alterum, in quem offendimus librum, ſubdit, ut naturae *oeconomiam* explicet, per quam opportunus, ut is autumat, videndi, & percipiendi, quae circumſtant corpora, modus hominibus ſuppeditatur, idolorum ſcilicet, ſeu ſimulacrorum ope, ut ex eiuſdem libri concluſione diſcimus: quae idola, ut ipſe docet, e ſingulis corporibus continenter evolant, paſſim per aëra diſcurrunt, & ſenſationum omnium cauſa exſiſtunt. Horum autem idolorum creationem, & naturam in huius ſecundi libri, quo fraudati ſumus, initio explicaſſe quis dubitet? Atomos perpetuo motu cieri Epicurus docebat, ut aliunde novimus, atque hinc fieri, ut e ſingulis corporibus, quaſi quaedam abraſae ſuperficies, ſive tenues membranae perpetuo emitterentur, quae uniuſcuiuſque corporis effigiem, & figuram ſenſibus obtruderent. Huiuſmodi autem membranas, ſive idola ſupra quam cogitari poſſit, tenuiſſima eſſe ex incredibili atomorum parvitate, quibus texerentur, facile adſtruebat. Hinc porro inſuperabili celeritate idola ferri oportere hoc pacto docentem nacti ſumus:

,, De ſimulacrorum autem, qua feruntur, celeritate nunc dicere adgrediemur. Prin- Colum. I.
,, cipio enim cum eorum ſubtilitas talis tantaque ſit, ut humanos ſub ſenſus cadere
,, non queat, ſatis ſuperque evincitur inſuperabili celeritate eadem praedita eſſe opor-
,, tere: ,, *Etenim quae ſubtilia ſunt, eadem & levia eſſe experimentis abunde conſtat. Sed*
,, *ſupra quam concipi poſſit ſubtilia eſſe ſimulacra oſtendimus*; ergo dicendum eſt etiam in- Colum. II.
,, ſuperabiliter eſſe levia. Si autem inſuperabiliter levia, manifeſtum quoque fit inſu-
,, perabiliter celeria eſſe, cum moventur. Et ſi ad ſummam aeque celeres natura ſunt
,, omnes atomi, *ut docuimus*, fateamur quoque neceſſe eſt, eas; cum ſimul feruntur,
,, atque in aliquem locum convolant, fluxu continenti meare, nec vacuum ipſis ultra
,, commeantibus obſiſtere; *atque adeo idola, quae nihil aliud ſunt, quam tenuiſſima mem-*
,, *brana, quippe ſimplici conſtant atomorum textura, quam maxima celeritate praedita eſſe pa-*
,, *tet. Atomi enim, cum ſummo de corpore continenter evolant, nequaquam mutant primaevam*
,, poſitionem atque ordinem; ſed ſingulae his tantummodo adcedunt, inter quas primi- Colum. III.
,, tus interſtitium poſitum fuerat. Cum autem ipſae ex adverſo intuentium, ut ita di-
,, cam, transfugiunt, corpus gignit figuram: etſi huiuſmodi ſecretiones niſi laevi ſolido
,, incurſent, intueri nequaquam licet. Quapropter ſolida tum ſolum nobis reddunt *ido-*
,, *lum, cum denſa, laevigata, & ſplendida ſunt, ut in ſpeculis uſuvenit. Etenim ſi corpora*
,, *poroſa ſint, idolum pertranſit; ſi aſpera, in ea offendens, ſcinditur. Imo vero de ſpeculo*
,, *in ſpeculum repulſam imaginem eodem temporis puncto conſpici poſſe* exploratum phaeno-
,, menis eſt. Iterum igitur, atque iterum manifeſto adparet inſuperabili celeritate prae- Colum. IV.
,, dita eſſe idola, cum moventur. Atque hoc ferme pacto demonſtratio de idolorum ce-
,, leritate confici poterit.

IN CAPVT II.

Celeria itidem eſſe idola ex eo, quod nihil obſit; & proinde immutabilia.

CUm quae ſibi effinxerat Epicurus ſimulacra, ſuapte natura maxime levia, atque adeo celerrima eſſe ex partium tenuitate evicerit; oſtendere iam nunc ſatagit celerrimo eorum motui, cum a ſummo corpore aufugiunt, nihil obſiſtere, poſita vacui diſſeminatione: atque hinc concludit nullam in eorum tranſitu, donec humanos ſenſus percellant, mutationem ſubire poſſe; & proinde nonniſi veriſſimam corporum, unde proficiſcuntur, imaginem exhibere. Sic itaque pergit: ,, Quoniam vero fluxus celer eſt,
,, non ſolum cum levitate, *& tenuitate praedita eſt materies, ſed etiam quando nihil ob-*
,, *ſtat, quominus libere fluat; hinc cum membrana e ſummo corpore, velut extimus cortex eia-*
,, *culetur, & vacuum, quod eam excipiat, in promtu ſit, nonne conſequens omnino eſt, ut ſine*

Colum. V. ,, *obstaculo* celeriter tunc evolet idolum? Nisi fortasse Sophistarum more adfirmare velis,
,, solida tantum corpora celeri motu ferri posse , quae autem verae imagines sunt , in
,, prima corporis fronte positae, immobiles subsistere debere. Atque adeo, quod sponte
,, consequitur, adfirmamus: Cum vacuum praesto sit semper, posita secretionum vehe-
,, menti eiaculatione, & unitate, & tenuitate, & partium exiguitate, immutabilia *pror-*
,, *sus sunt simulacra, cum per aërem tranant. Etenim cum in variis a corpore distantiis ali-*
,, *quem typum conspicimus; eamdem semper formam servare profecto cernimus. Atque hinc*
Colum. VI. ,, *versa vice* per omnes similes typos, quos videmus, belle quidem nobis licet cognoscere,
,, celeritate praedita esse quaecumque corpora; quoniam & solidorum simulacra, quae in
,, longinqua abeunt loca, eamdem perpetuo formam transmittere cernimus.

IN CAPVT III.

Objecta profert, ac diluit.

CUm idolis suis celeritatem satis superque adstruxisse sibi visus sit Epicurus, operae pretium ducit argumentis occurrere, quae ab aliorum Philosophorum sectatoribus obiicerentur. Quosnam autem peculiariter heic sugillet, ignoramus; quippe in lacunam incidimus. Id tantummodo ex eius responsione discimus, non unum, sed plures esse, quibuscum congladiatur. Et quidem novimus, idolorum fabellam nonnisi Democrito, & Epicuro adrisisse, reliquis philosophis exsibilantibus. Testis est Auctor *Histor. Philosoph.* quae Galeno tributur, cum ait: *Δημοκριτος, Επικουρος κατα ειδωλων εισκρισεις ῳοντο το ὁρατικον συμβαινειν· Ετεροι κατα τινων ακτινων εισκρισιν μετα την προς το ὑποκειμενον ενστασιν παλιν ὑποστρεφουσων προς την οψιν· Democritus, Epicurus per idolorum insinuationes putabant visionem evenire: alii per quorumdam radiorum insinuationem, qui, postquam incubuerint in subiectum, iterum remeant ad visum.* Sextus vero Empiricus sic magis enucleate tres veterum de visione sententias protulit *Pyrrhon. Hypotypos. lib. III. 51: εαντε κατα ενστασιν γενηται κωνου (ἡ ὁρασις)· εαν τε κατα ειδωλων αποκρισεις τε, και επικρισεις· εαν τε ακτινων, η χρωματων αποχυσεις· sive fiat (visio) per intentionem coni (radiorum oculi); sive per imaginum secessiones, & immissiones; sive per radiorum, vel colorum emissiones.* Ad quas nempe sententias respexit ipsemet Epicurus in iis verbis ad *Herodot.* quae in Schol. ad Col. VI. recitavimus: *ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν του τε χρωματος, και της μορφης δια του αερος του μεταξυ ἡμων τε, κακεινων, ουδε δια των ακτινων, η οἱωνδηποτε ρευματων αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων· neque enim externa naturam suam coloris, ac formae consignaverint per aërem interceptum, neque per radios, vel per alia quaevis effluentia a nobis ad illa.* In praesens vero in hunc ferme modum disputare adgreditur.

,, *Novimus autem non deesse, qui hanc nostram opinionem inrideant, atque argumentis op-*
,, *pugnent. Aiunt enim: Opinantur Epicuri sectatores ab unoquoque corpore simulacrum perpetuo*
Colum. VII. ,, *evolare, quod figuram solido omnino similem servet*, & easdem dimensiones in sua exten-
,, sione capiat. Verumtamen non ex multorum corporum adgregatione extensionem oriri,
,, sed ex interiori quodam vacuo dimensionem ipsam exsistere, absurdo quodam modo
,, adfirmare audent, quasi vero vacuitas facile possit fluxum, & *celeritatem concipere.*
,, *Profecto, si ita se res haberet, aequalis in omnibus idolis tenuitas foret. Sed id absurdum*
,, *est. Namque non omnia corpora eamdem densitatem habent, sed alibi maior, alibi minor est*
,, *densitas* naturalis solidorum: quod ipsi nobis sensus adtestantur. Si enim interior cor-
,, porum structura esset fistulosae substantiae similis; nequaquam simulacrum huius fistu-
Colum. VIII. ,, losae substantiae in transmittendo exteriorem formam eumdem atomorum ordinem
,, servare posset, & positionem, *quae in solido. Quod si dicant, huiumodi simulacra exte-*
,, *rius quidem compacta esse, intus vero vacua, ne hoc quidem subsistere valet. Quomodo enim*
,, *fieri potest, ut simulacra* tenuissimis partibus instructa, eodem pacto, quo aliquae sub-
Colum. IX. ,, stantiae visuntur, extra quidem compactae, intus vero multicavae, valeant formas se-
,, cundum varias solidorum naturas capere?

,, His autem ut respondeam, dico. Cum isti simulacrum aliquod intuentur, falsam
,, de ipso opinionem statim concipiunt, propter nominum aequivocationem. *Cum enim*
,, *tenuitate idola omnia praedita esse audiunt; illam nonnisi ex interiori vacuo oriri posse au-*
,, *tumant; atque adeo opus esse, ut cuncta iisdem vacuis interstitiis abundent: quod utique*
,, *falsum est, & contra quam sentimus. Tenuitas enim ex imperceptibili atomorum exiguitate*
Colum. X. ,, *oritur, quae semper eadem manet. Vacua autem interstitia itidem varia servantur, prout in*
,, *corporibus sunt* secundum ipsorum concretiones: nisi quis dissolutionis modum, de quo
,, diximus, possibilem ipsis atomis esse demonstret.

IN


IN CAPVT IV.

Libri conclusio.

DIlutis, ut ipse ducit, adversariorum obiectis, ad libri conclusionem confidenter pergit. Heic vero mirabilem naturae oeconomiam in perficienda hominum visione inculcat, nec non incredibilem idolorum in percurrendis spatiis celeritatem, quam satis ostendisse putat.

„ Nobis igitur, ut principio dixi, perspicere satis licet etiam in hac specie non „ defuisse naturae oeconomiam. Est enim haec brevis quaedam via, qua cognoscere ho„ mines queunt, quidquid circa ipsos est. *Quippe patet, quomodo huiusmodi simulacra in„ credibili tenuitate praedita e singulis corporibus perpetuo avolent, per quae non solum visio, „ sed etiam perceptio omnium obiectorum* eveniat, ut perficiatur; et insuper quomodo ea- *Colum. XI.* „ dem simulacra motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis conse„ quenter dicenda sunt, postea edisseremus.

Cum igitur, ut patet, in secundo hoc libro nonnisi de idolis pertractaverit Epicurus, dicendum est in mendo cubare numericam notam apud Laërtium *lib. X. segm. 73.*, ubi *Enarrator* cum recitasset eam *epistolae ad Herod.* partem; ubi Epicurus de tempore differit, tum de suo sic adnotat: *φησι δε και τουτο και εν τη* B' *των περι φυσεως· dicit & hoc in secundo de Natura*. In altero enim hoc libro locum id habere non potuit. Fortasse pro numerali IB', XII, quam paullo post signatam ibidem habes, inrepsit exscriptorum incuria B', II.



Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

ΙΑ

EPICVRI

DE NATVRA

LIBER XI.

Absoluto iam altero Epicuri libro; qui nobis primus ex residuis erat, ad undecimum, signatum nempe ΙΑ, & ab illo, deficientibus aliis, proximiorem, gradum facimus. Operae autem pretium est aliqua lectorem praemonere. Hoc volumen, etsi papyri materie, & charactere ceteris praestaret, atque adeo facilius evolvi posset; tamen cum post infamis anni 1799. vices in imperitas manus inciderit, discerptum potius, quam explicatum est. Hinc non modo bona eius pars ab initio disperiit, quae optime legi potuisset, sed & post tertiam superstitem columnam ingens lacuna facta est. Ex adglutinatis enim simul uno, ac alteris plurium σελιδων elementis monstrosa consarcinatio exsurrexit, unde nihil expiscari quivimus. Idcirco vides in serie deesse quartam columnam: re tamen vera plures, vel certe duae intermediae desiderantur. Ne quid autem incuria nostra deperiret, e multis fragmentis aliquid contrahere studuimus, & sex, quae pleniora essent, in unam *Fragmentorum Tabulam* coniecimus. Ex his enim, tum quae insuper in eodem libro Noster pertractaverit, internoscere licet; tum aliquid lucis iis, quae supersunt, infunditur. Ea autem sic legi posse arbitramur.

Fragm. 1. *περιληφθειη δια την του περιεχοντος πυκνοτητα, η αραιοτητα. ὡστ' αποδιδοναι μην ουκ εστιν ἁπασι· comprehendi posset per circumstantium corporum densitatem, vel tenuitatem: itaque reddere non est omnibus . . .* Vide Scholion in *Col. I*, *v.* 10, 11, ubi illud recitabimus.

Fragm. 2. *και δια τουτο πανταχοθεν προ ομματων τιθεμενοι τας περιφερειας, ὡς του αλλου πραγματος. & propterea, qui undecumque prae oculis sibi ponunt circumferentias (astrorum), non secus ac alius rei...* Heic profecto sermonem habere videtur de astrorum magnitudine. Scitum est enim Epicuro eam sedisse opinionem, iure a Physicis reliquis exsibilatam, astrorum scilicet magnitudinem tantam esse, quanta nostris oculis adparet. Quare Tullius huiusmodi delirium irridens inquit. *Academ. lib. IV. cap.* 26. *quantulus (sol) nobis videtur; mihi quidem quasi pedalis. Epicurus posse putat etiam minorem esse eum, quam videatur.* Sic autem Ipse ad Pythocl. scribebat *segm.* 91. *το δε μεγεθος ἡλιου τε, και των λοιπων αστρων, κατα μεν τοι προς ἡμας, τηλικουτον εστιν, ἡλικον ὁποιον φαινεται· solis autem, ceterorumque astrorum magnitudo, quod ad nos, tanta est, quanta adparet.* Quo in loco adnotat enarrator Laërtius: *Τουτο δε και εν τη ενδεκατη περι φυσεως· hoc autem & in undecimo de Natura.* Quandoquidem igitur hoc ipso in libro, quem prae manibus habemus, eam quaestionem, ut par erat, pertractavit; recitata verba non alio referri posse existimamus; ut scilicet dicat, quod Lucretius sic carmine expressit, *lib. V. v.* 577.

Quidquid id est, nihilo fertur maiore figura,
Quam, nostris oculis quam cernimus, esse videtur.
. . . .
Quandoquidem claram speciem, certamque figuram
Praebet, ut est oris extremis cumque notata,
Quanta haec cumque fuat, tanta hinc videatur in alto.

Fragm. 3. quod sane diu nos torsit, sic fortasse legi potest: *δους ταυτης τιμης ὁρατην ποιεισθαι, και τησδε δυης εσεσθαι, η προτερον, η ὑστερον· ὡστε ου τοτ' εχειν απειριαν ακολουθον του παντος· concedens, ut huius decoris spectator fiat, & mox eius cladis testis futurus; ita ut tunc non habeat infinitatem consentaneam Universo.* Quo autem haec verba respiciant, divinare nunc est. Docuit Epicurus

το παν, *universum*, aeternum esse: sic ad Herod. *segm.* 39. *και μην και το παν αει τοιουτον ην, οἱον νυν εστι, και αει τοιουτον εσται. Praeterea universum tale semper fuit, quale nunc est, & tale semper erit*: ad haec infinitum esse. Sic ad eumdem Herod. *segm.* 41. *αλλα μην και το παν απειρον εστι· rursus universum infinitum est.* Cur autem *το παν* infinitum reputari debeat, ita ibidem arguit: *το γαρ πεπερασμενον, ακρον εχει· το δε ακρον εχον, παρ' ἑτερου τινος θεωρειται· το δε παν ου παρ' ἑτερου τινος θεωρειται, ὡστε ουκ ακρον εχειν· το δε ουκ ακρον εχον, περας ουκ εχει· περας δε ουκ εχον, απειρον αν ειη, και ου πεπερασμενον· και μην και τῳ πληθει των σωματων απειρον εστι το παν, και τῳ μεγεθει του κενου. Quod enim finitum est, extremum habet: quod vero extremum habet, id ex alio quopiam cernitur. Sed Universum ex alio quopiam non cernitur: itaque extremum non habet. Quod autem non habet extremum, neque finem habet: & quod finem non habet, infinitum esse debet, non finitum: porro & corporum multitudine infinitum est Universum, & vacui magnitudine.* Quod argumentum sic carmine reddidit Lucretius *lib. I. c.* 957.

Omne, quod est igitur nulla regione viarum
Finitum est; namque extremum debebat habere.
Extremum porro nullius posse videtur
Esse, nisi ultra sit, quod finiat, ut videatur,
Quo non longius haec sensus natura sequatur.

Praeterea mundos, quos numero infinitos adstruebat, finitos esse, & dissolutioni obnoxios adfirmavit. En quomodo ad eumd. Herod. *segm.* 73. *τους κοσμους δει, και πασαν συγκρισιν πεπερασμενην, το ὁμοειδες ταις θεωρουμεναις πυκνως εχουσαν, νομιζειν γεγονεναι απο του απειρου παντων τουτων εκ συστροφων ιδιων αποκεκριμενων και μειζονων, και ελαττονων· και παλιν διαλυεσθαι παντα, τα μεν θαττον, τα δε βραδυτερον. Existimare oportet mundos, & omnem finitam concretionem, quae aliquid simile habeat cum iis, quas passim observamus, ortum ab infinita rerum universitate habuisse; cum haec omnia per proprias* (atomorum) *convolutiones secreta sint, & alia quidem maiora, alia minora: & rursus omnia dissolvi; alia quidem ocyus, alia serius.* Adnotat porro hoc in loco Laërtius: *δηλον ουν, ὡς και φθαρτους φησι τους κοσμους, μεταβαλλοντων των μερων· φησι δε και εν αλλοις. Manifestum est igitur, quod mundos corruptibiles dicat, partibus mutationem passis: quod aliis etiam in locis ait.* Hoc igitur comma unum e pluribus locis esse remur, ubi eam doctrinam inculcavit. Quomodo autem huc devenerit, cum de meteoris disputaret, quis divinaverit? Tota certe sententia sic fortasse procedebat: *Mundus hic adspectabilis, sicut ceterae omnes concretiones, infinitus esse non potest, quando dat spectatori facultatem videndi praesentem suum decorem, & mox suae ruinae testem esse, sive prius, sive posterius: ita ut non possit tali in statu ad ipsum pertinere immensitas, quae uni convenit Universo.*

Haud scio autem, an eruditus Lector in voce *δυης* haesitarit, cum ea nusquam, nisi apud poëtas occurrat: quod ipsum diu nos ab huiusmodi lectione deterruit. Sed cum nihil aliud ab initialibus adparentibus ΔΥΗ extundi posset, cumque hoc unum *ῥημα* praecedenti *τιμης* belle responderet; huic lectioni tandem adquievimus. Ecquis autem omnes veteres scriptores prae manibus habeat, ut pro certo adfirmet eam vocem prosatoribus penitus ignotam fuisse? Profecto nec veteres Lexicographi hanc vocem inter poëticas amandarunt. Sed esto: sit omnino poëtica. Epicurum dictionis puritati, atque elegantiae non vehementer incubuisse novimus; quin imo suos discipulos inconditum quoddam scribendi genus docuisse videtur, ut animadvertit Tullius *Orat. in L. Pison. c.* 29; & alia inusitata, vel obsoleta verba saepe usurpasse ex hoc ipso libro satis evincitur, uti in scholiis observabimus. Potuit denique alicui noto carmini adludere, atque eius

verba usurpare; quandoquidem & praecedens vox τιμης poëticum quid olet. Lucretius profecto hac de re *lib.* 2. *v.* 1143. stylum attollens cecinit:

Sic igitur magni quoque circum moenia mundi
Expugnata dabunt labem, putresque ruinas.

Fragm. 4. απανταν, η μη ληρους απανταν· απ' αυτου δε μη απανταν ληρους, η αν τοδε χρεος απανταν· ὡστε ὁσους ποιουντας ὁμοφωνον φυσει λογον, και μη παρα φυσιν· *occurrere vel non occurrere nugas: ex hoc ipso autem, quod non occurrant nugae, fieri posset, ut utile quid occurreret. Itaque quicumque consonam naturae rationem inveniunt, & non contra naturam . . .* Quae verba sic lecta procul dubio notam Epicuri doctrinam respiciunt, quo scilicet pacto Is των μετεωρων phaenomena explicanda esse doceret. Putabat enim varias sine erroris nota eiusdem phaenomeni rationes reddi posse, dummodo ne quid impossibile, vel phaenomenis ipsis absonum admitteretur. Sic ad Pythocl. *segm.* 93. scribebat: εαν τις αει επι των τοιουτων μερων εχομενος του δυνατου εις το συμφωνον τοις φαινομενοις ἑκαστον τουτων δυνηται απαγειν, μη φοβουμενος τας ανδραπωδεις των Αστρολογων τεχνητειας· *cum quis semper in huiusmodi (cosmologiae) partibus id, quod possibile est, sequens, possit unumquodque horum ad congruentiam cum phaenomenis adducere, nihil veritus servilia Astrologorum machinamenta.* Et infra *segm.*113. το δε μιαν αιτιαν τουτων αποδιδοναι πλεοναχην των φαινομενων εκκαλουμενων, μανικον, και ου καθηκοντως πραττομενον ὑπο των την ματαιαν αστρολογιαν εζηλωκοτων, και εις το κενος αιτιας τινων αποδιδοντων· *harum porro rerum unam reddere caussam, cum ea, quae adparent, multiplicem arguant, stultum, & indecenter factum ab iis, qui inanem depereunt astrologiam, & inaniter aliquarum rerum caussas reddunt.* Quae in loca vide Gassendum, & Menagium. Cum igitur hoc in libro de Meteoris ageret, procul dubio eamdem doctrinam inculcavit; ut videre est in hisce, quae supersunt, paginis. Huius ergo abscissi commatis, ni fallor, sententia est: *Qui phaenomenis diligenter adtendit, & uni systemati non mordicus adhaeret, vel huic veritas occurrit, vel certe non incidet in nugas; ex hoc ipso autem, quod in nugas non incidat, fieri potest, ut verum sibi occurrat. Itaque quicumque rationem naturae consonam reddunt, & non contra naturam, veritati adcedunt.*

Fragm. 5. ειναι τον ὁμοιουμενων τῳ του τυμπανου εκτμηματι· και οἱ μεν δη οἱονει τοιχους τους κυκλῳ επενοησαν ὑπαρχοντας τη γη κατα της δινησεως· *esse (mundum) tympani segmento similem; & illi quidem quasi muros in gyro commenti sunt circa tellurem esse positos adversus coelestium corporum circumactionem.* Quonam haec verba referri debeant, videsis, quae in *Schol. ad Col. I. v.* 8. adnotavimus.

Fragm. 6. εν ταις μεταβασεσιν ὁμοιον ειπειν παλιν, ει το ανω αυτης κεφαλης αρτιως ειχε, τουτο ὑπο ποσιν αισθανοιμεν κατα την μεταβασιν, εαν . . . . *idem in transitionibus rursus dicendum est, si quod modo fuit supra nostrum caput, hoc idem sub pedibus esse sentiamus propter loci mutationem, cum . . . .* Hoc utique κομμα, quod propius est ab initio columnae primae, quam interpetrandam adgredimur, eidem vicissim lumen praebet, & recipit. Vide *Schol. in Col. I. v.* 1.

Haec, erudite Lector, in antecessum didicisse iuverit, quo instructior ad reliqua adcedas. Totius autem libri argumentum, & integrum orationis filum, quoad coniicere licuit, in Commentario de more dabimus. Nunc ad eius lectionem, & interpretationem adcedamus; in quibus non minimum egregii iuvenis Angeli Antonii Scotti opera, ac diligentia nos iuvit.

ΠΟΣΙΝΑ ΤΩΙΦΑΙΝΟ
ΜΕΝΟΥΚΑΤΩΤΕΡΩΙ
Τ ΤΟΟΥΝΟΗΣΕΙΟΝΥΝ
ΑΝΑΒΑΣΥΠΟΠΟΣΙΝΕΛΑ
ΒΕΝΠΡΟΤΕΡΟΝ ΥΠΕΡΚΕ
ΦΑΛΗΣ Ν ΥΠΑ
Ρ ΤΟΟΥΝ ΠΜΙΕΝΜΕ
ΣΩΕΙΝΑΙΤΗΝΓΗΝΤ
ΤΟΠΟΙΣΤ ΝΚΑΙΠΡΟ
ΥΚΕ ΤΡ Ε
Ι ΤΑ ΤΟ Τ ΝΚΟΙΛ
ΝΑΙΑΝΩΙ ΑΛ
ΑΡΑ ΙΦΡΑ ΟΥΣ
ΤΟΥΤΟΣ ΝΑ
ΝΑΙΚΑΙΤΟΙ
Γ ΛΟΝΠΟΙΤ ΑΣΘ
ΚΟΣΜΟΝΚΑΙΤΗΝΓΕ
ΝΜΕΣΩΙΩΣΤ ΤΑ
ΑΤΑΣ ΙΜΑΚΩ Ω
ΝΗΝΠΑΝ Σ

COL. I

Giu. Casanova dis. — *Bart. Oraty inc.*

COLUMNA I.

. . . . ὑπο ποσιν αυτῳ Φαινομενου κατωτερῳ. Τουτο ουν., ὁ ἤσει ὁ νυν αναβας ὑπο ποσιν, ελαβεν προτερον ὑπερ κεΦαλης ων αντικρυ. Παρα το ουν Φημι εν μεσῳ ειναι την γην τοις τοποις ὑΦην, και προς του κεντρου περιεχοντος του παντος, και τοδ᾽ εγκοιλαναι ανῳ, και κατῳ· αλλους δε παρα γῃ Φραγμους εις τουτο συναπτομενους ειναι· και τοι ὁυτῳ στρογγυλον ποι τηρησασθαι κοσμον, και την γην εν μεσῳ, ὥστε παντα κατα σχημα κωλων κοινην παντοσε μορΦην τηρησαι.

CAP. I. Cur, et quomodo Terra in medio Mundo sit posita.

. . . . sub pedibus ipsi adparentis inferius. Illud igitur, quod sub pedes mittet, qui nunc adscendit, suscepit prius supra caput, cum in parte opposita consisteret. Propterea igitur dico, in medio locorum positam esse tellurem gibbosam, & ad centrum universi circumpositi, atque hoc incurvari superius, & inferius; aliaque circa terram sepimenta, in eamdem formam connexa esse; atque hoc pacto rotundum quodammodo servari mundum, & terram in medio; ita ut omnia ad instar membrorum communem omni ex parte formam servent.

SCHOLION IN COL. I.

Verſ. 1. ὑπο ποσιν) Tum abrupti huiuſce commatis reſiduum, tum etiam, quae ſequuntur, lumen adcipiunt ex praecedenti fragmento, quod exhibemus in *Fragmentorum tabula num.* 6; quodque ſic legendum eruditi non abnuent: Εν ταις μεταβασεσιν ὁμοιον ειπειν παλιν, ει το ανω αυτης κεφαλης αρτιως ειχε, τουτο ὑπο ποσιν αισθανοιμεν κατα την μεταβασιν, εαν... *idem in tranſitionibus rurſus dicendum eſt, ſi quod modo fuit ſupra noſtrum caput, hoc idem ſub pedibus eſſe ſentiamus propter loci mutationem, cum...*

Verſ. 6. 7. φημι εν μεσῳ ειναι την γην) Tellurem in orbis medio eſſe poſitam ex Epicuri placitis iam pridem cecinit Lucretius *lib. V. v.* 535:

Terraque ut in media mundi regione quieſcat,
Evaneſcere paullatim, & decreſcere pondus
Convenit.....

Et v. 450.

Quippe etenim Terrai corpora quaeque,
Propterea quod erant gravia, & perplexa, coibant;
In medioque imas capiebant omnia ſedes.

Si quis autem noſſe amet, an aliae philoſophorum ſcholae idem ſenſerint, adeat Plutarchum *de Placit. Philoſoph. III* 11, Euſebium *Praeparat. Evangel. I* 57, & Philoſophicam Hiſtoriam Galeno adſcriptam *c.* 21. Argumenta vero, quibus ſuas de terrae ſitu opiniones veteres tuebantur, videſis apud Ptolemaeum Μεγαλ. Συνταξ. *lib. I, cap.* 5.

Verſ. 8. ὑφην) Reliquae autographi litterae, & modicum ſpatiolum hanc vocem procul dubio inclamant. Lexicographos ergo non moramur, qui eam inter poëticas recenſent. ὑφος autem teſte Suida, & Etymologico magno idem eſt ac κυρτος, *curvus*, *gibboſus*: qua voce utitur Ariſtoteles ad terrae figuram indicandam. Falſus igitur eſt Gaſſendus, qui rotunditatem Telluris ab Epicuro cognitam oblitus ſe adfirmaſſe in *Phyſic. Sect. III Membr. poſter. lib I cap.* 1; poſtea in ſuis *animadverſionibus* in X. Laërtii, *pag.* 347 ait: *non videtur* (Epicurus) *habuiſſe terram ſphaericam, ſed faciei planae*; & in eadem fuiſſe Epicurum opinione duxit, ac Leucippum, & Democritum, quorum ille tympani formam, hic diſci terrae attribuit; levi ſane argumento, quod vide, ſi lubet. Ex toto enim huiuſce columnae contextu contrarium manifeſto eruitur. Nec obſtare id putes, quod fragmento *n.* 5 interlucet, ubi legis: ὡμοιωμεν...ω...του τυμπανου. Ibi enim procul dubio non ſuam profert, ſed aliorum refert opinionem: nec de terra loquitur, ſed de mundo. Sic enim lego: Ειναι τον ὡμοιωμενον τῳ του τυμπανου εκτμηματι· και οἱ μεν δη οιονει τειχους τους κυκλῳ επενοησαν ὑπαρχοντας τῃ γῃ κατα της δινησεως. h. e. *eſſe ſimilem* (mundum) *tympani ſegmento: et illi quidem quaſi muros in gyro commenti ſunt circa tellurem eſſe poſitos contra* coeleſtium corporum *circumactionem*. E quibus verbis ſic lectis ſatis ſuperque adparet alienam, non ſuam opinionem illic referre. Quod clarius etiam fiet, ſi truncum illud verbum ῥητικου ſanare, & fulcire libeat hoc pacto: ὡσπερ εκ του προρρητικου, ita ut inridens dicat fuiſſe, qui quaſi prophetico ſpiritu adflati, adſeverarent mundum tympani ſegmento ſimilem fore: quos inter procul dubio fuit Leucippus. Epicurus enim de more nihil certi in huiuſmodi rebus pronunciari poſſe cenſebat: quapropter in Epiſt. ad Pithocl. apud Laërt. *lib. X ſegm.* 88 ſcribebat: Ὁ κοσμος, εν ᾡ ληγει, ουκ εστι καταλαβειν. *quomodo deſinat mundus, capere non licet*; atque adeo habere illum poſſe η στρογγυλην, η τριγωνον, η οἱαν δη ποτε περιγραφην. Videſis *Gaſſend. pag.* 394. Hinc tamen non ſequitur, quod ſuam de Terrae, & Mundi figura opinionem proferre nequiverit; quippe quam a phaenomenis erui poſſe putaret: quod heic exſequitur. Procul dubio hanc fuiſſe Epicuri opinionem teſtatur Tullius in II. *de Natur. Deor.* ubi Balbus Epicureis oggerit: *Nec enim hunc ipſum mundum pro certo rotundum eſſe dicitis: nam poſſe fieri, ut ſit alia figura, innumerabileſque mundos alios aliarum eſſe formarum.*

Verſ. 10. του κεντρου) Haec vox, licet dilaniata, ſatis perſpicua eſt, ni fallor. Quod ſi ita eſt, idem fere Epicurum ſenſiſſe, ac Ariſtotelem fateberis, qui in *de Mundo lib. I*, 3 ſic ſcripſit: Κοσμου το μεσον, ακινητον τε ον, και ἑδραιον ἡ Φερεσβιος ειληχε γη... Του δε συμπαντος ουρανου τε, και κοσμου σφαιροειδους οντος, και κινουμενου, καθαπερ ειπον, ενδελεχως, δυο ακινητα εξ αναγκης εστι σημεια·... δι᾽ ὡν ει νοησωμεν επεζευγμενην ευθειαν, ἡν τινες αξονα καλουσιν, διαμετρος εσται του κοσμου, μεσην μεν εχουσα την γην, τους δε δυο πολους περατα. *Mundi medium immotum, & ſtabile terra vitali foecunditate praedita ſortita eſt...*

Quum

Quum autem totus mundus, coelumque globosum sit, & continenter, ut dixi, circumagatur, necesse est duo puncta immobilia . . . per quae si lineam rectam duci concipiamus, quam nonnulli axem adpellant, erit haec mundi diameter, quae terram in medio, ambos autem polos pro terminis habebit. Idem habet Ptolemaeus *lib. I*, 3. Obstare tamen alicui fortasse videbitur fidus Epicuri interpres Lucretius, qui *medium*, h. e. *centrum* nullum esse in universo contendit; sic enim cecinit *lib. I*, *v.* 1069:

Nam medium nihil esse potest, ubi inane, locusque
Infinita: neque omnino, si iam medium sit,
Possit ibi quidquam hac potius consistere causa,
Quam quavis alia longe regione manere.

Verum heic tantummodo negat Epicureus Poëta esse in universo punctum medium, ad quod gravia omnia tendant, & ibidem nitantur, quod *centrum gravitatis* vulgo adpellant: adeoque inridet, qui antipodas in opposita nobis telluris parte vagari posse, quin in coelum reciderent, contendebant. En eius carmina *lib. I*, *v.* 1051:

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium summae (quod dicunt) omnia niti,
Atque ideo mundi naturam stare sine ullis
Ictibus externis, neque quoquam posse resolvi
Summa, atque ima, quod in medium sint omnia nixa.
. . . .
Et simili ratione animalia subtu' vagari
Contendunt, neque posse e terris in loca coeli
Decidere inferiora magis, quam corpora nostra
Sponte sua possint in coeli templa volare.

Exinde tamen non negat tellurem in medio universi, coelestibus corporibus circumfusam posse consistere; quin imo diserte adfirmat in versibus superius recitatis. Verba igitur προς του κεντρου idem prorsus heic sonant, ac superiora εν μεσω.

Vers. 10. 11. περιεχοντος του παντος) Residua elementa, & spatiola has voces tantum non respuunt; has ipsas tamen heic desiderari pro certo habemus. In superiori enim adnotatione satis, ut puto, ostendimus, Epicuri mentem fuisse, ut doceret terram in mundi medio esse positam. Itaque sicut prius dixerat εν μεσω τοις τοποις, sic postea dixit προς του κεντρου περιεχοντος του παντος. Adpellasse autem Epicurum το περιεχον universum mundi systema satis compertum habemus. Siquidem ea voce utitur in epist. ad Herod. *segm.* 46, & ad Pythocl. *segm.* 88 ait: κοσμος εστι περιοχη τις ουρανου, αστρα τε, και γην, και παντα τα φαινομενα περιεχουσα, αποτομην εχουσα απο του απειρου, και καταληγουσα εν περατι η αραιω, η πυκνω. *Mundus est quaedam coeli complexio, astra, & terram, & omnia conspicabilia continens, portionem ab infinito adcipiens, & in terminum desinens vel rarum, vel densum.* Quibus verbis plane gemella sunt, quae in fragmentorum primo sic legimus: περιληφθειη δια την του περιεχοντος πυκνοτητα, η αραιοτητα, ὥστ' αποδιδοναι... Non recte igitur Stephanus το περιεχον ad ambientem tantum aërem coarctavit.

Quidquid autem sit de absoluta voce περιεχοντος, heic certe omnem tollit ambiguitatem sequens του παντος. Etenim το παν, vox apud Philosophos frequentissima, nonnisi *Universum*, vel *rerum Universitatem*, vel *Universam naturam*, vel *Omnia*, vel interdum *Omne*, ut reddit Tullius, vel *rerum summam*, *summam omnem*, aut *summai totius summam*, ut Lucretius, significat: eodemque sensu passim ab Epicuro adcipitur in *Epist. ad Herod.*, & *ad Pythocl.*; quin per eam non corpora tantum, sed & vacuum complectitur; ait enim: το παν εστι πη μεν σωμα, πη δε κενον· *universum partim est corpus, partim vacuum.* Hinc Plutarchus *de Placit. Philosop. lib. I cap.* 5. Οἱ μεν απο της Στοας ἑνα κοσμον απεφηναντο, ὃν δη και το Παν εφασαν ειναι, και το σωματικον. *Stoici quidem unum mundum esse pronunciaverunt, quem & Universum adpellant, & corporum omnium complexionem.*

Ibid. και τοδ' εγκοιλαναι) Sic lego; etsi contra receptam orthographiam ante K adpictum sit N. Huiusmodi enim regulam saepe neglectam a nostris amanuensibus alibi vidimus. Quod si haec lectio non probetur, legesis: και το μεν κοιλαναι. Hinc autem fortasse argui potest *coeli* ετυμον potius απο του κοιλου, quam a latino verbo *coelo* esse trahendum.

Vers. 12. & seq. και κατω αλλους δε παρα γη φραγμους εις τουτο συναπτομενους ειναι. Quod heic suppletum habes, sponte, ni fallor, non modo e residuis elementis, & spatiolis

tiolis fluit, fed toti fententiae refpondet. Φραγμους autem procul dubio adpellat materies aëriformes, quae terram undique continent, ac fubftentant; & quas ipfe in laudatis Epiftolis adpellat αερων υπερεισεις, *aëria fulcimenta*, nec non αερας συμφωνους. Idcirco ait εις τουτο συναπτομενους *in hoc confpirantes*, ut fcilicet terram complecterentur. Scribebat enim ad Herodot. *fegm.* 74. την γην τῳ αερι εποχεισθαι, ὡς συγγενη τουτῳ, ὡσπερ και τα ζωα τῃ γῃ. Hoc nempe eft, quod Lucretius *vocat naturam uniter aptam Partibus aëriis*. En eius carmina *lib. V*, v. 535.

Terraque ut in media mundi regione quiefcat,
Evanefcere paullatim, & decrefcere pondus
Convenit; atque aliam naturam fubter habere
Ex ineunte aevo coniunctam, atque uniter aptam
Partibus aëriis mundi, quibus infita fidit.

Et v. 554 ait terram effe

Partibus aëriis mundi, coeloque revinctam.

Huiufmodi fepimenta Parmenides adpellavit στεφανας περιπεπλεγμενας. V. *Plut. op. cit. D*, 7, & *Stob. p.* 50, & 51. Ariftoteles dixit χωρας. Alii autem Philofophi commenti funt fphaeras concentricas, ut notum eft. *V. Arift. de Mundo c.* 2.

Verf. 15. 16. στρογγυλον) Refidua huius vocis elementa in αυτογραφῳ exftantia hanc vocem procul dubio inclamant. Ea faepe ufus eft Epicurus, ut videre eft in adlato fuperius loco, & alibi apud Laërtium. Eademque ufi funt & alii Phyfici, qui terram rotundam dixere. Vide *Laërt. lib. VIII, fegm.* 48.

Ibid. τηρησασθαι) Nil melius, vel opportunius ad implendam lacunam fuccurrit.

Verf. 19. κατα σχημα κωλων) Non utique in ea fententia Nofter fuit, qui mundum putaret magnum effe animal, cuius partes membra forent; ab ea enim longe abhorrebat. Non dubitavit tamen του παντος partes, *quafi membra* ad faciliorem intelligentiam adpellare. Ideoque fidiffimus eius interpres *lib. V*, v. 550.

Certaque pars eius, quafi nobis membra, videtur.

Verf. 20. κοινην παντοσε μορφην τηρησαι) Haec verba ad fententiam fubftentandam ex ingenio fupplevimus: vel, fi mavis, lege: κοινην παντος περιγραφην συλλαμβανειν. Eodem enim recidit.

ΝΩΝ ΤΟΙΧΟΥΣΕΝ
ΩΠΟΙΗΣΑΝΤΕΣΙΣ
ΞΩΣΙΝΠΜΑΣ
ΤΗ ΤΝΔΙΝΑΝ ΩΣΕ
ΞΩΘΕΝΑΥΤΗΣΠΕΡΙΦΕ
ΡΟΜΕ ΠΑ Ν Ι
Φ Α ΠΣΘΑ
ΠΕΡΙΑΓΟΥ ΦΑ
ΝΟ
Τ
Μ
Λ
ΟΙΤ ΝΚ ΔΕ
ΚΑΙΤ ΩΡΙ
ΟΝΤΩ Α
ΤΩΘΕΝΤ ΤΗ
ΟΥΧ ΝΑΤ
ΤΑΣΑΙΤΙ Δ
ΜΑΙΚΑΙΟ Ο
ΤΑΙΑΠΟ
ΤΝ

COL. II

Giu. Casanova dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA II.

συμ-
Φωνων, τοιχους εν
κυκλῳ ποιησαντες, ἵ-
να μη αξωσιν ἡμας
προς την διναν· ὡς ε-
ξωθεν αυτης περιΦε-
ρομενης πασιν ἡμιν
κεΦαλης παντοτε συμ-
περιαγουσης, Φαινο-
μενων . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . και τοι ου διωρισ-
μενων των δυναμε-
ων, των εν τῃ γῃ ὑπαρ-
χοντων, ουχι δυνατον ε-
στι τας αιτιας δειξαι·
οιμαι και ὁμαως
ματαια πονειν . . .

ſimul conſpirantium, quae
muros in gyro conſtituant,
ne rapiamur in verticem.
Quippe ſi ipſa externo im-
pulſu circumferretur, cun-
ctis nobis capite ſemper
circumeunte, phaenome-
non . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
atqui non definitis viribus,
quae in tellure exſiſtunt,
nequaquam poſſibile eſt
cauſas aperire. Adhaec
puto aeque fruſtra labo-
rare . . . .

Verf. 1. συμφωνων τοιχους) Si truncam primam vocem ita reftituas, fupple ex antecedenti αερων: nec haefites. Quod enim heic adpellat των αερων συμφωνων τοιχους, mox in *Col. XII*, *v.* 13 dictum videbis συμφωνων αερων ὑπερεισεις. Nec nimis duram huiusmodi metaphoram dixeris. Quemadmodum enim Latini *confonare* dixerunt, quidquid cum alio apte conveniat, fic & Graeci συμφωνειν. Vide Lexicographos. Τοιχους autem ne putes heiç intelligere, quos commenti erant, qui terram cylindricam tympani fegmento fimilem adftruebant, quos ipfe carpere videtur *Fragm. n.* 5. ut adnotavimus in *Schol. ad Col. I. v.* 8. neque eadem haec *moenia* funt, atque illa, quae Lucretius pluries adpellat *moenia Mundi*: hoc enim nomine intelligit ex Magiftri doctrina extremum coelum, quod totum hunc mundum circumtegit, & ab aliis innumeris, mediante intermundio, difterminat. Sic *lib. I. v.* 1094:

. . . . . at fupra circumtegere omnia coelum,
Ne volucrum ritu flammarum moenia mundi
Diffugiant fubito magnum per inane foluti.

Moenia igitur terrae procul dubio repagula illa, Φραγμους συναπτομενους, adpellat, quae ex aëre terram obvolvente efformata concipiebat; nec enim aliud nomen ὑπαρκτικον refpicit μετοχη illa ποιησαντες, nifi το Φραγμοι, non fecus ac in *cit. Col. XII.* fcribit: ροον, τον τας συμφωνων αερων ὑπερεισεις πεποιηκοτα: *fluxum, qui ex congruentibus aëreis particulis fulcimenta comparavit*. Vocem autem τοιχος pro quocumque repagulo fumi poffe vel tyronibus compertum eft.

Verf. 4. προς την διναν) Vox δινη, & δινησις faepe occurrunt in Epicuri fcriptis, quae nobis fervavit Laërtius: apparent etiam in *Fragm.* 5. & nos fupplevimus in *feq. Col. X*, *v.* 9. Accufandi autem cafus apud Atticos eft δινην, ut in citatis Epicuri locis effertur: contra tamen heic aperte legitur διναν. A librario igitur potius, quam ab Auctore permutatio profecta effe videtur.

Verf. 7. κεφαλης παντοτε συμπεριαγουσης) Hanc lectionem fortaffe non improbaveris, fi totum contextum refpicies. Utique συμπεριαγειν in re praefenti ufurpatur. In fimili argumento Ptolem. Μεγαλ. Συνταξ. *cap. VII.* fic fcribit: ει γαρ και τον αερα φαιησεν αυτη (γη) συμπεριαγεσθαι . . . . . . και αυτη, ὡσπερ ἡνωμενη τω αερι συμπεριηγετο. *Si enim & aërem dicant cum ipfa (terra) circumvolvi . . . . & ipfa veluti coniuncta cum aëre circumvolveretur*. Ex his porro vides nullum telluris motum, ne diurnum quidem circa axem, agnoviffe Epicurum; fed abfurdum, & phaenomenis repugnantem duxiffe.

Verf. 14. ου διωρισμενων) Unam Epicurus vim in terra adgnofcebat, cuius ope fuperiori vortici refifteret, & ftabilis permaneret, quae ab aëris eam obvolventis adcesfione oriretur. Hinc Lucret. *lib. I. v.* 562.

Iamne vides, quantum tenuis natura valere
Poffit, ubi eft coniuncta gravi cum corpore, ut aër
Coniunctus terris . . . . .

Nec tamen, pro fua philofophandi ratione, aliis quoque viribus pollere negabat, queis immota confifteret: fed quoniam hae vires exploratae adhuc non forent, pro certo nihil definiri poffe aiebat. Videfis noftrum Commentarium in h. l.

Verf. 20. ματαια πονειν) Sic lego. Similem phrafim habes apud Platonem in Timaeo *Oper. Tom. III. pag.* 40. *ex recenf. Serrani* το λεγειν ανευ διοψεως περι τουτων αυτων μιμηματων, ματαιος αν ειη πονος· *dicere de his ipfis figuris fine infpectione, inanis labor effet*. Et alibi.

ωϹΑΛΗ ... ΗΦΘΕΙ
ΠΠΕΡΙΤ ... ΚΕΙΜΕ
ΝΩΝΕΠΑ ... ΜΑ
ΒΑΙΟΝΟΤ ΚΑΙΠ ΡΑ
ΤΟΥΤΟΥΔΑΤΕ Ι
ΠΑΝΩΝ ΑΤΩ ϹΙΑΥ
ΤΗΝΙΦ ΧΕΙΚ
ΙΝΟΙ ΠϹΛΑ
ΑΠΕΙΡΙΑ ΤΟ
Ι Ϲ ΠΕΙ
Ο ΟΜΑΤ Ι Α
ΑΝϹ Ω ΙΠ
Μ ΙΟΝ Ν ΤΚΑ
ΙΑΛΛΑ Ι
Ω ΑΒ
Τ Α
ΛΕΓΑΠΟϹ Φ
Μ ΚΑΤ
Υ Ν Ω
Ν

COL. III.

Giu. Casanova dis. Brat. Oraty inc.

COLUMNA III.

ὡς αληθως, συλληφθειη περι των ὑποκειμενων επαλλαγμα βεβαιον· ὁτι, καιπερ αυτου τουδ᾽ ατελευτητου, η ανω, η κατω, τοιαυτην ὑφ᾽ ἑν εχει καταστασιν οικοδομης

Non enim, ut verum fateamur, concipi posset in subiectis corporibus constans motus vicissitudo: quoniam, quantumvis motus ipse perpetuus sit, coniunctam sibi tamen, sive superius, sive inferius, *illa corpora* habent talem aedificationis compagem

Verf. 2. ὑποκειμενων) Supple σωματων, *corporum* nempe primitivorum, quae funt aliarum concretionum *fubiectum*, & quae ατομα, *infectilia*, ab eorum natura adpellavit Epicurus. Is enim hafce ατομους modo dixit fimpliciter σωματα, modo των σωματων αρχας, *corporum principia*. Αρχαι autem των σωματων idem, puto, funt, atque σωματα ὑποκειμενα, h. e. *corporum fubiectum*: five *femina*, ut ait Lucretius. Fortaffe autem idcirco hac infolenti voce utitur, quia illis Philofophis refpondet, qui tellurem circa fuum axem rotare adftruebant ex eo, quod rotationis motum primae materiei, quam ὑποκειμενον dixerunt, impreffum opinabantur. Et quidem Timaeus apud Platonem *Tom. III. pag.* 97. *ex rec. Serrani* fic aiebat: αρχα μεν των γενωμενων, ὡς ὑποκειμενον, ἁ ὑλα· *principium creatarum rerum, uti fubiectum, eft materia*: & Plutarch. *de Stoic. Repugn. Tom. II. p.* 1054: ὑλην αργον εξ ἑαυτης, και ακινητον ὑποκεισθαι ταις ποιοτησιν αποφαινουσιν· *materiam ignavam fuapte natura, & immobilem fubiectum effe qualitatum tradunt*.

Verf. 3. επαλλαγμα) Etfi a vulgatis lexicis abfit; nemo tamen hanc Graecis vocem abiudicaverit, quibus επαλλαξις ignota non fuit. Επαλλαξις vero, tefte Budaeo, proprie fignificat *indifcretum ab altero in alterum tranfitum, ita ut oculum fallat*: quae fignificatio mirifice huic textui quadrat. Etenim ex Epicuri mente, non folum difficile foret concipere quamcumque telluris περιστροφην, ut Ptolemaeus adpellavit Μεγ. Συνταξ. *l.* 1. *c.* 7. fed ne επαλλαγμα quidem, h. e. *infenfibilem converfionem*.

Verf. 6. η ανω, η κατω) Id fortaffe eo adludit, quod inter Phyficos non conveniret, cuius figurae tellus effet: alii enim cylindricam, alii tympani fegmento fimilem, alii rotundam adftruebant. Quocirca, cum quanam ex parte magis premeretur definiri non poffet, ait: *five fupra, five infra*, h. e. quacumque ex parte a fuperimpofita mole gravetur.

Verf. 7. καταστασιν οικοδομης) Sic corruptiffima verba lego, nec temere. Καταστασις enim idem ferme valet, quod alibi συστασιν dixit: ut in epift. ad Herod. εν τη του κοσμου συστασει: *in mundi ftructura*: οικοδομη autem terra *habitabilis* haud improprie adpellatur. Sic Lucretius canere non dubitavit *Lib. II*, *v.* 1109:

Aptaret fpatium coeli domus, altaque tecta
Tolleret a terra procul, & confurgeret aër.

Haec autem, ni fallor, eft totius commatis fententia. Cum Nofter ftabilem terram, & nulli externo impulfui obnoxiam dixerit, opus habuit aliquid illis Phyficis oggerere, qui mobilem illam circa fuum axem adferebant ob conftantem rotationis motum materiae ab initio impreffum, atque adeo hominibus infenfibilem. Itaque fic arguit: perpetuus, & conftans rotationis motus in primigeniis corporibus concipi hodie non poteft: etfi enim femina illa fuapte natura

Multimodis volitent aeterno percita motu,

ut cecinit Lucretius *lib. II*, *v.* 1054; in coagmentatione tamen terrenae huius aedificationis illum amittere debuerunt. Sic enim ipfe docebat, ut habes in *Epift. ad Herod. fegm.* 43. κινουνται τε συνεχως αἱ ατομοι..... εις τον αιωνα· και αἱ μεν εις μακραν απ' αλληλων διιστανται, αἱ δε σχεδον τον παλμον ισχουσιν, ὁταν τυχωσι την περιπλοκην κεκλιμεναι, η στεγαζομεναι ὑπο των περιπλεκτων· *moventur continenter atomi.....in perpetuum; & aliae quidem longe inter fe invicem funt diffitae, aliae vero, quae prope alias funt pofitae, quamdam vibrationem tantum retinent, quoties in complexionem incidunt, deflexae nimirum, & fubftentatae ab aliis circumpofitis*.

Huc ufque igitur orationis filum tenere quivimus, ut habes in Commentario: heic abrumpitur, & ingens fequitur lacuna; quapropter & quarta abeft columna, ut ab initio monuimus.

ΑΝΑΤΕ ΛΩΝΑΝΑΤΕΙ
ΝΟΝΤΕΣΕΙΣΤΟΜΕΡΟΣΤΗΣ
ΠΑΣΗΣΠΗΣΟΥΜΕΤΕ
ΒΗΜΕΝΕΚΤΟΥΤΟΥΠ
ΜΙΝΔΥΟΜΕΝΟΣΦΑΙ
ΝΕΤΑΙΟΥΔΕΠΟΛΛΗΝ
ΕΝΙΟΤΕΠΑΝΥΓΗΠΜΕ
ΕΒΗΚΟΣΙΝ Λ
ΤΟΥΟΥΚΕ ΝΑΥΤ ΥΣ
ΠΛΑΓΙΑ ΜΟΥΣΑ Τ
ΘΑΙΤ ΓΑΡΤΗΝ Ν
Ε Κ ΤΑΣΤΑΘΜ
ΙΝ ΤΗ ΕΝΘΕΝΔΕ
ΚΑΤΑΣΤΑΘΜΗΣΙΝΠ
ΤΗΝΕΝΘΕΝΔΕ Τ
ΝΔΕΙ
ΝΚΑΤΑΣΤ
Τ ΩΝΑΝΑ ΛΩΝ
ΥΣΕΩ Ι Ω Ε
ΥΝΒΑΙΝΟ
ΕΙΚΟΤΩΣΟΙΜ

COL. V

Giu Casanova dis. — Bart. Oratij inc.

ΚΑΤ ΠΘΕΝΕΙ ΙΔΙΟΥ
ΑΝ ΡΑΓΜΑΤ ΚΑΤΟ
ΥΙΝ ΑΤΩ ΤΟ Ι ΝΑΝΑ
ΠΕΜ ΝΟΝΓ ΟΥ ΙΝΕ
ΤΑΙ ΝΩΚΑΙΝ ΝΚΑ
ΑΧ ΤΑCΑ ΝΡΕ
Β ΚΕ ΙΤΙ ΟΦΛ
ΠΑΡΑ ΡΩΜΕΝ
Τ CΟΦ ΡΛ
ΤΡ
Β ΑΥΤ

ΝΟCΧ ΝΕCΤΙΓ
ΤΙΛ ΟΥΓΑ
ΦΕΡΟ Ν Η
Ν Α
ΔΥΕΤ ΠΕ ΩΝΟ
Ν Γ ΝΕΥ
Ε ΥΠΙ
ΝΟΥ
ΑΚ

COL. IV

Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA V.

ανατελλων, ανατει-
νοντες εις το μερος της
πασης γης, οὑ μετε-
βημεν, εκ τουτου ἡ-
μιν δυομενος Φαι-
νεται, ουδε πολλην
ενιοτε πανυ γην με-
ταβεβηκοσιν· αλλ' αυ-
του ουκ εστιν αυτους
πλαγιασμους αρτιως
ὁρασθαι. Το γαρ την εν-
θενδε καταστα θμη-
σιν, η την ενθενδε

——————— εκτρα-
πεσθαι ἡμιν δεικνυσιν
αλλοιαν καταστα θμη-
σιν των ανατολων,
και δυσεων. Ὡστε
και συνβαινον ειναι
αν εικοτως οιμαι

si, cum sol oritur, retro tendamus in aliquam telluris partem; ex eo loco, quo transivimus, idem nobis occidere videtur, etsi non multum interdum telluris transgressi fuerimus: sed ibidem non licet easdem obliquationes exacte inspicere. Conversio enim regulae hinc inde varia nobis ostendit puncta tum ortus, cum occasus. Itaque & conveniens esse jure autumo

Verf. 1. ανατελλων) Supple ex antecedenti ἡλιος. Scitum eft enim ανατολην proprie dici de fole, ficut de ceteris aftris επιτολην.

Ibid. ανατεινοντες) Etfi ανατεινειν ut plurimum valet *furfum tendere*, heic tamen vertendum duximus, *retro tendere*. Veteres enim orientalem plagam, quafi fuperius pofitam concipiebant: itaque *ad ortum adfcendere*, ut *ad occafum defcendere* dictitabant. Qua in re Xenophon potiffimum, atque Arrianus memorandi funt, qui Cyri, & Alexandri ad Orientales plagas expeditiones enarraturi libros fuos αναβασεως nomine infcripferunt: contra vero militum ad Occidentem reditum καταβασιν frequentiffime nuncuparunt. Profecto his verbis Xenophon ad ultimum librum abfolvendum utitur: Αριθμος συμπασης της οδου της αναβασεως, και καταβασεως σταθμοι διακοσιοι δεκαπεντε, παρασαγγαι χιλιοι εκατον πεντηκοντα, σταδια τρισμυρια τετρακισχιλια διακοσια πεντηκοντα πεντε, χρονου πληθος της αναβασεως, και καταβασεως ενιαυτος, και τρεις μηνες. *Numerus totius itineris, quod tum adfcendendo, tum defcendendo confecimus, ftationibus CCXV, parafangis CIↃCL, ftadiis vero XXXIIII CIↃ, & CCLV abfolutus eft. Temporis intervallum, quo adfcendimus, & defcendimus, annus unus, & tres menfes.* Quapropter cum heic intelligendus fit Epicurus de tranfitu verfus Orientem, unde confpici poffit fol occidens, neceffe eft, intelligatur fpectator poft folis ortum retro tendat, ut inde adfpiciat eumdem folem occidentem. Sic Galenus *apud Stephanum:* ανατεινεται προς την ανω χωραν, *retro tendit ad fuperiorem regionem*.

Verf. 6. ουδε πολλην κ. τ. λ.) Ut huiufmodi φαινομενον eveniat, de quo loquitur Epicurus, ut fcilicet videatur fol ibidem occidere, ubi orientem mane vidimus; neceffe eft, fpectator retro gradiens totum *orizontem vifualem* immutet, fi in plana verfetur tellure: cuius orizontis diameter, cum fit milliariorum octoginta, opus eft, faltem huius fpatii medietatem percurrat; fecus vero, fi inter montes verfetur.

Verf. 10. πλαγιασμους) Haec vox obvia non eft. Hermogenes ufurpat, cum de ratione argumentandi ex του πλαγιου *ex indirecto* verba facit. Heic autem procul dubio pro obliquo folis flexu adcipienda eft: quae obliquitas ab aliis Aftronomis λοξοτης dicebatur. Vid. *Gemin. Aftronom. cap. V.* Simili quoque fenfu ουρανου λοξωσιν ipfe adhibuit Epicurus *ad Pythocl. fegm.* 93. τροπας ἡλιου, και σεληνης ενδεχεται γενεσθαι κατα λοξωσιν ουρανου, ουτω τοις χρονοις κατηναγκασμενου. *Solis, lunaeque converfiones poffunt fieri fecundum obliquitatem coeli, quod ad varias tempeftates efficiendas hanc pofitionem debet habere.*

Ibid. αρτιως ορασθαι) Hae voces, ni fallor, & fententiae, & refiduis elementis, & lacunae congruunt. Το αρτιως autem eo fenfu adcipimus, quo apud veteres lexicographos, ut nempe fit idem, ac πεπληρωμενως, συνηρμοσμενως, απηρτισμενως, *perfecte*, *ad amuffim*. Etenim, fi ab aliquo puncto non multum abfcedas, ait Epicurus, licet eadem folis obliquatio nudis oculis adpareat, ope tamen inftrumenti non eadem ad amuffim effe dignofcitur.

Verf. 12. κατασταθμησιν) A lexicographis huiufmodi vox ignoratur, quae heic geminata perfpicue legitur. Eius tamen explicatio non admodum difficilis videtur. Etenim σταθμην Graeci dixerunt *regulam*, five *amuffim*, ad quam fabri operis rectitudinem expendunt: hinc κατα σταθμην, *ad amuffim*; & σταθμασθαι, *ad amuffim exigere*. Quin hoc verbum ufurpatum invenitur a Callimacho apud Laërtium in Thaletis vita *fegm.* 5. ad fignandas aftronomicas menfuras:

> Και της αμαξης ελεγετο σταθμησασθαι
> Τους αστερισκους, ᾗ πλεουσι Φοινικες.
> *Et currus (urfae) dicebatur expendiffe*
> *Stellulas, cuius ope navigant Phoenices.*

Et in Platonicis verbis a Timaeo inluftratis invenitur σταθμερα μεσης ἡμερας, ὁτε κατα κορυφην ὁ ἡλιος γινεται. Derivatum igitur κατασταθμησις heic aliud effe non poteft, quam vel inftrumentum, cuius ope folis obliquitates expenderentur, vel ipfa per inftrumentum exploratio. Heic fane inftrumentum denotat: cuiufmodi autem fuerit, videant Aftronomi. Procul dubio talia inftrumenta veteres non ignorarunt. Huiufmodi fuit ἡλιοτροπιον, quod τας ἡλιου τροπας fignabat, ab homericis ufque temporibus, fi Menagio credimus, inventum: huiufmodi fuit Anaximandri γνωμων, de quo Suidas: πρωτος γνωμονα κατεσκευασε προς διαγνωσιν τροπων θ' ἡλιου, και χρονων, και ὡρων, και ισημεριας· *primus gnomonem comparavit ad dignofcendas converfiones folis, & temporum, & horarum, & meridiei*: huiufmodi fuere

fuere παραπηγματα, quibus, teſte Vitruvio *de Arch. lib. IX. cap. 7. utebantur ad ſiderum ortus, & occaſus, tempeſtatumque ſignificationes inveniendas;* & quae ab uſque Democriti aevo Graecis cognita fuere. Vide Fabric. Hiſce nunc κατασταθμησιν adcenſe: quae fortaſſe nil aliud erat, quam mobilis regula, ſive διοπτρα perpendiculo infixa, quae hinc inde in gyrum converſa, varia puncta in ſuppoſito quadrante ſignaret, ad quae oculum intenderet ſpeculator. Patet autem hoc in loco dormitantem calligraphum bis eadem verba την ενθενδε κατασταθμησιν adpinxiſſe, quae obelo ſunt configenda. Cum enim ad alterum ενθενδε deveniſſet, rurſus oculos ad prius intendens, ſomnolenter iterum exſcripſit κατασταθμησιν, η την ενθενδε: quod alibi etiam paſſum eſſe obſervavimus. Vid.*tom.I col.XXIX, & XXXVI.*

Verſ. 15. 16. εκτραπεσθαι ἡμιν δεικνυσιν αλλοιαν) Ad lacunam implendam, ſententiamque fulciendam haec verba, ni fallor, opportuna ſunt; ſi inſtrumentum concipias, ut paullo ante deſcripſimus.

Verſ. 17. κατασταθμησιν) Heic procul dubio κατασταθμησις non inſtrumentum, ſed ipſius effectum denotat, puncta ſcilicet, quae regula in quadrante deſignat.

Verſ. 18. ανατολαν, και δυσεων) Notum eſt haſce voces in plurali numero varias ut plurimum ſolis in ortu, & occaſu poſitiones deſignare, ſive varia, quae ſol oriens, & occidens puncta per varias anni tempeſtates in orizonte percurrit. Sic apud Ariſtotelem *de Mundo cap. 4.* ανατολαι, και δυσεις αἱ μεν θεριναι, αἱ δε ισημεριναι, αἱ δε χειμεριναι· *ortus & occaſus ſunt alii quidem aeſtivi, alii aequinoctiales, alii hyemales*: & ipſe Epicurus *in Epiſt. ad Herodot. ſegm. 79.* πλειονας αιτιας ευρισκομεν τροπων, και δυσεων, και ανατολων· *plures invenimus cauſſas ſolſtitiorum, occaſuum, ortuum*: & ita etiam in ſeq. columna. Hinc firmatur, quod ſupra de κατασταθμησει diſſeruimus.

ΜΟΙΩΜΑ ΤΙΛΑΒΟΝΤΕϹ
ϹΥΛΛΟΓΙΖΕϹ ΑΙΤΙΠΕ
ΡΙΤΟΥΤΩΝ ΤΑΜΕΝ
ΓΑΡΠΕΡΙΝΟΟΥΝΤΕϹ
ΟΜΑΙΛΕ ΤΩΔΕΤΑ
ΠΑΝΑΕΝΑ ΤΟΙϹΚΙ
ΛΟΥΝΤΕϹΑΥΤΟΥϹΟΥΜΟ
ΝΟΝΚΑΤΑΤΑϹ
ΠΟΔΕΙΑϹ ΑϹΥΠΟΤ
ΔΙΝ ΩΝΑΥΤΗϹ
ΠΑΡΑ ΟΜΕΝΑϹΑΛ
ΛΑΚΑΤΑϹΚΑΤΑΤΩΝ
ΦΑϹΜΑΤΩΝΤΩΝΤΥ
ΠΛΙΟΥΑΟΡΙϹΤ ΙΑϹΑΝΑ
ΤΟΛΩΝΚΑΙΔΥϹΕΩ
ΕΙΚΟΤ ΝΟΙΑ
ΝΑΝΤΑ ΤΩΝΟΡ
ΓΑΝΩΝ ΘΕΝΑΠΑ
ΤΙΖΟΝΤ ΙΑΝΟΙ
ΑΙΟΜΟΙΩ ΛΑΒΕΙΝ
ΑΛΛΟΤ ΓΑ

COL. VI

Giu. Casanova dis — Bart. Oraty inc

COLUMNA VI.

. . . . ὁμοιωμα τι λαβοντες συλλογιζεσθαι τι περι τουτων. Τα μεν γαρ περινοουντες, οιμαι, λεγω δε τα οργανα, εν δε τοις κηλουντες αὐτους, ου μονον κατα τας εμποδειας, τας ὑπο των δινευματων αυταις παραγεινομενας, αλλα και τας κατα των Φασματων των τω ἡλιου αοριστιας ανατολων, και δυσεων, εικοτως ου διανοια δυναται ὑπο των οργανων ουθεν απαρτιζον τῃ διανοιᾳ ὁμοιωμα λαβειν. Αλλοτριον μεν γαρ

imaginem quamdam adcipientes, aliquid de his arguendo concludere. Quibusdam enim nimio plus attendentes, arbitror, (oculis inquam) in aliis vero semetipsi decipientes, non solum propter impedimenta, quae sibi a corporum rotatione obveniunt, sed etiam propter ea, quae ab infinitis adparentiis ortus, & occasus solis proveniunt; jure, inquam, nullam ipsi mente possunt ab oculis adaequatam rationi imaginem adcipere. Alienum est enim

CAP. II. Quomodo Physiologus de meteoris iudicare debeat.

SCHOLION IN COL. VI.

V. 1. ὁμοιωμα) Haec vox idem profecto ex Epicuri mente heic valet, ac ὁμοιοτης φαντασματος, qua usus est in Ep. ad Herod. *segm.* 49. vel ὁμοιος τυπος, qua usus est in praecedenti Vol. II. col. VI. v. 1. 2. ut scilicet significaret *idolum*, sive imaginem ὁμοχροον, και ὁμοιομορφον, quae a corpore emissa oculis adcipitur. Vide, quae ibidem adnotavimus. Propterea adhibet verbum λαβοντες, ut in cit. Ep. ad Herod. *segm.* 51. ubi scripsit: ἡ γαρ ὁμοιοτης των φαντασματων, οἱονει εν εικονι λαμβανομενων.

V. 2. συλλογιζεσθαι) Nihil procul dubio aliud heic insinuat, quam quod saepe alibi, errorum scilicet causas non in sensibus, neque in phaenomenis, sed in intellectu esse δια το συλλογιζεσθαι. Sic enim scribebat is ad Herodotum apud Laërt. *lib. X. segm.* 50., ut probe legit Rossius in suis Comment. Laërtian. §. 93. *pag.* 281. Το δε ψευδος, και το διημαρτημενον εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εστιν κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τῃ φανταστικῃ επιβολῃ, διαληψιν δε εχουσαν, καθ' ἡν το ψευδος γινεται. *Falsitas vero, & error semper in eo, quod insuper opinamur, situs est, per motum quemdam, qui in nobis ipsis visus notioni conjunctus ille quidem inest, opinionem tamen habet, ex qua falsitas exsistit.* Quare canebat Lucretius *lib. IV. v.* 466.

. . . . . pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi;
Pro visis ut sint, quae non sunt sensibu' visa.

Vide Diogen. Laërt. *lib. X. segm.* 31. & *seq.* Sextum Empir. *adversus Logicos lib. II. sect.* 63. Cicer. Acad. *lib. IV. cap.* 46. Hanc ipsam doctrinam latius explicat Philodemus in volumine, cui titulus: περι φαινομενων, και σημειωσεων, *de phaenomenis, & prognosticis*, quod propediem συν θεῳ in lucem dabimus.

V. 4. περινοουντες) Hanc vocem interpetrandam remur, ut Suidas, & Hesychius docent, quibus περινοειν idem est, ac περιττως νοειν, *nimium considerare*. Hinc περινοια, *sollertia.* Vide Budaeum *v. c.* Quapropter περινοουντες τα οργανα idem est, ac *sensibus nimio plus attendentes.*

V. 5. 6. οργανα) Etsi οργανον pro quovis instrumento generatim sumatur, non raro tamen apud Philosophos pro organis sensoriis peculiariter adcipitur. Sic apud Aristot. de partibus Animalium *lib. II. c.* 1. Heic vero apud Nostrum pro *oculo* κατ' εξοχην adcipi dubium non est; quandoquidem de coelestibus corporibus disputatur, quae non nisi oculorum ope adsequi licet. Non secus Galenus pro *oculo* hanc vocem interdum sumit. Vide Gorraeum *Lex. Med. h. v.*

V. 8. 9. εμποδειας) Licet in lexicis haec vox non recenseatur, nulli tamen dubium fore puto, quin ab εμποδων, ut εμποδιον, εμποδισμα &c. sic & εμποδια recte procedat, non secus ac αποδια, αυτοποδια, διποδια &c. Quod autem pro simplici iota descriptum habeas ει, id somnolento calligrapho tribuas, qui saepe, non secus ac alii horum voluminum exscriptores, ut iamdudum observavimus, huiusmodi litterarum εναλλαγην facit. Et ne longius abscedas, mox hac ipsa columna *v.* 14. αοριστειας pro αοριστιας descriptum invenies. Id autem argumento nobis esse debet, non modo diphtongum ει affinem sono fuisse τῳ ι; sed etiam huiusmodi voces penultima longa solitas fuisse efferri.

Impedimenta autem heic intellige, quae scilicet intellectui opponuntur, quominus rem percipiat, sicuti est. Sic ipsemet Epicurus apud Laërt. *lib. X. segm.* 95. hoc sensu adhibet verbum εμποδοστατειν: και γαρ παρ' ἡμιν θεωρειται πολλα μεν εξ ἑαυτων εχοντα, πολλα δε αφ' ἑτερων· και ουδεν εμποδοστατει των εν τοις μετεωροις φαινομενων. *Apud nos enim multa spectantur, quae ex se habent (lucem), multa vero, quae ex aliis; & nihil eorum, quae in sublimi adparent, praebet (huic perceptioni) impedimentum.*

V. 10. δινευματων) Discerptam vocem sic restituimus; ex qua certe desunt quinque elementa. Etenim δινη, & δινησις pluries in Epicuri epistolis apud Laërtium occurrunt; cur non δινευμα? Noster enim possibilem adstruebat tum universalem Mundi circumvolutionem, tum etiam rotationem astrorum stante Universo. Sic enim ad Pyth. *segm.* 92. Τας τε κινησεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γενεσται κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η τουτου μεν στασιν, αυτων δε δινην κατα την εξ αρχης εν τῃ γενεσει του κοσμου αναγκην απογενηθεισαν επ' Ανατολῃ· *Motus autem ipsorum (Solis, & Lunae) impossibile non est fieri propter totius coeli circumvolutionem, vel hoc stare, ipsos vero rotare propter necessitatem usque a principio in mundi generatione ab Orientali plaga impressam.*

V. 18.

V. 18. 19. απαρτιζον) Huiuſmodi verbum heic neutro ſenſu eſt adcipiendum, ut nempe ſignificet, quod Latini dicunt *quadrare*. Sic apud Ariſtot. εν τῃ απαρτιζουσῃ ὡρᾳ, idem eſt ac τῃ καθηκ ουσῃ, *hora convenienti*. Quare adverbia απαρτιζοντως, & απηρτισμενως ab Etymologico magno redduntur εναρμοστως: a Suida το μηδ' ὑπερβαλλειν, μηδ' ενδεειν, *quod neque redundet, neque deficiat*. Vide Budaeum *Comment. hac voce*.

ΠΡΟΣΠΟΙΗΜΑΚΑΤΑ
ΛΕΙΠΕΙΚΑΙΠΑΡΑΒ ΣΙΝ
ΤΟΥΤΑΕΙΠΙΤΟΥΟΡ ΝΟΥ
ΔΕΙΓΜΑΤΑΤΗ ΑΥ
ΤΗΝΑΝΑΛΟΓΙΑΝΚΑ
ΤΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ ΤΟ ΚΑ
ΠΑΤΑΜΕΤΕΩΡΑΦ
ΝΟΜΕΝΟΙ ΔΙΟΡΙΣΤΕ
ΝΓΑΡΟΙΜΑΙΠΡ
Τ ΝΕΣΦ Ο
ΛΟΤ ΔΙΑΛΕ Ε
ΟΤΑΝΠΕΡΙΤΟΥ ΟΣΜ
ΔΙΑΛΕΓΗΤΑΙΚΑΤΩΝ
Ε ΤΩΙΚΟΣΜΩΦ ΝΟ
ΜΕΝΩΝΠΕΡΙΦΑΣΜΑ
ΤΙΝΟΣ Ε Ω
ΤΩΝΤΙΝ ΤΩΝ
ΚΑΤΟΦΙΝΑΝΑΠΕΜΠΟ
ΩΝΠΡΟΣΕΠ
ΠΑΥΤΗΙΣΠΙ
ΕΙΣΩ

COL. VII

Giu. Casanova dis *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA VII.

προσποιημα καταλειπει, και παραβασιν του τα επι του οργανου δειγματα την αυτην αναλογιαν κατασκευαζειν τοις κατα τα μετεωρα φαινομενοις. Διοριστεον γαρ οιμαι πρωτον τον ευφρονουντα, ὁτι διαλεγεται, ὁταν περι του κοσμου διαλεγηται, και των εν τῳ κοσμῳ φαινομενων, η περι φασματος τινος εκ μετεωροτατων τινων, των κατοψιν αναπεμπομενων προς επιγειους επ᾽ αυτῃ τῃ γῃ· διοτι εισωπος

opinionem falſam, atque abnormem retinet, quod nempe ea, quae ſub noſtrum ſenſum aperte cadunt, eamdem proportionem exhibeant, atque ea, quae circa ſublimia corpora adparent. Diſtinguere enim, ut puto, in primis vir ſapiens debet id, de quo diſputatur, cum ſcilicet de mundo diſputet, & de iis, quae in mundo viſuntur, vel de aliquo portento e ſublimiſſimis corporibus provenienti, quae ſui viſionem remittunt ad terrigenas in ipſa terra: propterea quod ob oculos habens

Verſ. 1. προσποιημα καταλειπει) Siquidem προσποιημα apud Graecos ſcriptores paſſim *fictionem* & *ſimulationem* notat, ut diſcere eſt a Lexicographis; mirum videri non debet, ſi per hanc vocem Epicurus *opinionem falſam*, ſive *excogitationem*, *mentiſque inventum* heic deſignaverit. Simulatio enim falſitatem procul dubio includit. Certe, ſi quid ſapimus, aliorſum adcipi non poteſt. Καταλειπει autem idem valet, ac *apud ſe linquit*, h. e. *retinet falſam opinionem*, eodem prorſus pacto, quo in ep. ad Pytocl. *ſegm.* 87. ait: παντα μεν ουν γινεται ασειστως κατα πλεοναχον τροπον εκκαθαιρομενα συμφωνως τοις φαινομενοις, ὅταν τις το πιθανολογουμενον ὑπερ αυτων δεοντως καταλιπῃ· *Omnia igitur inconcuſſa ſunt, multiplici modo examinata, ſed phaenomenis convenienti; dummodo quis probabilem opinionem de ipſis commode retineat.*

Verſ. 2. παραβασιν) Quamlibet *tranſgreſſionem*, ſive tranſitum abnormem ex uno in aliud παραβασιν Graeci dixerunt. Sic in Comoediis παραβασις dicebatur teſte Ariſtophanis Scholiaſte ad Pacis v. 733., cum chorus μηδεν περι του προκειμενου λεγων, *nihil de praecedenti argumento dicens*, ad alia tranſgrediebatur, & immutata regulari poſitione ad theatrum ſe convertebat, απο του παραβαινειν τον χορον απο της νενομισμενης στασεως εις την καταντικρυ του θεατρου οψιν. Opinio igitur, quae τους λογικους νομους παραβαινει, *logicas leges tranſgreditur*, belle dicitur ab Epicuro παραβασις, h. e. *opinio abnormis*, & προσποιηματι adnectitur.

Verſ. 3. 4. τα επι του οργανου δειγματα) Nulli profecto dubium, quin Epicurus docuerit aliter ratiocinandum de iis, quae noſtris ſenſibus manifeſto adparent, aliter de iis, quae in ſublimi conſpiciuntur, μετεωροις ſcilicet; ſiquidem illa, ut ſcribebat ad Pythocl. apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 86.: μοναχην εχει τοις φαινομενοις συμφωνιαν· ὅπερ επι των μετεωρων ουχ ὑπαρχει· αλλα ταυτα γε πλεοναχην αν εχει και της γενεσεως αιτιαν, και της ουσιας ταις αισθησεσι συμφωνον κατηγοριαν· *illa uno tantum modo cum phaenomenis concordant, quod non uſuvenit rebus ſublimibus; haec autem multiplicem habere poſſunt & ſuae generationis cauſam, & eſſentiae declarationem ſenſibus conſonam.* Propterea inferius ait: Σημεια δε τινα των εν τοις μετεωροις συντελουμενων φερειν δει εκ των παρ᾽ ἡμιν γενομενων, ἁ θεωρειται, η ὑπαρχει, ὡς και τα εν τοις μετεωροις φαινομενα. *Certa quaedam argumenta circa ea, quae in ſublimi eveniunt, ducere oportet ex iis, quae apud nos fiunt, quae contemplamur, vel perinde ſe habent, atque ea, quae in ſublimi adparent.* Ad ſummam diſtinguit inter ea, quae infra circa nos ſunt, & noſtris omnino ſenſibus ſubiiciuntur, & ea, quae vix in ingenti diſtantia adparent; illa adpellat θεωρουμενα, haec ſimpliciter φαινομενα. Heic vero idem procul dubio inculcans, quae tunc dixit θεωρουμενα, adpellat δειγματα επι του οργανου, itemque opponit τοις κατα τα μετεωρα φαινομενοις.

Verſ. 5. αναλογιαν) Vertimus *proportionem*, ne a trita via abſcedamus; ſiquidem Tullius Timaei *cap.* 4. ait: *Quae Graece* αναλογια (*audendum eſt enim, quoniam haec primum a nobis novantur*) *comparatio, proportioque dici poteſt*. Et quidem alibi, etiam apud Epicurum, belle ſic explicatur. Heic tamen reddere mallem *ratiocinium*, vel *raciocinandi methodum*; ſcitum eſt enim αναλεγειν idem ſaepe valere, ac latinum *ratiocinari*. Utcumque tamen reddas, Epicuri ſententia eſt, iudicari non poſſe de iis, quae in ſublimi adparent, eodem pacto, vel eadem proportione, atque de rebus, quae circa nos ſunt, & noſtris ſenſibus ſubiiciuntur.

Verſ. 14. εν τῳ κοσμῳ φαινομενων) Noſter, ut ſupra animadvertimus, in ep. ad Pyth. *ſegm.* 88. ſic τον κοσμον definit: κοσμος εστι περιοχη τις ουρανου, αστρα τε, και γην, και παντα τα φαινομενα περιεχουσα· *mundus eſt complexio quaedam coeli, comprehendens & aſtra, & terram, & omnia, quae videntur*: quae definitio, ut recte animadvertit Gaſſendus in h. l. conſonat cum illa, quam tradidit Auctor libri *de Mundo*, quicumque is fuerit, *cap.* 2. συστημα εξ ουρανου, και γης, και των εν τουτοις περιεχομενων φυσεων· *compages e coelo, terraque, & iis naturis, quae in ipſis continentur, conſtans*. Exinde igitur patet per Epicurum φαινομενα non eſſe rerum adparentias, ut vulgo autumant, ſed res ipſas, ſeu ſubſtantias adparentes. Sic etiam ep. ad Pyth. *ſegm.* 87. ου γαρ κατ᾽ αξιωματα κενα, και νομοθεσιας φυσιολογητεον, αλλ᾽ ὡς τα φαινομενα εκκαλειται· *non enim ſecundum vana effata, legumque decreta de natura eſt diſputandum, ſed prout res, quae cernuntur, poſtulant*. Hoc igitur ſenſu heic φαινομενον adcipies. Quomodo autem incertas adparentias Noſter adpellet, vide adnotationem ſequentem.

Verſ.

Verf. 15. η περι φασματος) Particula η deeft in αυτογραφῳ; fed fententia, eiufque fyntaxis illam requirunt. Quis neget calligrapho inter exfcribendum excidiffe, ut faepe alias?

Vides autem φασματα heic, ut in praecedenti, & in fequentibus, Φαινομενοις opponi; ut fignificent *adparentias*, five quae Latini dixerunt *portenta*, quaeque, unde proveniant, incertum eft. Huius generis eft per Epicurum motus aftrorum, non fecus ac tonitrua, fulmina, & alia huiufmodi. Itaque ex eius mente fol, & luna Φαινομενα funt; eorum ortus & occafus funt φασματα. Hoc etiam fenfu Ariftoteles *Meteorolog. lib.* 1. *cap.* 2. hanc vocem adhibuit: φαινεται δε ποτε συνισταμενα νυκτωρ, αιθριας ουσης, πολλα φασματα εν τῳ ουρανῳ· *cernuntur autem aliquando noctu, fereno aëre, confiftentia multa portenta in coelo.*

Verf. 16. εκ μετεωροτατων) Sic reftituimus iacentem in lacuna vocem. Sententia non abnuit; de meteoris enim procul dubio fermo fit; fed pofitivum μετεωρων nec fpatiola, nec refidua elementa ferunt.

V. 18. κατοψιν) Etfi compofita haec vox a lexicis abfit, non dubitamus tamen recipere; quandoquidem habemus paffim κατοπτομαι, & derivata κατοπτος, & κατοψιος. Idcirco autem non legendum remur κατ᾽οψιν, ut quis fortaffe mallet, quia ftatim fequitur προς επιγειους; quam decurtatam vocem fic ex ingenio reftituimus.

Verf. 21. διοτι εισωπος) Ut Epicuri fententia, & noftri fupplementi ratio pateat, operae pretium eft eius doctrinam prae oculis habere. Docebat is humanos fenfus minime falli, fed errorum caufam totam effe pofitam in mente, five in opinione. Cum enim aliquis fubiectum videt, verum eft, quod videt, fed opinionem, quam de illo concipit, falfa plerumque, vel incerta eft, nifi evidentia fuffragetur. Sic enim ad Herodot. fcribebat *fegm.* 34.: δοξαν, και ὑποληψιν λεγουσιν· αληθη τε ειναι φασι, και ψευδη δια το προστειναι, και αφελειν, και επιμαρτυρησιν, η αντιμαρτυρησιν παρα του εναργους εχειν, η μη εχειν· αν μεν γαρ επιμαρτυρηται, η μη αντιμαρτυρηται, αληθη ειναι· εαν δη μη επιμαρτυρηται, η αντιμαρτυρηται, ψευδη τυγχανειν· *opinionem, & comprehenfionem adpellant; veram autem effe dicunt, vel falfam propter id, quod fubiecto additur, vel detrahitur, & quia habeat, vel non habeat ab evidentia fuffragantem, vel refragantem atteftationem: cum enim evidentia fuffragatur, vel non refragatur, vera eft opinio; cum autem non fuffragatur, vel refragatur, falfa eft.* Deinde fubdit: ὁθεν και το προσμενομενον εισηχθη· οἱον το προσμειναι, και εγγυς γενεσθαι τῳ πυργῳ, και μαθειν, ει μεν ὁποιος πορρωθεν, τοιον και εγγυς φαινεται· *hinc invaluit, quod aiunt,* expectatum, *videlicet expectare, & propius adcedere ad turrim, & difcere, an qualis e longinquo adparet, talis & prope videatur.* Quid autem fit ex Epicuri mente επιμαρτυρησις, & αντιμαρτυρησις παρα του εναργους, clarius etiam difces a Sexto Emp. *lib.* 1. *adv. Log. fect.* 211.: εστι δε επιμαρτυρησις μεν καταληψις δι᾽ εναργειας του το δοξαζομενον τοιουτον ειναι, ὁποιον ποτε εδοξαζετο· οἱον Πλατωνος μακροθεν προσιοντος, εικαζω μεν, και δοξαζω παρα διαστημα, ὁτι Πλατων εστι· προσελασαντος δε αυτου, προσεμαρτυρηθη, ὁτι Πλατων εστι, συναιρεθεντος του διαστηματος, και επιμαρτυρηθη δι᾽ αυτης της εναργειας· *Eft autem adteftatio, comprehenfio per evidentiam, quod id, quod opinamur, tale fit, quale opinati iam fumus; ut e. g. Platone procul adveniente coniicio quidem, & opinor, interpofito intervallo, effe Platonem; adcedente autem ipfo, fit adteftatio, quod fit Plato, fublato intervallo, & fuffragante ipfa evidentia.* His pofitis probe vides, cur tantopere Epicurus diftinguendum Philofopho inculcet, num de mundo, & mundanis phaenomenis difputet, an de meteoris, quae tam longe a nobis diftant; cum nullatenus fieri poffit, ut evidentia fuffragetur conceptae opinioni in tanta rerum diftantia. Vide noftrum commentarium h. l.



ΔΟΤΑΝΟΙΜΑΙΠΙΤΟ
ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝΒΛΕ
ΠΩΝΤΙΧΗΚΑΜΗ
ΔΙΟΡΩΝΤΟΤΕΚΑΤΑ
ΤΟΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝΑ
ΛΕΝ ΝΚΑ ΤΟΚΑ
ΤΑΤΟΠΕΡΙΛΑΜΒΑΝΟ
ΜΕ ΟΝ ΟΥΤΠΟ
Κ ΙΜΕ ΠΟΛΛΑΙ
ΔΕ ΠΟ ΥΠΟΚΕΙΜΕ
ΝΟΥ ΑϹΙΑΙΓΙ
ΓΝΩΝΤΑ ΤΜΙΚΡΟ
ΤΑΤ ΠΟΤΙΤΟΥ
ΚΟϹΜ ΚΟΤΩϹΑ
ΔΗΜΟΝΕΙ ΠΟΤΩΝ
ΠΕΡΕΤΟΥ Γ Λ ΟΤΑ
ΤΙΩϹΡΗΘΕΛ ΤΩΝΑ
ΝΑΤΟΛΩΝΚΑΙΔΤϹΕ
ΩΝ ΝΜΕΝΓΑ
ΚΑΙΤΑ ϹΤΙΝΕΚΑϹ
ΤΑΕΙ ΝΦΑϹ

COL. VIII

Giu. Casanova dis *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA VIII.

δ᾽ ὁταν, οιμαι, επι το ὑποκειμενον βλεπων τυχη, και μη διορων το τε κατα το ὑποκειμενον λεγομενον, και το κατα το περιλαμβανομενα απο του ὑποκειμενου. Πολλαι δε απο του ὑποκειμενου διαδικατιαι γιγνονται ου μικροταται δη· ὁτι του κοσμου εικοτως αδημονει ὑπο των περι του ἡλιου αρτιως ῥηθεντων ανατολων, και δυσεων. Χαλεπον μεν γαρ, και τλημον εστιν ἑκαστα ειδειν των Φασματων

cum, ut reor, ſubiectum forte inſpiciat, neque diſcernat, quod de ſubiecto enunciatur, & quod de eo, quod ſubiectum ipſum comprehendit. ¶ Multae vero e ſubiecto diſceptationes oriuntur non minimi quidem momenti, videlicet: quaenam mundi partes aeque male adficiantur ab iis, de quibus nuper dixi, ſolis ortu, & occaſu. Difficile enim, & audax eſt opus ſingulas obſervare adparentias

CAP. III. An ſolis circumactio alias Mundi partes adficiat.

Verf. 2. ὑποκειμενον) Etfi ὑποκειμενον apud Graecos Scriptores plerumque notet *orationis fubiectum* , five *argumentum* ; alibi tamen fumitur pro *fubiecto*, five *corpore*, unde idola emanant, ut Ep. ad Herod. *fegm.* 50. το ἑν, και συνεχες, και σωζον την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου· *unum*, & *continuum*, *quodque cognationem fervet eius corporis*, *quod ei fubiicitur*: vel, ut heic, pro corpore, in quod cadunt Phyfiologorum obfervationes. Sic ait Plutarchus in *Vita Periclis*: ὑπεκειτο μεν τω φυσικω, εκ τινων γεγονε, θεωρησαι· *ad Phyficum fpectabat*, *cognofcere*, *unde illud ortum haberet*. Sic ipfemet Epicurus *ad Herod. fegm.* 72. ὁσα εν ὑποκειμενω ζητουμεν αναγοντες επι τας βλεπομενας παρ' ἡμιν αυτοις προσληψεις· *quaecumque in fubiecto quaerimus referentes ad factas per vifum a nobis ipfis perceptiones.* Heic igitur ὑποκειμενον eft corpus aliquod coelefte, quod phyficus in fublimi obfervat, nec tamen poteft in tanta diftantia quaquaverfum examinare: idcirco ait: βλεπων τυχη.

Verf. 4. 5. το κατα το ὑποκειμενον λεγομενον) Haec phrafis idem valet, ac omne id, *quod fubiecto ineffe vel adferitur*, *vel negatur*, *infpecta eius natura*. Sic Ariftoteles *Topic. V. cap.* 3.: το ιδιον του εν τω ὑποκειμενω λεγομενου· *proprium rei*, *quae de fubiecto adferitur*: & infra: το εν τω ὑποκειμενω ιδιον του ὑποκειμενου· *quod in fubiecto ineft proprium fubiecti.*

Verf. 7. 8. περιλαμβανομενον εκ του ὑποκειμενου) Sic legendum effe patet ex columna fequenti verf. 6. ubi hanc ipfam propofitionem adfumit, atque ait: εκ του ὑποκειμενου δε ληπτεον. *E fubiecto* autem aliquid *concipere* idem eft, atque e fubiecto aliquid per inductionem cognofcere, quod extra fubiectum fit, & ipfius naturam directe non refpiciat.

Verf. 11. διαδικασιαι) Sic reftituendam remur capite truncam vocem ασιαι, quae in αυτογραφω cernitur. Διαδικασια autem, etfi a Polluce quater inter forenfia vocabula recenfeatur *lib. IV. cap.* 4. *VIII.* & Suidas explicet pro *controverfia*, ἡν ποιουνται τινες τοις μελλουσι λειτουργειν· *quam aliqui movent adverfus illos*, *qui munus publicum fufcepturi funt*; Diogenes tamen apud Ethymologicum M. etiam ad alias quaeftiones extendit. Hesychius vero praeter vulgarem forenfem fignificationem, fumi etiam pro αμφισβητησει, *controverfia*, & κρισει, *iudicio* adfirmat. Recte igitur heic pro philofophica quaeftione adcipi poteft. Quales fint autem quaestiones, quae circa propofitum Solis fubiectum oriri poffunt, ipfemet Epicurus enumerat in *Epift. ad Pytocl. fegm.* 91. & *feq.* nec non fidus interpres Lucret. *lib. V.* Vide, fi lubet.

Verf. 13. & feq. ὁτι του κοσμου εικοτως αδημονει) Quaeftionem hanc, quam *non minimam* adpellat, non fatis diferte proponit; vel certe ex laciniofo, & interrupto textu non fatis elucet. Nobis tamen ftat fententia, eam effe, an folis motu, qui per eius ortum & occafum fit nobis manifeftus, adficiantur item aliae mundi partes: five utrum coelum cum fole fimul circumvolvatur, an quiefcente coelo fol gradiatur; tum vero an fuo motu etiam terram impellat. Quod ad primam quaeftionis partem, nihil certi definiri poffe ait, cum impoffibile nobis fit omnes infpicere folis adparentias; fiquidem iuxta eius doctrinam, de qua in praecedenti fcholio verba fecimus, nihil certi pronunciare Phyfiologus poteft de meteoris, quae prae diftantia non funt noftris fenfibus θεωρουμενα. Sic ipfemet fcribebat *ad Pythocl. apud Laërt.*, cuius verba recitavimus in fchol. ad Col. VI.

Hinc *Lucret. lib. V. v.* 511:

Principio, magnus coeli fi vertitur orbis,
Ex utraque polum parti premere aëra nobis
Dicendum eft, extraque tenere, & claudere utrimque;
Inde alium fupera fluere, atque intendere eodem,
Quo volvenda micant aeterni fidera mundi.
. . . .
Eft etiam quoque, uti poffit coelum omne manere
In ftatione, tamen cum lucida figna ferantur.

Quod vero ad fecundum quaeftionis partem, an fcilicet fol, & alia coeleftia corpora motu fuo etiam tellurem impellant, diferte negat inferius.

ΗΜΩΝΜΗ ΝΑΝΤ
ΑϹΑΝΑΤΟΛΗΠΚΑΙΑΤϹ
ΩϹΒΟΥΛΟΜΕΘΑΤΙϹΥΓ
ΑΨΑΙ ΦΑϹΜΑΤΟΥΤΟΙϹ
ΕΝΠΕΡ ΝΕΝΟ ΜΕΝΟ
ΕΚΤΟΥΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΥ
ΛΗ ΤΕΟ ΦΟΡΑΝΤΙ
ΝΑΤΗΙΔΙΑΝ
ΟΥΚΑΙϹΕΛΗ
ΝΑΤΟΛΗ ΚΑ
ΚΑΙΟΥΤΗ Υ
ΓΝΟΜΕΝΗΠΝ
Τ ΩϹΦΑΤΕΟΝΕ
ΚΑΤΑΠΕΔΗΤΟ
Μ ΝΟΝ ΚΑ Ε
ΔΙΜΗΠΡΟϹΠ
ΡΩΘ ΜΕΝΤ
ΛΑ ΑϹ

COL. IX

Giu Casanova dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA IX.

ἡμων, μη εναντιας ανατολης, και δυσεως βουλομεθα τι συναψαι Φασμα τουτοις εμπερινενοημενον· εκ του ὑποκειμενου γαρ ληπτεον Φοραν τινα τη διανοια ἡλιου, και σεληνης προς ανατολην, και δυσιν· και ου την αυτην γιγνομενην απαρτιως Φατεον ειναι καταγε δη το ὑποκειμενον· και ετι δεομαι μη προσποιημα ἑτερωθι μεν

noſtrum, nec cum nobis ortus, & occaſus ſolis videndus occurrat, velimus portentum aliquod ſtudioſe excogitatum ipſis adnectere. E ſubiecto enim concipi mente potest aliqua ſolis, vel lunae motio verſus orientem, & occidentem, non tamen ipſa motio, quae ſuccedit dici potest eſſe ſecundum ſubiectum. Atque adeo rogo, ne quis inventionem, alibi quidem audacem,

SCHOLION IN COL. IX.

Verſ. 3, 4, 5. τι συναψαι φασμα εμπεριγενομενον) Etſi verbum συναπτειν proprie ad exprimendam corporum congruentiam uſurpetur, ad ſpiritales tamen res etiam transfertur. Sic Ariſtoteles *Metaph. VII.* τῳ δε καθολου, και τῳ γενει και αἱ ιδεαι συναπτουσι· *universali autem, & generi etiam ideae conveniunt*. Quid ſit autem per Epicurum συναπτειν Φασμα εμπεριγενομενον, ſi quaeras, idem eſſe aio, ac προσδοξαζειν, quod alibi uſurpavit, cum inquit: το ψευδος εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εστιν. (*Vide ſchol. in Col. VII. v. 2.*) Quod belle Lucretius latine reddidit *adopinari. Lib. IV. v.* 814.

Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis,
Ac nos in fraudem induimus, fruſtramur & ipſi.

Per Epicurum igitur, cum quis viſo phaenomeno *adopinatur*, h. e. aliquem mentis ſuae conceptum illi adiungit, facile fallitur. Sic in ſubiecta materia, ſi quis, viſo ſole ab ortu ad occaſum pergente, concluderet ab intrinſeca ſolis natura hunc motum procedere.

Verſ. 6. εκ του ὑποκειμενου) Reſpondent haec verba iis, quae habentur in praecedenti Columna. Videſis, quae ibidem adnotavimus ad verſ. 4. ad 8.

Verſ. 7. Φοραν) Quid proprie ſit ἡ Φορα, ſatis diſſeruimus in ſchol. ad Col. I. lib. II. Nunc vides Φοραν dici etiam de aſtrorum motu. Sic in ep. ad Herod. *ſegm.* 76. και μην και εν τοις μετεωροις Φοραν, και τροπην, και εκλειψιν, και ανατολην. και δυσιν . . . δει γενεσθαι· *quin etiam in ſublimibus corporibus motum, & converſionem, & eclipſim, & ortum, & occaſum fieri oportet*; & alibi item.

Verſ. 11. ου την αυτην) Supple Φοραν. Nec enim aliter legendum duxerim. Idcirco autem ait ſolis & lunae motum neutiquam proprie dici poſſe κατα το ὑποκειμενον, *ſecundum ſubiecti naturam*, quia putabat varias reddi poſſe rationes huius adparentiae, ortus scilicet, & occaſus, ut habemus in Ep. ad Pytocl. *ſegm.* 92. Ανατολας, και δυσεις ἡλιου, και σεληνης, και των λοιπων αστρων και κατ᾽ αναψιν γενεσθαι δυνασθαι, και κατα σβεσιν τοιαυτης ουσης περιστασεως και καθ᾽ ἑτερους τους τοπους, ὡστε τα προειρημενα αποτελεισθαι· ουδεν γαρ των φαινομενων αντιμαρτυρει. Κατ᾽ εμΦανειαν τε ὑπερ γης, και παλιν επικρυψιν το προειρημενον δυναιτ᾽ αν συντελεισθαι· ουδε γαρ τι των Φαινομενων αντιμαρτυρει. Τας τε κινησεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γινεσθαι κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η του μεν στασιν, αυτων δε δινην. *Ortus autem, occaſuſque ſolis, & lunae, & ceterorum aſtrorum ex ipſorum adcenſione, & reſtinxione fieri poſſe putandum eſt, cum talis ſit viciſſitudo etiam aliis in locis, quae praedictos effectus producat; nullum enim phaenomenon refragatur: vel per adparitionem ſupra terram, & rurſus occultationem, talia fieri poſſunt; nec enim phaenomenon aliquod refragatur. Ipſorumque motus non eſt impoſſibile fieri propter totius coeli converſionem, vel coelo ſtante ipſos rotare.* Si lubet, vide, quomodo hanc doctrinam ſuis carminibus reddiderit Lucretius *lib. V. v.* 649. *& ſeqq.*

Verſ. 15. και ετι δεομαι, κ. τ. λ) Laciniosum hoc comma ſic promemodum reſtitui poſſe non abnues, ſi praecedentia, & conſequentia conferes. Vide noſtrum commentarium h. l.

ΠΟΤΙΝ ΔΙΑΣΤΗΜΑ
ΤΟΣΟΡΙΖΟΜΕΝΗΠΣΥ
ΤΨΙΓΑΡΑΦΑΛΕΣΤΕ
ΡΟΝΗΔΙΑΝΟΙΑΤΗΝ
ΜΟΝΗΝΤ ΠΛΗ
ΦΗΤΑΙΚΑΙΣΥΝΘΩΝ
ΤΕΘΟΝΤΟΙΣΚΑΤΑΤΑΣ
ΑΙΣΘΗΣΕΙΣΦΑΙΝΟΜ
ΝΟΙΣΠΥΚΝΟΤΗΤΕ
ΤΗ Κ ΤΩ ΑΡΑ
ΧΕΙΑΝΑΥΤΗ
ΟΝΤΠΣΑΝΩΘ
ΕΙΟΝΑΙΠΡΟΣΤΗΝ
ΡΕΙΣΙΝΤΟΥΜΗΦ
ΣΘΑΙΤΗΝΓΗΝΤΗ
Ο ΑΝΑΝΑΙ
Κ ΤΗ
ΥΘΕΝΓΑΟΗΥ Ν
ΔΙΟΥΠΕΡΙΦΟΡΑ
ΤΑΕΝΟΧΛΗ
ΤΟ

COL. X

Giu. Casanova dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA X.

ὑ-
πο τινος διαστημα-
τος ὁριζομενης. Οὐ-
τω γαρ ασφαλεστε-
ρον ἡ διανοια την
μονην τῃ γῃ λη-
ψεται, και συμφωνο-
τερον τοις κατα τας
αισθησεις φαινομε-
νοις· πυκνοτητα δε
την κατω παρα γην πα-
χειαν αυτην εναντι-
ον της ανωθεν δινης
ειναι προς την ὑ-
περεισιν του μη φε-
ρεσθαι την γην την
κατω, ὁταν αναλαμβα-
νει ἡ πυκνοτης παντ.-
χοσε. Ουθεν γαρ ἡμ ν
εστι, δι' οὗ περιφορα ἡλι-
ου παντα ενοχλησῃ.

certo quodam intervallo disterminatae. ❡ Enimvero hoc pacto securius mens telluri mansionem convenire adsumet, & congruentius his, quae sensibus adparent; spissitudinem vero, quae inferius secus Terram crassa est, quaeque superiori vortici est opposita, inservire ad fulcimentum, ne terra inferius posita feratur, quamdiu eam recipit spissa materies undique circumfusa. Nulla enim nobis adest ratio, cur Solis circumlatio omnia turbare debeat.

CAP. IV. Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

SCHOLION IN COL. X.

V. 1. *διαστηματος*) Nulli dubium, quin Epicurus *διαστημα* adpellet magnum intervallum, quod aſtra a tellure diſterminat. Sic adnotat Laërtius in Ep. *ad Pyth. ſegm.*92. hoc ipſo in libro undecimo ſcripſiſſe: *ει γαρ (ἥλιος) το μεγεθος δια το διαστημα αποβεβληκει, πολλῳ αν μαλλον την χροαν· αλλο γαρ τουτῳ συμμετρωτερον διαστημα ουθεν εστι. Si enim (ſol) propter diſtantiam magnitudinem amitteret, multo magis colorem: nullum eſt enim aliud intervallum huic rei magis congruum.*

V. 2. Ὁριζομενης) Haec *μετοχη* procul dubio reſpicit praecedentem vocem *τῃ γῃ*, quae in lacuna iacet. Vide Commentarium h. l.

V. 5. *τῃ γῃ*) Hiſce voculis implendam lacunam remur; adſcriptum enim *iota*, ut vides, non niſi dandi caſum deſignat.

V. 6. *συμφωνοτερον κ. τ. λ.*) Sollemnis Epicuri formula. Sic *ad Pyth. ſegm.* 86. *ὅσα μοναχην εχει τοις Φαινομενοις συμφωνιαν· quaecumque cum phaenomenis ſingularem habent congruentiam*. Et *ſegm.* 93. ſic ſtatuit: *παντα γαρ τα τοιαυτα, και τα τουτοις συγγενη ουθεν των εναργηματων διαφωνει, εαν τις αει επι των τοιουτων μερων εχομενος του δυνατου εις το συμφωνον τοις Φαινομενοις ἕκαστον τουτων δυνηται απαγειν, μη φοβουμενος τας ανδραποδωσεις των αστρολογων τεχνητειας. Cuncta enim talia, & his ſimilia nihil a rerum evidentia diſcrepant, dummodo quis in hiſce rebus poſſibilitati adhaerens, revocare valeat horum ſingula ad id, quod phaenomenis conſonat, nihil veritus ſervilia aſtrologorum machinamenta.*


V. 9. *πυκνοτητα*) Iam in ſchelio ad *Col. I.* obſervavimus, Epicurum docuiſſe circa terram poſita repagula quaedam, quae ibi adpellat *Φραγμους συναπτομενους*, & mox Col. XII *αερων ὑπερεισεις*. Heic eamdem doctrinam inculcat, & hiſce aëriis repagulis terram ita contineri, ut a ſuperiori minime impellatur. Diſtinguebat autem duplex aëris genus, rarum & leve unum ſuperius, craſſius alterum inferius. Videſis Lucretium *lib. V.* v. 468, 551, & alibi. Et quidem duplicem hanc aëris qualitatem non unus Epicurus adſtruxit. Seneca *Quaeſt. Natur. lib. II. c.* 10. ſic habet: *Permeat ab aethere lucidiſſimo aër in terram uſque diffuſus, agilior quidem, tenuiorque, & altior terris, nec minus aquis; ceterum aethere ſpiſſior, graviorque . . . . . Summa pars eius eſt ſicciſſima, calidiſſimaque, & ob hoc etiam tenuiſſima propter viciniam aeternorum ignium, & illos tot motus ſiderum, adſiduumque coeli circumactum. Illa pars ima, & vicina terris denſa, & caliginoſa eſt, quia terrenas exhalationes receptat.* Vide etiam Plotin. ſi lubet, *Ennead. II. lib. I. cap.* 6, & *ſeqq.* Epicurus itaque heic *πυκνοτητα* adpellat, quod ad *Pythoclem ſegm.* 104. *την περιξ του αερος πιλησιν ambientis aëris denſitatem* adpellavit. Huic autem denſitati aëris, qui terram ambit, tribui poſſe autumat eius ſtabilitatem. Quod & in *Ep. ad Pythocl. ſegm.* 112. ſcripſit: *δινην αερος εγκυκλον αυτων προεσταναι, ἣ κωλυτικη γινεται του περιπολειν· aëris verticem in gyrum ipſis opponi, qui impedit, ne circumvolvatur.*

V. 10. *την κατω παρα γην παχειαν κ. τ. λ.*) Ex antecedentibus, ni fallor, ſponte fluit haec diſciſſi commatis lectio. *Παχειαν* vero *πυκνοτητα*, h. e. *Craſſiorem aërem* circa terram ab Epicuro fuiſſe adſtructum, teſtis eſt Lucret. qui *lib. V*, *v.* 695 ſic ait:

Aut quia craſſior eſt certis in partibus aër.

V. 13, 14 *ὑπερεισιν*) Sic reſtituendam eſſe capite truncam vocem nemo ambiget, cum eam recurrentem viderit in ſequenti Columna XII. v. 15, 16.

V. 18. *Ουθεν γαρ ἡμιν εστι κ. τ. λ.*) Conſonat Epicuro Plotinus, qui Ennead. II. *lib. I. cap.* 6. ſcripſit: *συμπεριαγειν δε την ταχιστην Φοραν (ἡλιου) γεηρα σωματα ου πιθανον ειναι: quod celerrimo ſolis motu etiam terrena corpora circumferantur, probabile non eſſe.*



ΔΕΙΠΕϹΕϹΘΑΙΠΑΝΤΑΧ
ΘΕΝΠΑΡΙϹΟΝΕΠΕΧΟΥ
ϹΑΝΟΥΘΑΜΠΕΡΙ ΙΝ
ΔΥΝΗϹΕϹΘΑΙΟΓΑΡΤ
ΠΟΤΗϹΤΟΥΑΕΡΟϹΦΥϹΕ
ΩϹΑΥΤΗΙΥΠΑΡ ΕΙΤΟ
ΠΑΝΤΑΧΟΘΕΝΟΜΟΙ
ΤΕΛΛΟΜΕΝΗΗΝΙϹΟΝ
ΕΧΕΙΝΑΠΟΤ
ΟΥΠΑΝΤΑΧ ΕΤ
ΠΕΡΕΙΤΟΙΑΥΤΗ
Τ ΝΜΕϹΩΚΕΙϹ ΤΟΝ
ΚΟ ΜΟΥΟΠΕΡΟΥΚ ΔΥ
ΝΑΤΟΝΕΙΝΑΙΚΑΙΤΟ
ΗΝΤΟΥΤΟΑ
ΤΠ ϹΝΗϹΑΙ
ΑΙΟΥΤΟΤΟΥΤΟ
ΡΑϹΚΕΥΑϹΤΙΚΟΝ Ν
ΓΑΡΙϹΟΤΗΤΑΠ Ο
ΟϹ ΤΟΝ ΠΑΝΤΑ Ο
Δ

COL. XI

Giu. Casanova dis — *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XI.

δεησεσθαι πανταχοθεν γαρ ισον απεχουσαν ουθαμη εριπειν δυνησεσθαι. Ὁ γαρ ὑπο της του αερος φυσεως αυτη ὑπαρχει, τοδε πανταχοθεν ὁμοιοστελλομενην ισον διεχειν απο του ουρανου πανταχοσε. Τι δε απερει τοιαυτην ποτε εν μεσω κεισθαι του κοσμου, ὁπερ ουκ αδυνατον ειναι; Και τοι ουκ ην τουτο ατοπον της μονης αιτιον, βεβαιου τοπου το παρασκευαστικον. Την γαρ ισοτητα, η το ὁμοιοστολον πανταχοδ . . . . . .

fore ut indigeat ; q̄uum enim unde unde aeque diſtans ſit, *concipere debemus* nullatenus futurum, ut decidere poſſit. Quod enim ex aërea natura ipſi adeſt, hoc *reputandum* eſt illam undecumque pariter amictam aeque diſterminare a coelo quoquoverſum . Quid autem vetat *opinari* talem aliquando in medio iacuiſſe mundo ; quandoquidem id impoſſibile non eſſe *cognoſcimus*? Et vero non eſſet haec abſurda manſionis cauſa, ſtabilis nempe loci praeparatio. Aequalitatem enim, ſive tegumentum ; quo undecumque amicitur

V. 1. δεησεσθαι) In praecedentibus verbis, quae in lacuna iacent, & e quibus hic infinitivus regi debet, id contineri autumo, quod tellus in medio posita nullo fulcimento indigeat. (Vide nostrum Commentarium h. l.) Adversatur autem Epicurus Physicorum nonnullis, qui terram basi aliqua, vel fulcro substentari adseruerunt. Sic teste Plutarcho *de Placit. Philos. lib. III cap. XI.* : Ξενοφανης πρωτην (την γην) εις απειρον ἐῤῥιζωσθαι. *Xenophanes primam (inter mundana corpora tellurem) in infinitum radicatam esse putavit.* Quod item Auctor *Hist. Philos.* quae Galeno inscribitur *cap.* 21.; & Eusebius *Praepar. Evang. cap.* 57. referunt. Aristoteles vero *de Coelo lib. II. cap.* 13. post relatam hanc Xenophanis opinionem subdit: οἱ δε εφ᾽ ὑδατος κεισθαι· τουτον γαρ αρχαιοτατον παρειληφαμεν τον λογον, ὁν φασιν ειπειν τον Θαλητα τον Μιλησιον, ὡς δια το πλωτην ειναι μενουσαν, ὡσπερ ξυλον, η τοι τοιουτον ἑτερον· και γαρ τουτων επ᾽ αερος μεν ουθεν πεφυκε μενειν, αλλ᾽ εφ᾽ ὑδατος. *Alii vero super aquam iacere putarunt: hunc enim antiquissimum adcepimus sermonem, quem dixisse ferunt Thaletem Milesium, utpote quae, quum natura sit natatilis, maneat tamquam lignum, vel aliud huiusmodi; horum enim nullum natura sua super aërem manet, sed super aquam.*

Ibid., & seq. πανταχοθεν γαρ ισον απεχουσαν) Quum antea *Col. I.* statuisset terram εν μεσῳ, και προς του κεντρου περιεχοντος του παντος, *in medio, & ad centrum universi circumpositi;* iure heic adsumit esse *undique aequidistantem*. Etenim per Geometras ισαι εισιν αἱ γραμμαι απο του κεντρου εις την περιφερειαν. Et quoniam haec hypothesis est suae opinionis fundamentum; hinc paullo infra *v.* 10. *& seq.* subdit: Τι δε απερει τοιαυτην ποτε εν μεσῳ κεισθαι του κοσμου, ὁπερ ουκ αδυνατον ειναι; Ceterum non unus Epicurus, sed etiam Anaximander, teste Aristotele, terrae stabilitatem ab aequidistantia repetebat: sic enim citato *lib. II. de Coelo, cap.* 13.: εισι δε τινες, οἱ δια την ὁμοιοτητα, ὡσπερ των Αρχαιων Αναξιμανδρος· μαλλον γαρ ουθεν ανω, η κατω, η εις τα πλαγια φερεσθαι προσηκει το επι του μεσου ἱδρυμενον, και ὁμοιως προς τα εσχατα εχον· ἁμα δε αδυνατον εις ταναντια ποιεισθαι την κινησιν, ὡστ᾽ εξ αναγκης μενειν. *Sunt autem quidam, qui propter aequalem distantiam* (terram manere opinantur); *quemadmodum inter veteres Anaximander. Nihilo enim magis sursum, quam deorsum, vel ad latera ferri convenit id, quod in medio collocatum est, & similem proportionem servat ad extrema: simulque impossibile est in contrarias partes fieri motum: quare necesse est, ut maneat.* Et paullo post: δια την αναγκην μενει (ἡ γη), την της ὁμοιοτητος, ὡσπερ ὁ λογος . . . . . περι του διψωντος, και πεινοντος σφοδρα μεν, ὁμοιως δε των εδωδιμων, και των ποτων ισον απεχοντος· και γαρ αυτον ηρεμειν αναγκαιον· *ob necessitatem terra manet, necessitatem scilicet, quae a simili distantia oritur: quemadmodum dicitur . . . . . de homine, qui sitim, & famem vehementer quidem patitur, sed similiter ab esculentis, & poculentis aeque distat; tunc enim ipse quiescat, oportet.*

Vers. 3. εριπειν) Sic legendum, nemo fortasse inficiabitur, etsi in pene omnibus vulgatis lexicis hoc verbum non recenseatur, sed tantum ερειπω, & εριποω. Etymologicus M. autem inter poëticas voces, adnumerat εριπειν, cui tamen Didymus ab ipso citatus non suffragatur; & Epicurus hoc loco aperte refragatur. Satius igitur est Suidam audire, qui sic habet: ερειπω βαρυτονως, καταβαλλω, διαφθειρω, εριπειν περισπωμενως, καταπεσειν· h. e. ερειπω *cum gravi, deiicio, corrumpo:* εριπειν *cum circumflexo, decidere.* Hesychius item εριπειν reddit καταπεσειν. Et quidem hac ipsa neutra significatione heic adcipiendum esse satis patet: imo vero sic adcepisse Lucretius videtur, cum ait *lib. I.* v. 1061

. . . . in loca coeli
Decidere inferiora magis . . . . . .

Vers. 7, 8. ὁμοιοστελλομενην) Sic lego, quoniam breve spatiolum non capit ὁμοιως στελλομενην. Etsi enim in lexicis huiusmodi compositum non occurrat, graeci sermonis periti non respuent; quandoquidem habent ὁμοιοκαρπεω. ὁμοιοπατεω, & his similia. Heic autem στελλω idem valet, ac ευτρεπιζω, κοσμεω, *bene instruo, exorno*, ut interpetratur Etymolog. M. vel pressius στολιζω, *amicio*, ut Hesychius. Ne autem putes cum lexicographis poëticam potius, quam prosaicam hanc esse loquutionem: vadem damus ipsum Epicurum, qui ad Herodot. sic scribebat *segm.* 42. ειτε γαρ ην το κενον απειρον, τα δε σωματα ὡρισμενα, ουδαμου αν εμενε τα σωματα, αλλ᾽ εφερετο κατα το απειρον κενον διεσπαρμενα, ουκ εχοντα τα ὑπερειδοντα, και στελλοντα κατα τας αντικοπας· quae verba, omissis

omiſſis non ſat adcuratis interpretationibus, ſic reddenda opinamur: *ſive enim eſſet vacuum infinitum, corpora vero finita, nuſquam corpora conſiſtere poſſent, ſed ferrentur per infinitum vacuum diſperſa, quippe quae non haberent, a quibus fulcirentur, ac tegerentur ſecundum varios impulſus.*

Verſ. 9. απο του ουρανου) Minime audax ſupplementum dixeris, ſi totam ſententiam ſpectes, itemque memineris, terram per Epicurum eſſe

Partibus aëriis mundi, coeloque revinctam,

ut cecinit Lucret. *lib. V. v.* 554.

Verſ. 19. ὁμοιοστολον) E ſuperiori ὁμοιοστελλειν ſponte fluit ὁμοιοστολος, nec reſpuit ſententia: utere, ſi lubet: nobis certe nil melius ſuppetit.

Verſ. 21. δερμα) Levi admodum unius litterulae indicio hanc vocem hariolando adſtruximus, quae adiunctivum illud ὁμοιοστολον ſubſtineret. Etſi enim δερμα, ut docet Euſtathius eſt το ἁπλως εκδερομενον, & pro animalium corio proprie ſumatur; Etymologicus tamen etiam de humana pelle dici adfirmat παρα το τερμα ειναι του σωματος, ὁ εστι πληρωμα, *propterea quod ſit corporis terminus, hoc eſt complementum.* Quod ſi ita eſt, quis neget metaphorice dici poſſe de quovis involucro, ſive tegumento, quemadmodum & Latini *corium* uſurparunr? Videant Grammatici.

ΡΝ ΗΠΝ ΥΤΟΕΙΠΕΙΝ
Α Τ ΝΕ ΑΙΤΗΝΔΗ
ΙCΟΤΗΤ ΠΕΡΑΥΤΟ
ΤΠΟΤ Τ ΛΕΝΕΙΝΑΥ
ΤΗΙ ΜΕCΩΙ ΟΤ
ΚΟC ΙΤ Ν C
ΤΟΥ ΕΙΝΚΑ ΙΘ
ΧΟ CΟΥΔ
ΡΟΩΝ ΗΤΘΕΛΕ
ΟΥ ΠΕ
ΓΟΝ ΟΝΤ Υ
ΤΩΙCΥ ΩΝΩΝΠΟ
ΤΕΤΑΥΤΩΝΑΕΡΩΝΥ
ΠΕΡΙΕΙC CΠΕΠΟΙΗΚΟ
ΤΑ ΤΑCΤΩΝ
ΗΛ Λ ΝΑΛ
ΟΤΗΤΑ CΑΝΚΑΙΤΑ
ΠΟΤΥΠ CΟΡΘΩCΕΙ
ΧΘΩCΙΝ Τ ΕΝΔΕ Ε
ΤΕ Ο ΤΟΥΤΩ ΕΙΝΑΙ

COL. XII

Giu. Casanova dis. Bart. Orazj inc.

COLUMNA XII.

σοφωτερον ην τουτο ειπειν αιτιον ειναι, την δη ισοτητα· ειπερ αυτο ποτε το μενειν αυτην εν τῳ μεσῳ του κοσμου αιτιον εστιν του μενειν, και αιθερι χουσθαι, ὡς ουδ' εξ επιρροων ἑλεσται. Η το ἑλειν ουν απεστι δι' αναλογον ροον, τον τας ουτῳ συμφωνων ποτε ταυτων αερων ὑπερεισεις πεποιηκοτα· η δια τας των προσηλαμενων αλλοιοτητας, ὡς αν και τ' αποτυπους ορθως εξαχθωσιν. Ὅτε δ' ενδεχεται ἑτερον τουτων ειναι

ſapientius foret dicere hanc eſſe cauſam, nempe aequalitatem; ſiquidem hoc ipſum, quod aliquando illa manſerit in medio mundo cauſa eſt, cur maneat, atque aëre velut adgere cingatur ita, ut neque ex influentibus evertatur. Aut igitur everſio abeſt propter conſentaneum fluxum, qui ex aëriis particulis tam apte congruentibus fulcimenta comparavit, aut propter incurrentium corporum diverſitates, quapropter etiam percuſſiones facile poſſint repelli. Cum autem alterum horum admittitur eſſe

SCHOLION IN COL. XII.

Verſ. 1. σοφωτερον) Sic truncam vocem reſtituo. E praecedentibus enim, & ſequentibus ſatis conſtat eam opinionem ſapientiorem duxiſſe Epicurum, quae terrae ſtabilitatem απο της ισοτητος *ab aequalitate* repeteret; etſi ceteras iuxta ſuam philoſophandi rationem minime improbaret. Et quidem haec eadem opinio Platoni ſedit in Phaedone *p.* 108: cuius verba operae pretium eſt adſcribere, ut clarius Noſtri mens pateat. Ait igitur: πεπεισμαι τοινυν, ὡς πρωτον μεν, ει εστιν εν μεσῳ τῳ ουρανῳ περιφερης ουσα, μηδεν αυτῃ δειν, μητε αερος προς το μη πεσειν, μητε αλλης αναγκης μηδεμιας τοιαυτης· αλλα ἱκανην γε ειναι αυτην ισχειν την ὁμοιοτητα του ουρανου αυτου ἑαυτῳ παντῃ, και της γης αυτης το ισορροπον· ισορροπον γαρ πραγμα ὁμοιου τινος εν μεσῳ τεθεν ουχ ἑξει μαλλον, ουδ' ἡττον ουδαμοσε κλιθηναι· ὁμοιως δ' εχον ακλινες μενει. *Primum quidem hoc mihi perſuaſi, quod ſi rotunda terra eſt in medio coelo, nullius rei ipſa indigeat, quominus cadat, neque aëris, neque alius neceſſarii eiuſmodi fulcimenti; ſed ſufficiens eſt ad ipſam continendam tum ſimilitudo coeli, quod quaquaverſum ſibimet ſimile eſt, tum terrae ipſius aequilibrium. Res enim aequilibris in medio alterius ubicumque ſimilis poſita non habebit, quo magis, vel minus inclinet, ſed ſimiliter ſe habens in nullam inclinando partem manet.* Quo in loco animadvertere eſt Epicurum uno verbo ισοτητι complexum eſſe, quod Plato latius dixit ὁμοιοτητα του ουρανου, και ισορροπον της γης; imo etiam quid amplius. Etenim patet per *aequalitatem* ισοτητα, tum terrae aequilibrium, tum aequalem aeris amictum, tum vero aequidiſtantiam a coelo, tum denique coeli ipſius uniformitatem, intellexiſſe.

Verſ. 3. ειπερ αυτο ποτε το μενειν αυτην κ. τ. λ.) Ut Epicuri mentem, & noſtram lectionem adſequaris, en quomodo eius argumentatio procedit. Cum terra ex ante dictis ſit rotunda; ſi detur aliquando in medio Univerſi conſtitiſſe; haec utique ratio eſt, cur eius ſtatio debeat eſſe perpetua. Cum enim ibi poſita aeque diſtet a coelo, & aeque aëre ambiatur, in aequilibrio erit, & nullo pacto fieri poterit, ut quoquoverſum inclinet. Atque id quidem eſt, quod modo in ſuperiori columna dixit: ουκ ην ατοπον της μονης αιτιον βαιβαιου τοπου παρασκευαστικον. Et re quidem vera teſtatur Ariſtoteles *de Coelo lib. II. c.* 13. univerſos philoſophos, qui terram in mundi centro conſtituebant, rotundam eidem figuram adſignaſſe; ex hac enim figura, per quam a coelo aequidiſtaret, eius ſtabilitatis neceſſitatem repetiviſſe: ετι προστιθεασι, και φασι δια την ἠρεμιαν αναγκην το σχημα τουτ' εχειν ταυτην. Ipſe vero in ſequenti capite hanc de ſuo rationem addit: προς δε τουτοις δηλον εκ των ειρημενων το αιτιον της μονης. Ει γαρ φυσει πεφυκε φερεσθαι προς το μεσον παντοθεν, ὡσπερ φαινεται, και το πυρ παλιν απο του μεσου προς το εσχατον, αδυνατον ενεχθηναι ὁτιουν μοριον αυτης απο του μεσου, μη βιασθεν . . . Ει τοινυν ὁτιουν μοριον αδυνατον ενεχθηναι απο του μεσου, φανερον, ὁτι και την ὁλην ετι αδυνατωτερον· εις ὁ γαρ το μοριον πεφυκε φερεσθαι, και το ὁλον ενταυθα πεφυκε· ὡστ' ει αδυνατον κινηθηναι μη ὑπο κρειττονος ισχυος, αναγκαιον αν ειη μενειν αυτην επι του μεσου· *Praeterea patet ex iam dictis cauſa ſtabilitatis. Si enim natura ſua ſit, ut undique ad medium feratur, ut manifeſtum eſt, & ignis contra a medio ad extremum; impoſſibile eſt, ut quaecumque eius particula ſine violentia e medio efferatur . . . Si ergo quamvis particulam impoſſibile eſt a medio efferri, patet, quod magis impoſſibile ſit efferri totam: quo enim particula ferri debet, eodem & totum. Itaque ſi impoſſibile eſt ipſam moveri ſine maiori vi, neceſſe erit, ut maneat in medio.*

Verſ. 7. & ſeq. αιθερι χουσθαι κ. τ. λ.) Dilaniatum hoc comma, e quo, ut vides, vix pauca diſcerpta ſuperſunt elementa, reſtituere hariolando adniſi ſumus. Utere, ſi lubet. Sententia certe procedit.

Etſi autem χοω, vel χοννυω proprie *terram adgerere* ſignificet, putaverim tamen recte ad quamcumque adgeſtionem notandam transferri poſſe, dummodo, ut heic, deſignetur, unde adgeſtio fiat; non ſecus, ac apud Latinos *adgerere* proprie dicitur de terrae coacervatione; Plautus tamen *Rud.* 2. 5. 37. *adgerunda eſt aqua* dicere non dubitavit. Epicurus vero, ut huc uſque audivimus, aëre ita obvolutam tellurem reputavit, ut ipſi tamquam repagulo foret; & paullo infra aperte habemus αερων ὑπερεισεις. Quapropter fidus interpres Lucret. *lib. V. v.* 468. cecinit:

Sic igitur tum ſe levis, & diffuſilis aether
Corpore concreto circumdatus undique ſepſit;
Et late diffuſus in omneis undique parteis
Omnia ſic avido complexu cetera ſepſit.

Putabat

Putabat enim Noster aërem nil aliud esse, nisi subtiliores terrae partes, quae primitus ex ipsius poris erumpentes in altum adscenderunt. Sic idem Lucret. *b. lib. v.* 458.

. . . . per rara foramina terrae
Partibus erumpens primus se sustulit aether
Signifer, & multos secum levis abstulit igneis.

Et quidem Plutarchus *de Placit. Philosoph. l.* 4. ait: εκ μεν των ὑποκαθιζοντων εγεννηθη ἡ γη, εκ δε των μετεωριζομενων . . . αηρ· *ex subsidentibus quidem corporibus genita est tellus, ex elatis vero in sublime . . . aër.* In quem locum rectissime sic animadvertit Eduardus Corsinius: *Quamvis haec universi formatio nulli philosopho nitide, distincteque a Plutarcho tribuatur, Epicuro tamen, ceterisque atomorum fautoribus adscribi debet.*

Vers. 8. ὡς ουδ᾽ εξ επιρροων ἑλεσθαι) Si lectionem probas, parallela erit Senecae phrasis *Quaest. Natur. II.* 45: *ut mundus inconcussus eat.*

Vers. 10. δι᾽ αναλογον ροον) Sic legendum videtur. Ροον enim adpellavit continentem idolorum seriem, quae in oculos incurrit *lib. II. Col. IV. v.* 13., & *Col. VII. v.* 13. cur non aëris *fluxum diceret?* Αναλογον autem vocat, qui undique terram ingruat, & aeque premat singulas partes ea proportione, ut nullatenus impellere queat, imo potius fulcimento sit, ne aliquo inclinet; atque adeo efficiat, quas heic adpellat των συμφωνων αερων ὑπερεισεις, & *Col. I.* παρα γη φραγμους συναπτομενους.

Vers. 13. 14. ὑπερεισεις) In superiori Scholio in *Col. XI.* ad *v.* 7. Epicuri verba recitavimus, queis σωματα ὑπερειδοντα, και στελλοντα, *corpora fulcientia, & tegentia* nuncupabat. Huius igitur naturae est aër. Propterea ibi terram aëre amictam, στελλομενην dixit, heic vero των αερων ὑπερεισεις comminiscitur. Etenim solum το κενον *fulcimentum praestare non posse* aiebat ad Herod. *segm.* 44. ἡ κενου φυσις . . . . την ὑπερεισιν ουχ οια τε ουσα ποιεισθαι.

Vers. 15. 16. των προσηλαμενων αλλοιοτητας) Corpora προσηλαμενα procul dubio intelligit solem, lunam, & reliqua astra, quorum motu, & conversione terra posset adfici: verum nihil inde timendum esse putat δια τας αλλοιοτητας, nempe quia diversi sunt generis ea corpora: cuius argumenti rationem reddit Col. sequenti.

Vers. 19. ενδεχεται) Tritum est huiusmodi verbum apud Nostrum. Consule sis eius Epistolam *ad Pyth.* ubi, cum de diversis modis, quibus explicari posse putat sublimium corporum phaenomena, passim hoc verbo utitur. e. g. *segm.* 105. σεισμους ενδεχεται γινεσθαι και κατα πνευματος εν τη γη αποληψιν, και παρα μικρους ογκους αυτης παραθεσιν, κ. τ. λ. *terraemotus admitti potest fieri vel per spiritus interclusionem in terra, & per discursionem praeter parvos eius tumores &c.*

ΠΑΝΤΑΓΑΡΤΑΙΣΕΜΕ
ΑΠΑΡΑΛΛΑ ΟΝ
ΑΥΤΩΝΟΥΝΑ ΕΙΔ
ΔΙΕΦΘΑΡΤΑ ΚΑΙΤ
Ε ΝΕΠΙΦ
ΔΩ ΝΜ Ν
ΤΗΙΤΗΙΒΙΒΛΩ ΤΑΙ
ΟΗΜΙΝΠΕΡΙΤΗΣΕΞΑΡ
ΧΗΣΥΠΟΘΕΣΕΩΣΕΙΡΗΣ
Θ ΝΔΕΤΟΙΣ ΧΟ
ΝΟΙΣ ΠΕΡΙΤΩΝ
ΤΕΩΡ ΤΟΥΤΩΝ
ΠΡΟΣΕΚ ΡΟΥΜΕΝ

COL. XIII

Giu. Casanova dis. Bart. Oratÿ inc.

COLUMNA XIII.

Παντα γαρ τιθεμενα παρ' αλλοτριον αυτων αναφες ειδος διεφθαρται· όπερ και περι ευοδων επι φοραν ειδωλων μεν εφην εν αυτη τη βιβλω βητα. Ο' ἡμιν περι της εξαρχης ὑποθεσεως ειρησθαι εδει. Εν δε τοις εχομενοις και περι των μετεωρων τουτων ετι προσεκ... ροιμεν.

Cuncta enim, cum posita sunt iuxta contiguam speciem naturae a se alienae, corrumpuntur: quod & de expeditis ad motum simulacris dixi in ipso secundo libro. Quod nobis primum de proposita quaestione dicendum erat. In sequentibus autem de huiusmodi quoque meteoris adcuratius dicemus.

Verſ. 1. παντα κ. τ. λ.) Rationem heic reddit Noſter, cur abſurdus non ſit, qui putet coeleſtia corpora idcirco terram impellere non poſſe, quia diverſae ſint naturae. *Cuncta enim*, ait, *cum poſita ſunt iuxta aliquid a ſe alienum, corrumpuntur*, id eſt *propriam virtutem amittunt*. Hoc autem dogma, quod ſe expoſuiſſe dicit in *lib.* 2. cum de expedito idolorum motu differeret, nec ibi, nec alibi invenimus. Exploratum tamen eſt, Epicureos triplicem tum generationis, tum corruptionis cauſſam adſtruxiſſe, nempe κατα μεταθεσιν, *propter tranſpoſitionem*; κατ᾽ αφοδον, vel ut *Sex. Empir.* κατ᾽ αφαιρεσιν, *propter abſceſſionem*, ſive *ablationem*; κατα προσοδον, vel ut *Empir.* κατα προσθεσιν, *propter adceſſum*, *ſive additionem*: quae tria ſic carmine reddidit Lucretius *lib. I. v.* 677.

Sunt, quae conſervant naturam ſemper eamdem,
Quorum abitu, aut aditu, mutatoque ordine mutant
Naturam res, & convertunt corpora ſeſe.

Vide Gaſſendum, ſi lubet, cap. *de Ortu, & Interitu pag.* 206. Ceterum Epicuri ſententiam, quam prae manibus habemus, fere κατα λεξιν ſic reddit idem Lucretius *lib. cit. v.* 671:

Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuo hoc mors eſt illius, quod fuit ante.

Et preſſius in eamdem Magiſtri ſententiam cecinit *lib. VI. v.* 1117:

Proinde ubi ſe coelum, quod nobis forte ALIENUM eſt,
Commovet, atque aër inimicus ſerpere coepit;
Ut nebula, ac nubes paullatim repit, & omne,
Qua graditur, conturbat, & immutare coarctat.
Fit quoque, ut in noſtrum cum venit denique coelum
CONRUMPAT, reddatque ſui ſimile, atque ALIENUM.

Verſ. 3. συναφες) Uſitatum ab Epicuro verbum, ut *complexionem* exprimat. Sic ad Pythocl. *ſegm.* 85. μετεωρων, ειτε κατα συναφην λεγομενων, ειτε αυτοτελως· *ſublimium, de quibus ſive per complexum dicatur, ſive abſolute*. Inter alios autem libros unum περι αφης, *de contactu*, Noſtrum ſcripſiſſe teſtis eſt Laërtius *ſegm.* 28. *lib. X.* Videſis Gaſſendum in *h. l.*

Verſ. 5. ευοδων επι φοραν) De idolorum φορᾳ, & celeritate ſatis quidem ſuperque diſputavit Noſter in citato lib. Βητα, in quem non pauca adnotavimus: huiuſmodi tamen ſententiam in illis reliquiis non invenimus. Nihilominus, cum ibidem Ipſe profiteatur περι διαλυσεως, *de diſſolutione* corporum differuiſſe (vide *Col. X.*); admodum veriſimile eſt, inibi eam doctrinam explicuiſſe. Etſi enim putabat diſſolutione corpora interire, aliquid tamen eorum ſemper ſubſiſtere aiebat, quod perire non poſſet, atomos ſcilicet: ſic ad Herod. *ſegm.* 54. δει τι ὑπομενειν εν ταις διαλυσεσι των συγκρισεων· *in diſſolutionibus concretionum aliquid permaneat oportet*. Quare Lucretius cecinit:

Proinde aliquid ſuperare neceſſe eſt incolume olli,
Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Vide etiam, quae in citata *Col. X.* recitavimus. Hinc concludes opportunum illum fuiſſe locum, quo ſententiam ſuam de corruptione per contactum alienorum corporum explicaret; & proinde heic legendum βιβλῳ βητᾳ, ut adpinximus, non vero θητᾳ, vel Ζητᾳ, quod lacuna aeque caperet.

Verſ. 8, 9. περι της εξαρχης ὑποθεσεως) Quaenam fuerit huiuſce undecimi libri ὑποθεσις, videſis in ſequenti Commentario.

Verſ. 10. εν δε τοις εχομενοις) Hac clauſula ſollemne erat veteribus libro finem imponere, cum argumenti tractatio nondum eſſet abſoluta, & in ſequentes reiiceretur. Sic, ut a tritis excedamus, in Chryſippi fragmentis, quae prae manibus habemus, clauditur liber: ρηθησεται δ᾽ ετι περι τουτων και εν τοις εχομενοις. *Dicetur amplius de his etiam in ſequentibus*.

Verſ. 11. περι των μετεωρων τουτων) Hinc profecto diſcimus etiam inſequentis libri XII. argumentum fuiſſe τα μετεωρα; quorum adpellatione non modo, quae in aëre conſpicua fiunt intellexit, ſed etiam quidquid ſupra nos in coelo ſuſpicitur, aſtra nempe, eorumque phaenomena; ut patet ex tota Epiſtola ad *Pythocl.* quae περι των μετεωρων inſcribitur; & iamdiu Gaſſendus, & Menagius animadverterunt. Et quidem Laërtius

tius *Lib. X. segm.* 96. teſtis eſt in ipſo *lib. XII.* de Solis, Lunaeqũe eclipſibus Noſtrum diſputaſſe. Cum igitur notum ſit veteres aſtrorum ope tempora metiri ſolitos fuiſſe (vid. Sex. Empir. *Pyrrhon. hypoth. III. ſeg.* 136. *Adverſ. Phyſic. II.* 176. Plutarchum *de Placitis Philoſoph. I. cap.* 21, & 22.), nec non per eorum eclipſis (vid. Laërt. *in Prooem. ſegm.* 2); hinc in *Cap. IV.* noſtri Commentarii ad *lib. II.* coniectavimus eodem in *lib.* IB, XII de tempore ipſum diſſeruiſſe, non vero in *lib.* B, ut in vulgatis Laërtii habetur.

C O M M E N T A R I V S

IN CAPUT I.

Cur, et quomodo Terra in medio Mundo sit posita.

IN undecimo περι Φυσεως libro de Meteoris Epicurum pertractasse ex Laërtio didiceramus. Hic enim, cum eius epistolam ad Pythoclem recitaret, quam περι των μετεωρων inscripsit, *segm.*91. ubi de solis, aliorumque siderum magnitudine disputatur, sic adnotavit: Τουτο και εν τῃ ενδεκατῃ περι Φυσεως λεγει· ει γαρ (Φησι) το μεγεθος δια το διαστημα αποβεβληκει, πολλῳ αν μαλλον την χροιην· αλλο γαρ τουτῳ συμμετροτερον διαστημα ουθεν εστιν. *Hoc etiam in undecimo de Natura habet: Si enim ait*, sidera *magnitudinem propter distantiam amiserunt, multo magis colorem amittere debuissent; non enim alia est distantia, quae ad hunc effectum sit adcommodatior.* Nunc autem minime falsum enarratorem Laërtium fuisse agnoscimus, cum liber ipse ad nostras tandem venerit manus, qui *de meteoris* procul dubio differit, ut ipsemet Auctor in libri calce testatur; etsi recitata a Laërtio verba non deprehendimus. Exiguum enim libri frustulum nobis legendum operae praebuerunt, ut ab initio monuimus: in quo nec de astrorum motu, nec de magnitudine, nec de universis ipsorum phaenomenis verbum ullum: vix enim illum de telluris situ, eiusque stabilitate loquentem nacti sumus. Ex fragmentis tamen de illis verba fecisse interlucet. Quare pronum est colligere, ipsum de universo astrorum systemate prius disputasse, mox, quasi adpendicis loco, ad telluris situm designandum devenisse; ubi cur ipsa ab illorum rotatione minime impellatur, more suo inquirit. Hanc profecto methodum tenet eius fidissimus interpres Carus, cum huiusmodi quaestiones pertractat. Libro enim V. *v.* 510 incipit:

Motibus astrorum nunc, quae sit causa, canamus.

Paullo autem infra *v.* 535 sic procedit:

Terraque ut in media mundi regione quiescat cet.

Hoc item pacto Noster in his, quae supersunt, paginis ad terram in mundi medio stabiliendam adcedit. Cum itaque inter loquendum deprehendissemus, hanc, quam adscribimus, sententiam ex interrupto passim sermone expiscari quivimus.

Quo autem, optime Lector, probare valeas, an pauca illa, quae de nostro adlevimus ad consarciendas invicem paginas, quae omnes inferius sunt plus minus exesae; nosse iuverit in illarum singulis vigintiquatuor versus esse numerandos. Id nobis innotuit ex collatione alius Epicuri voluminis (quod συν θεῳ propediem dabimus) in quo, cum plures integras pagellas habeamus, quantus sit scripturae modulus, palam est. Hinc quot versus in singulis huiusce columnis desiderantur, facile dignosces.

,, Infra subter ipsius pedes descendisse adparet. Itaque idem astrum, quod prius su- *Col. I.*
,, pra caput adspicientis in parte opposita videbatur, postmodum, si spectator superius
,, adscenderit, sub suis pedibus positum despiciet. Hoc posito igitur dico terram figura
,, incurvam in locorum medio positam esse, h.e. in circumstantis Universi centro, quod
,, illam versus tum superius, cum inferius incurvatur; itemque alia sepimenta, quae
,, circa illam sunt, in eamdem formam esse connexa: atque adeo hoc pacto mundum quasi
,, rotundum servari, & terram in eius medio consistere; ut omnia ad membrorum
,, instar unde unde in communem formam conspirent. *Dico autem rursus sepimenta illa,*
,, *quae circa terram sunt posita, aëriformis esse materiae* simul conspirantis, cuius ope quasi *Col. II.*
,, moenia in gyro constituta sunt, ne a circumeuntium astrorum vortice abripiamur.
,, Etenim si tellus externo impulsu circumferretur, & proinde nobis omnibus caput per-
,, petuo circumiret; utique phaenomenon *istud neminem nostrum lateret. Fortasse etiam*
,, *fieri posset, ut ipse suamet vi externis impulsibus resisteret*; verum non adhuc explora-
,, tis, quae in terra sunt, viribus, impossibile quidem est illas, veluti caussas adsignare.
,, Ad haec arbitror aeque frustra laborare, *qui terram rotare adstruunt propter motum pri-*
,, *migeniis corporibus insitum; videri autem nobis immobilem, quia constanti & insensibili mo-*
,, *tu circumvolvatur. Non enim*, si verum fateamur, concipi potest in subiectis corpori- *Col. III.*
,, bus huiusmodi constans vicissitudo; quoniam, etsi motus illis insitus perpetuus sit, cum

„ tamen habeant talem ſibi complexam aedificationis molem, *impoſſibile eſt motum illum* „ *explicari.*

Heic filum abrumpitur ob ingentem lacunam: deinde ſic ſequitur:

Col. V. „ *Etenim, cum ſol nobis* oriens alicubi adparet, ſi retro in quamcumque telluris par- „ tem tendamus, ex eo, quo vadimus loco, nobis occidere videtur; etſi non magnum „ telluris tractum emenſi fuerimus. Ibidem tamen non eaſdem adamuſſim obliquitates „ conſpicere nobis licet. Cum enim regula hinc vel illinc convertitur, diverſa nobis or- „ tus, & occaſus puncta oſtendit.

IN CAPUT II.

Quomodo Phyſiologus de Meteoris iudicare debeat.

Inter Epicuri axiomata illud profecto fuit, alia ſcilicet ratione de iis, quae noſtris ſnbiacent ſenſibus, alia de illis, quae in ſublimi adparent, eſſe philoſophandum. In hiſce autem explicandis, quomodo ſe continere debeat phyſiologus, ſic Pythoclem docebat apud Laërt. *ſegm.* 86. μητε το αδυνατον παραβιαζεσθαι, μητε ὁμοιαν κατα παντα την θεωριαν εχειν η τοις περι βιον λογοις, η τοις κατα την των αλλων Φυσικων προβληματων καθαρσιν . . . . . ὁπερ επι των μετεωρων ουχ ὑπαρχει, αλλα ταυτα γε πλεοναχην εχει και της γενεσεως αιτιαν, και της ουσιας ταις αισθησεσι συμφωνον κατηγοριαν· ου γαρ κατ᾽ αξιωματα κενα, και νομοθεσιαν φυσιολογητεον, αλλ᾽ ὡς τα Φαινομενα εκκαλειται . . . . Παντα μεν ουν γινεται ασιστως κατα πλεοναχον τροπον εκκαθαιρομενα συμφωνως τοις Φαινομενοις, ὁταν τις το πιθανολογουμενον ὑπερ αυτων δεοντως καταλιπῃ, ὁταν δε τις το μεν απολιπῃ, το δε εκβαλῃ, ὁμοιως συμφωνον τοις φαινομενοις, δηλον, ὁτι και εκ παντος εκπιπτει Φυσιολογηματος, επι δε τον μυθον καταρρει. *Neque, quod impoſſibile eſt, tentandum, neque putandum poſſe ipſa omnino ſimili modo explorari, atque illa, quae vel ad vitam moderandam, vel ad explicationem aliorum phyſicorum problematum pertinent . . . hoc enim iis, quae in ſublimi adparent non competit; quippe quae multimodam habere poſſunt & generationis cauſam, & eſſentiae declarationem ſenſibus conſonam. Nec enim ſecundum vana axiomata, & praecepta eſt philoſophandum, ſed ut phaenomena requirunt . . . . . Et quidem omnia inconcuſſa manent, cum illa multimodis explicantur, & phaenomenis congruenter, h. e. cum Philoſophus, quidquid veriſimile eſt, convenienter adſumit. Cum vero quis unum adſumit, alterum autem reiicit, quamvis aeque ſit phaenomenis conſonum, manifeſtum eſt, quod ipſe omnino a recta philoſophandi ratione deflectit, & ad fabulas delabitur.* Haec eadem igitur mutatis verbis hoc in capite inculcat, atque ait:

Col. VI. „ Itaque heic operae praetium eſſe autumo, *phyſiologos monere, ne, cum aliquam ſu-* „ *blimium corporum per oculos* imaginem adcipiunt, ſtatim velint aliquid nimis arguta ra- „ tiocinatione pro certo concludere. Qui enim nimio plus quibuſdam adtendit, ut puto, „ ſuis ſcilicet oculis, in aliis vero ſemet ipſe decipit non modo propter impedimenta, „ quae ſibi ab illorum corporum rotatione obveniunt, ſed etiam propter varietates or- „ tus, & occaſus, quae innumeras ſolis adparentias produnt; iure, inquam, nullam ipſi „ mente poſſunt per oculos adaequatam rationi imaginem adcipere. Alienum enim, *& a*

Col. VII. „ *vero diſtans commentum ſibi fingat, neceſſe eſt, qui* opinionem falſam & abnormem ani- „ mo praecepit, quod ea, quae ſub noſtros ſenſus aperte cadunt, eamdem nobis philo- „ ſophandi methodum exhibeant, atque ea, quae circa ſublimia corpora adparent. Di- „ ſtinguere enim, arbitror, in primis Vir ſapiens debet id, de quo diſputat; an ſcilicet „ de Mundi natura diſputet, & de iis, quae aperte in mundo viſuntur, an de aliqua „ adparentia, quae e ſublimiſſimis corporibus ad adſpectum hominum terram incolentium „ demittitur: propterea quod, *qui ob oculos ſubiectum habet, poteſt evidenter ipſius naturam*

Col. VIII. „ *explorare;* non ſic, cum forte, ut reor, ſubiectum inſpiciat, neque diſcernat, quod de „ ſubiecti natura enunciatur, & quod dicitur ſubiecto ipſo comprehendi.

IN CAPUT III.

An Solis circumactio alias Mundi partes adficia.

Cum ſuam de philoſophandi methodo doctrinam expoſuerit, ad controverſiam redit de terrae ſtabilitate: cumque ſatis putaret illis occurriſſe, qui tellurem vel interiori motu percitam circa ſuum axem moveri, vel ab exteriori coeli vortice impelli adfirmarent, alios perſequitur, qui eam a diurno ſolis orientis, & occidentis motu inquietari poſſe putabant. Id autem temere dici autumat, propterea quod, licet ex ortu & occaſu ſolis & lunae concipi poſſit aliquis ipſorum motus, hic tamen motus adfirmari non poteſt eſſe ſecundum ipſorum naturam ita, ut negari non poſſit. Et quidem ipſe ad Pythocl. ſcribebat *ſegm.* 92. Ανατολαι, και δυσεις ἡλιου, και σεληνης, και των λοιπων αστρων και κατ᾽αναψιν γινεσθαι δυνανται, και κατα σβεσιν, τοιαυτης ουσης περιστασεως καθ᾽ἑκατερους τους τοπους . . . . . κατ᾽εμφανειαν τε ὑπερ γης, και παλιν επικρυψιν το προειρημενον δυναιτ᾽αν συντελεισθαι· ουδε γαρ τι των Φαινομενων αντιμαρτυρει. Τας τε κινησεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γινεσθαι κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η τουτου μεν στασιν, αυτων δε δινην κατα την εξ αρχης εν τη γενεσει του κοσμου αναγκην απογεννηθεισαν επ᾽ανατολη. *Ortus, occaſuſque ſolis & lunae, & reliquorum aſtrorum evenire poſſunt vel per accenſionem, & extinctionem, cum talis ſit utrobique circumſtantium corporum diſpoſitio . . . . . vel per adparitionem ſupra terram, & occultationem infra, quae praediximus, perfici poſſe; nullum enim eſt phaenomenon, quod repugnet. Inſuper motus eorumdem impoſſibile non eſt fieri per totius coeli circumvolutionem, vel, hoc manente, ipſa rotare ſecundum legem motus in mundi generatione impreſſi ab orientali plaga.* Cum igitur ex eius ſententia nihil certi adfirmari poſſet de ſolis, lunaeque motu, iure ait cohibendum eſſe ea in re mentis adſenſum, atque adeo temere dici terram, ſive ab univerſi coeli vortice, ſive a ſolis lunaeque rotatione adfici, cum ſit ab ipſis certo intervallo diſterminata. Sic igitur procedit:

„ Ex hoc autem ſubiecto multae controverſiae non minimi quidem momenti oriun- Col. VIII
„ tur, quas inter non ultima illa eſt; quaenam ſcilicet mundi partes pariter inquieten-
„ tur a ſolis orientis, & occidentis, de qua nuper dixi, circumactione. Difficile
„ enim, & audax eſt opus ſingulas eius obſervare adparentias, *ut quid tuto concludere*
„ *valeas. Propterea neceſſe eſt, cohibeamus adſenſum* noſtrum; nec, quoties nobis ſolis or- Col. IX.
„ tus, & occaſus videndus occurrit, velimus portentum aliquod e noſtra mente deprom-
„ tum ipſis adnectere. E ſubiecto enim mens recte poteſt concipere motum aliquem So-
„ lis, & Lunae verſus orientem, & occidentem; inde tamen non ſequitur eum motum
„ eſſe ſecundum ſubiecti naturam. Rurſus igitur obſecro, ne quis mentis ſuae commen-
„ tum, alibi quidem audax, *heic vero aperte falſum amplectatur, atque praeſumat terram*
„ *ſive inſenſibili motu circa ſuum axem circumvolvi, ſive externo coeli vortice, ſive ſolis ro-*
„ *tatione impelli, cum ſemper inde ſit* certo quodam intervallo diſterminata. Col. X.

IN

IN CAPUT IV.

Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

Exſufflatis more ſuo adverſariorum opinionibus de telluris motu, rationem proferre ſatagit, cur ipſa immobilis in mundi centro perſiſtat. Hanc autem opinatur eſſe *aequalitatem*: quo nomine, ut in Schol. ad Col. XII animadvertimus, intellexiſſe videtur tum telluris aequilibrium, tum a coelo aequidiſtantiam, tum in primis aequalem aëris ambientis amictum. Improbare tamen non audet, ſi quis duxerit, diverſitatem corporum, quae terram circumſtat, in cauſſa eſſe, cur eam impellere nequeant. Diverſae enim naturae corpora, ut ipſe ait, iuxta se invicem poſita propriam vim amittunt. Eius igitur orationem tene.

„ Enim vero, ſi hoc pacto, praeciſa ſcilicet quacumque mentis inventione, ad rem
„ ipſam contemplandam quis accedat, tutius adſumet, manſionem telluri convenire; &
„ congruentius his, quae ſenſibus percipiuntur, putabit, ſpiſſitudinem aëris, qui inferius
„ circa terram craſſus eſt, & ſuperiori vortici opponitur, inservire poſſe ad eam ful-
„ ciendam, quo minus ipſa deorſum poſita circumferatur; quandoquidem materie undi-
„ que circumfusa involvitur. Nulla enim nobis ratio adparet, cur Solis circumactio cun-
„ cta turbare debeat. *Neque vero putandum eſt, eam, quo ſtabilis maneat, aliquo ſubpoſito*
Col. XI. „ *fulcimento* indigere. Etenim, cum ea ſit undecumque a coelo diſtans, nequaquam fieri
„ potest, ut alicunde ſubvertatur. Aërea enim natura, quae prope adeſt, unde unde ipſam
„ obvolvit, & aeque a coelo quoquoverſum diſterminat. Quid autem vetat opinari, tali
„ modo in mundi medio uſque a principio iacuiſſe; quandoquidem id impoſſibile non
„ eſſe agnoſcimus? Quin etiam non eſſet haec abſurda opinandi ratio, ſi arbitremur id-
„ circo eam ſtabilem perſeverare, quia ſtabilis ab initio locus ei fuerit praeparatus.
„ Aequalitas enim, ſive tegumentum aëris, quo undecumque aequaliter amicitur, *ſuffi-*
„ *ciens eſſe poteſt ſtabilitatis ratio. Non abſurdus tamen erit, qui dicat, cauſam eſſe circum-*
Col. XII. „ *iectorum corporum diverſitatem*. Etſi ſapientius foret adlatam adſignare cauſam, circum-
„ poſitam nempe aequalitatem. Siquidem ex hoc ipſo, quod aliquando manſerit in me-
„ dio mundo, ratio evincitur, cur perſeveret, & aëre, velut aggere quodam, cingatur
„ ita, ut nihil influentium poſſit evertere. Igitur vel everti non poteſt, propterea quod
„ aëreae particulae undique pariter in eam influant, & fulcimentum comparent; vel quia
„ incurrentia corpora diverſae ſunt naturae, atque adeo eorum percuſſiones facile repel-
„ luntur. Quoties autem hoc alterum admittere libeat, *non veto: nihil eſt enim, quod*
Col. XIII „ *phaenomenis adverſetur*. Cuncta enim, cum poſita ſunt iuxta contiguam alterius naturae
„ ſpeciem, corrumpuntur: quod & in ipſo ſecundo libro a me dictum eſt, cum de ido-
„ lis ad motum expeditis diſſererem.

„ Quod nobis principio de propoſita quaeſtione erat dicendum. In ſequentibus por-
„ ro de huiuſmodi etiam meteoris adcuratius diſputabimus.

INDEX I.

CAPITUM, IN QUAE PARTIRI EPICURI TEXTUS COMMODE POTUIT.

LIB. II.

LIB. XI.

INDEX II.

VOCUM LATINARUM, ET GRAECARUM ANIMADVERSIONE DIGNIORUM, QUAE IN HOC VOLUMINE OCCURRUNT.

Littera C. indicat columnam, S. scholion, v. versum, p. paginam.

INDEX III.

AUCTORUM, QUI IN HOC VOLUMINE CITANTUR, ADLEGANTUR, INLUSTRANTUR, LAUDANTUR, CONRIGUNTUR, NOTANTUR.

Littera C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum, p. paginam.

Macro-

M

O

P

Q

R

S

T

V

X

INDEX IV.

RERUM NOTABILIUM, QUAE VEL IN TEXTU, VEL IN PRAEFATIONE, ET SCHOLIIS OCCURRUNT.

Littera C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum, p. paginam.

FINIS.

DISSERTATIONIS

ISAGOGICAE

AD

HERCVLANENSIVM VOLVMINVM

EXPLANATIONEM

PARS PRIMA.



NEAPOLI
EX REGIA TYPOGRAPHIA
ANNO 1797.

FERDINANDO IIII

NEAPOLIS SICILIAE ET HIERVSALEM REGI

PIO FELICI AVGVSTO

IAm ab eo tempore , FERDINANDE Rex Augustissime , quo divae memoriae CAROLVS Pater Tuus horum Regnorum possessionem , singulari in nos Dei beneficio , adeptus est ; nihil habuit antiquius , quam ut ea non armis modo & virtute tueretur , ornaret moribus , legibus communiret ; sed etiam ut eorum fines , quantum in ipso esset , & qua late posset , amplificaret :

* *qua*

qua in re non aliam Princeps iustissimus pacisque amantissimus Sibi ineundam esse rationem statuit; nisi unam illam, quae quum magno, ut sperari poterat, Sibi emolumento, tum nemini detrimento esset futura. Quare fabulosum illum Herculem imitatus, quem ab ultima Hispania in haec ipsa loca profectum, praeter alia poëtis decantata facinora, e subterraneis specubus maxima gloriosissimaque victoriarum insignia reportasse ferunt; item CAROLVS in has Terras delatus, post multa praeclare glorioseque gesta, id praeterea studuit, ut ignoratam neglectamve ab decessoribus provinciam imis terrae visceribus abditam scrutaretur, repertamque & exploratam, nemini noxius in neminem iniuriosus, imperio Suo adiungeret. Nec sane sterilis infructuosaque ea provincia fuit; immo vectigalium omnium, si rem aestimare momento suo volumus, ditissima maximeque quaestuosa. Tot enim multis abhinc saeculis occultas opes, tot inquam tantique pretii Antiquitatis omne genus monumenta in apricum protulit; quot Herculanense Tuum Museum ad ceterarum Europae Nationum admirationem, ne invidiam dicam, collecta habet. Hanc Tu provinciam, Rex Augustissime, idemque cum Regnorum tum paternarum in primis virtutum heres, novis in dies accessionibus amplificare omni ope dum studes; rem facis Tibi, si quam aliam, nominique Neapolitano honestissimam; dignissimam certe, quae historiae mandata monumentis, seris nepotibus propagetur. Ac sane historiam iamdiu iure quodam suo sibi videtur postulare haec subterranea Regni Tui pars; ut & quae huius conditio ab ultima antiquitate fuerit, quo fato ruinis oppressa tanto saeculorum intervallo sub terris iacuerit, cuius auspiciis, quaque ratione fuerit luci restituta, quam denique fructuosa non modo Dominis suis, sed universo ferme Terrarum Orbi extiterit, palam fiat. Atque hanc quidem historiam magnus ille Alexius Symmachus Mazochius litteris mandare quum instituisset (nam id sui muneris pensique esse voluerat) morte interveniente, absolvere est prohibitus. Quamobrem nostrarum partium esse duximus

mus

mus huic oneri succedere, quod libentissime fecimus; Mazochii-que vestigiis insistentes Isagogicam Dissertationem adornavimus; operam in id suam in primis conferente strenuo collega nostro Carolo Rosinio. Accidit autem istud quidem percommode, ut quo tempore subiecta typis Dissertatio in lucem prodit, eodem Principi Iuventutis FRANCISCO lectissima ex Austria Coniux adveniat; ut quum in florentissima Tua haec Regna beatissima Nurus pedem intulerit, eorum regnorum divitias noscere mature incipiat; quas inter principem obtinet locum haec Antiquitatum, ut ita dicam, fodina; de qua tam multa, tamque varia, & saepe a vero aberrantia litteris adhuc mandata sunt. Deus O. M. Te, Clementissime Rex, bono Populorum natum, quam diutissime servet incolumem.

E Scrinio Domus Augustae Idib. Iul. Ann. CIƆIƆCCXCVII.

Devoti Numini Maiestatique Eius
Academici Herculanenses

DISSERTATIO ISAGOGICA

AD

HERCULANENSIUM VOLUMINUM

EXPLANATIONEM.

I. Quid Vesuvio debeamus. CUM Vesuvius mons amoenissima in planitie biceps culmen extollat, quorum alterum perpetuo virescit; alterum sterile totum cinereumque (1) se mon-

(1) Ea scilicet est hodierna montis facies, quam e Neapoli spectantibus exhibet. Adsurgit ille solitarius in amoenissima planitie ad orientalem urbis nostrae plagam a reliquis Apenninis dissitus, & meridiem occasumque versus mare prospectat. Sensim enim quaqua versum tellus intumescit clivo vitifero laetissimoque (atque hi sunt *agri pulcherrimi* αγροι παγκαλοι, queis cinctum dixit Strabo); sed cum in altum conscenderis occasum contra, *planum* (sic incolae vocant) satis patens invenies sterile totum cinereumque, & exinde bifurcus mons adparet. Nam eo in plano meridiem versus iugum extollitur, coni instar, adspectu teterrimum, nonnisi arena, cinere, lapidibusque obductum, quod strictius Vesuvium dicunt; ad boream vero continua cum radicibus compage ad cacumen usque mons alter adscendit, quem si ab ortu, & aquilone spectes, dorsum praebet arboribus laetum ac virens, si vero a meridie respicias, interiora exhibet nuda, & rupes igni exesas; orificium autem praeruptum & inaequale, ita ut quivis coniecturam facere queat, hunc olim montem ignivomum fuisse, cuius parietes, qua mare prospicit, igne absumti aliquando corruerint, & viscera exusta detexerint. Hic alter est, quem proprie *montem viridem*, seu *montem Summae*, a subposito cognomine pago, vulgo adpellant; etsi saepe *Vesuvius* & *Mons Summae* συνωνυμως adcipiantur. Ex hac autem descriptione patet, cur eminus intuentibus unus idemque mons biceps adpareat.

Hunc autem adspectum recentem esse, & veteribus ignotum, facile demonstrari potest. Etenim veteres omnes sic de eo loquuntur, ut unum verticem cum ante Titum, tum insequutis temporibus habuisse designent. Et quidem Strabo, qui eum, ut erat ante Titiana tempora, sedulo descripsit, unius της κορυφης meminit. Statius vero statim post illam vastitatem *Sylv. lib. III: Vesuvinum apicem*, *& lethalem apicem*, & Silius *summum verticem* memorant; & mox Dion *in Tito cap.* 21 graphice montis figuram designavit his verbis: Το ορος το βεσβιον ην μεν ποτε παν ὁμοιως ὑψηλον, και απ' αυτου μεσου το πυρ ανετελλε, ταυτη γαρ πεπυρωται μονον, τα δε εξωθεν αυτου παντα απυρα και νυν ετι διαμενει· εκ δε τουτου εκεινων μεν ακαυστων αει οντων, των δε εν τω μεσω κραυρουμενων και τεφρουμενων, αἱ περιξ κορυφαι το αρχαιον ὑψος ες δευρο εχουσι· το δε εμπυρον παν δαπανηθεν εν τω χρονω κοιλον εκ του συνιζειν γεγονεν, ὡςε κυνεγετικω τινι θεατρω το ορος συμπαν (ὡς μικρα μεγαλοις εικασαι) εοικεναι. και αυτου τα μεν ακρα και δενδρα, και αμπελους πολλους εχει, ὁ δε δη κυκλος ανειται τω πυρι. Quae sic latine sonant: *Vesvius mons totus olim erat aeque altus* (h. e. eius summitas ubique aequalis & plana erat), *& ex ipsa eius medietate ignis erupit. Etenim ea tantum parte exustus est, exteriora autem eius omnia ab igne intacta usque adhuc permanent. Propterea, cum exteriora illa igne consumta non sint, contra vero, quae medium tenent & igne absumantur, & redigantur in cinerem, exterior verticis ambitus ad haec usque tempora veterem altitudinem servat, sed tota pars ignita temporis tractu consumta, subsidendo concava facta est; itaque totus mons amphitheatri figuram (ut parva magnis componam) refert. Et quidem montis ipsius culmina arbores & vites multas habent, circularis autem cavitas igne permeatur.* Quibus sane verbis suo adhuc aevo montem uno tantum vertice insignem fuisse apertissime docet; imo & eum veterem altitudinem extrinsecus servasse, etsi in medio, amphitheatri instar, fuerit ab igne excavatus. Nec alius Eusebii aetate, h.e. quarto Ecclesiae saeculo, fuerit oportet, siquidem & ipse unius της κορυφης loquitur: το βεσβιον ορος κατα κορυφης ραγεν πυρ ανεβλυσε: *Vesvius mons in vertice ruptus ignem evomuit*. Nicephorum, & Cedrenum non moror, qui etsi sero scripserint, ab Eusebio sua excerpserunt. Praeterea hunc verticem ignivomum, de quo scriptores illi loquuntur, ipsum hodiernum Summae montem fuisse, testatissimum faciunt saxei torrentes quamplurimi, quos septentrionem versus olim decurrisse deprehendimus & in agro Nolano, & qua ad Coenobium S. Mariae ad Arcum itur, quo certe pervenire non poterant, nisi ex eo vertice mons evomuisset. Hodiernum enim os flammivomum meridionale, a boreali altero immensa valle dispescitur, qua adhuc vacua, in alterum clivum materiem illam liquidam adsurrexisse impossibile erat, ut Cl. Seraus in Historia incendii anni 1737 abunde demonstravit. Denique id ipsum suadet Dion *l. c.* qui Vesvium exterius ad verticem usque arboribus vitibusque consitum dixit, cum contra Strabo totum verticem *sterilem*, *& adspectu cinereum* (ακαρπος ὁλη, εκ δε της οψεως τεφρωδης) descripserit. Idem enim culmen, quod sterile & cinereum erat ante Titum, postea, cum terrea & pumicosa pluvia (ea enim fuit illius eruptionis materies, ut infra docebimus) coopertum fuerit, arboribus vitibusque alendis, qualis hodiedum cernitur, idoneum evasit. Id autem minus mirum videri debet, si quis noverit, quod passim Descriptores Incendii ann. 1631 testati sunt, nempe ante ea tempora Vesuvium, h. e. meridionalem verticem, qui nunc ignivomus est, totum herbis, arboribusque coopertum fuisse tum exterius, tum interius intra ipsum craterem, quem homines, & pecora tuto adibant. Vide Braccinum *Incend. ann.* 1631. Id ipsum ante testatus erat Iul. Caes. Capacius in sua *Hist. Neap. lib. II*, *cap.* 8. Et multo ante Ioannes

monſtrat ; hinc ſane laetitiam , ubertatemque , quaſi data fide , ſpondere videtur , illinc clades & excidia aperta fronte minitari. Et re quidem vera, etſi identidem ſive mugiendo , ſive flammas lapideſque eiaculando nunc formidinem , nunc vaſtitatem ſubiectis campis oppidiſque creaverit , ut eorum excidiorum memoria ſine horrore nequeat refricari ; non pauca tamen eidem referenda eſſe emolumenta a nobis adcepta neceſſe eſt fateamur. Inter ea autem non ultimum certe locum illud

annes Bocatius in *lib. De Montibus* ſcripſerat: *Veſevum und que vinetis ac fructetis abundantem , & tantummodo ſtare in montis vertice ingentem biatum praeteriti teſtem incendii.*

Primus ergo , qui novam Veſuvio faciem adpinxit, eſt Nonnus , qui *Dionyſiac. XIII* τριλοφυν, *tricollem* adpellavit his verſibus:

Τοις επι φαυνος ικανε πυρι σφραγιστον εασσας
Ιταλιης τριλοφοιο πελωριδα πεζαν εριπνης .

Quos ſic interpetror : *His ſupervenit Phaunus linquens vaſtum Italiae regionem ſignatam igne tricollis rupis.* Diſtinguenda enim verba πυρι σφραγισον reor, contra quam vulgo legunt uno ſpiritu πυρισφραγισον , ut ſit σφραγισον πυρι τριλοφοιο εριπνης ; etſi, uti vulgo legunt , non utique diverſa ſententia oriatur. Haec autem *tricollis rupes* , quae Italiae ſolum igni ſugillaret , alia eſſe non potuit Nonni aetate , quam Veſuvius , ut optime vidit Bochartus in *Chanaan p.* 582 , ubi recitatis Poetae verbis ſic ſubdit : *ideſt Phlegraeos campos, & vicinum Veſuvium , qui tamen eſt biceps , non triceps : itaque legerim lubens* διλοφοιο *pro* τριλοφοιο. Sed in hac emendatione magno Viro non ſubſcripſerim ; fallitur enim reputans Veſuvium ab ea uſque aetate bicipitem , ut ſeſe hodie monſtrat, fuiſſe. Imo vero illud τριλοφον mordicus retinendum duco, utpote quod nos doceat , quo demum tempore montis noſtri facies immutari occoeperit. Cum enim Nonni iſtius aetas Eruditiorum calculo circa Theodoſii Iunioris imperium incurrat , admodum veroſimile eſt , eum ſuperſtitem fuiſſe Veſuvinae illi inflammationi in Graecorum Menologiis celebri , quae anno decimoſexto Leonis I. Imperantis, Coſſ. Marciano & Feſto h. e. an. Chriſti 472 Nonis Novembrib. adcidit , de qua Caſſiodorus *lib. IV* , *ep.* 50 , Procopius *Got. lib.II, cap.* 4 , Marcellinus Comes in *Chronic.* , aliique , cum cinis lapideſque inflammati Conſtantinopolim uſque magno cum incolarum terrore devenerunt. Tum enim probabile fit, ſeptentrionalem illum conum, qui ſolus eo uſque prominebat, & ignes eructabat , in ſemetipſum ſic debacchaſſe , ut, cum exuſta evomuerit viſcera, ſummum crateris orificium ſic diffiſſum, & in partes comminutum fuiſſe, ut poſtea τριλοφος adparuerit, quaſi *tribus criſtis* inſigne ; & tota montis compages eviſcerata , atque adeo ruinoſa manſerit . Novimus enim Procopii aetate , qui paulo poſt illud excidium floruit , montem noſtrum αποτομον ατεχνως , *abruptum ſine regula* ſe monſtraſſe , & in immanem profunditatem eius craterem fuiſſe excavatum, ut idem hiſtoricus teſtatur in *De Bell. Goth. lib. IV c.* 38 , & *lib. II c.* 4 : εν δε τυ βεσβιυ περιβολῃ σπηλαιον κατα μεσον μαλιςα βαθυ φαινεται , ωςε εικαζειν αυτο αχρι και ες τα εσχατα τυ ορυς διηκειν , και πυρ ενταυτα ορᾳν παρεςιν , ην τις υπερκυψαι τολμησαι , *in medio Veſvio ſpelunca maxime profunda cernitur , ut coniicere poſſis ad uſque montis radices pervenire ; & inibi ignem conſpicari licet, ſi quis curvus introſpicere audeat .* Quare mirum non fuerit , ſi deinde tractu temporis totum eius latus meridionale labefactatum , ac fatiſcens deficiente baſi ſenſim ſine ſenſu (altum enim Scriptorum ſilentium) peſſum iverit ; itaque veteris amphitheatri parte deiecta, theatrum nunc tantummodo exhibeat. Et quidem, ſi eius orificium, ut nunc exſtat , proſpicias , bina rupium cacumina e Neapoli ſpectantibus ſeſe offerunt ; etſi circumeundo in plures cuſpides illud acuminari cernitur. Et proinde haud difficile eſt vel mente concipere, tertium conſpicatius cacumen olim in ea parte , qua mons praeceps ivit , adſurrexiſſe ; vel potius illud Nonnianum τριλοφον interpetrari *multiplici criſta munitum* . Notum eſt enim vel tyronibus in Graeca palaeſtra particulam τεις in compoſitione interdum non ſtricte *ter* , ſed *pluries* , & *valde* deſignare. Itaque Nonnii τριλοφος non aliud erit , quam Procopii ατεχνως αποτομος . Ipſi autem teſtes ſumus , & ex maiorum narrationibus didicimus poſt maiora incendia ſummi verticis , qua ignis erupit , figuram fuiſſe immutatam , & diverſimode truncatum pinnatumque conum adparuiſſe, ut recentiſſime elapſo anno 1794 adcidiſſe vidimus . Etenim diſpulſo fumo non modo humilior, ſed & laciniosus , pinniſque munitus hodierni Veſuvii apex adparuit ; atque adeo in dies comminui, & peſſum ire viſus eſt.

Diſtracto itaque apertoque meridionali vetuſti montis latere, cum novus extuberaret ex imis terrae viſceribus igneae materiae cumulus, in propatulo h.e. in exorta planitie fieri coepit, quod antea intra conicum montis infundibulum peragi ſolebat. Non enim, ut vulgus autumat, intra ipſos montanos parietes ea materies adgeritur, & concoquitur, ſed longe ab inferiori ſede excocta adſurgit. Itaque fit, ut non ſemper e ſuperiore hiatu erumpat ; ſed ſaepe ſaepius in montis latera incurrat, diſiiciatque . Quo propemodum pacto in incendiis poſt an. 472 ſubſequutis evenire debuiſſet, cum materies congeſta in ipſum meridionale latus erumpere intenderet , niſi diſiectum & ſolo aequatum latus illud inveniſſet. Ibidem igitur terra, uti in talpae cuniculis, in conicam figuram intumeſcere coepit, indeque excocta materies erumpere . Non ſecus Puteolis *Mons novus* in patenti campo adſurrexit. Et, ne ab ipſo Veſuvio excedamus, ita prorſus anno 1760 non e Veſuvii hiatu, neque e dirupto latere , ſed e mediis vineis in eius radice poſitis Orientem verſus maſſa ignea erupit. Nam cum terra ſtatim in quinque tumulos, veluti totidem ανθρακας excreviſſet, inde materies ebulliens tanto cum impetu prodiit, ut intra ſex horarum ſpatium ad mare uſque devenerit. Ut argumento fuerit tum Camaldulenſium pumicoſum tumulum, tum alios eiuſdem naturae in ea vicinia poſitos , ſimiles telluris excretiones fuiſſe , unde vulcanica materies meatum habuerit . Cum ergo data porta iterum ac ſaepius e novo hoc hiatu exitum quaeſiverit ignis , facile coniici poteſt, quomodo cineris , lapidumque ſurſum eiaculatorum, & in ſeipſum recidentium adgeſtione ad eam altitudinem exſurrexerit, quae veteris montis cacumen , eodem fortaſſe naturae artificio olim efformatum, exaequaret. Quod ſi hae coniecturae probabiles videantur, utique dicendum, hunc alterum tumulum, quem novum adpellare non dubitabis, non ante annum 512 adſurgere coepiſſe, cum primum poſt an. 472 vehementi inflammatione ſub Theodorico Rege Veſuvium debacchatum fuiſſe adcepimus . Videſis Caſſiodorum , & Eutropium . Haec in anteceſſum monuiſſe haud piguit , ut dicendis via planior ſternatur.

lud habet, quod huiuſce regionis celebritati, & recentium hominum eruditioni quam maxime conſuluerit, tot tantasque antiquitatis gazas in altum telluris ſinum defodiendo. Ex quo enim prolixa Regum noſtrorum munificentia e tenebris illas vindicavit, huc undecumque omnis hominum natio confluit, non tantum caeli ſalubritate, colliumque pulcherrimorum fertilitate inlecti, vel naturalium rerum ſtudio permoti, ſed in primis quotquot ſunt omnigenarum antiquitatum curioſi, & bonarum artium aeſtimatores, qui ſine piaculo haec remotiſſimae antiquitatis ſacraria praeterire non poſſe arbitrantur.

II. Herculanenſis Academiae inſtitutum.

Quod ſi ex Herculanenſis Academiae inſtituto noſtra intereſt univerſae litteratorum reipublicae pretioſiſſima quaeque artium ſcientiarumque monumenta, quae indidem e tribus conſepultis urbibus eruuntur, palam facere; procul dubio a nobismet harum cupediarum amatores exquirent, ut de ipſis tam claris urbibus, deque earum hiſtoria ſive ante, ſive poſt everſionem, ex quo ſcilicet clariores adhuc evaſerunt, aliquando tandem diſſeramus. Et fortaſſe id a nobis iampridem factum fuiſſe eruditi diſcupiebant; ordinisque ratio illud poſtulare videbatur, ut non prius ſingula eruta monumenta elucidanda ſuſciperemus, quam de ipſa uberrima eorum fodina ſermo inſtitueretur. Noſtri autem contra prius de Herculanenſibus antiquitatibus, quam de Herculaneo, & finitimis oppidis pertractaverunt.

III. Cur primi Academici de effoſſis urbibus non diſſeruerint.

Et quidem iure meritoque noſtris illis deceſſoribus imprudentiae notam inurere liceret, niſi iidem ſapienter animadvertiſſent, feſtinandum in eo negotio non eſſe, neque ſe in ipſo ſtatim effoſſionum initio, cum vix unius conſepultae urbis exſuviae prodire occoeperant, de Herculaneo (quid dicam de reliquis adhuc deliteſcentibus?) loqui tuto poſſe, cum non ſatis adhuc inter eruditos liqueret, an illud Herculaneum eſſet, unde ea κειμήλια eruebantur; ſed maturandum potius, donec certiſſimis monumentis res tota conficeretur. Noverunt enim non ea ſolum a nobis litteratum Orbem exſpectare, quae carptim e vetuſtis ſcriptoribus quivis colligere queat, ſed quae vel eorum ſcriptorum fidem facto ipſo probarent, vel obſcuritatem omnem ex eorum ſcriptis detergerent.

IV. Quot fabulae de his effoſſionibus prodierint.

Quod quam ſapienti conſilio exiſtimaſſent, facillime arguet, ſi quis haſce, quas modo dabimus enarrationes, cum iis, quae ſparſim apud tot ephemeridum, itinerumque ſcriptores ſive noſtrates, ſive exteros habentur, qui, quaſi noſtrae negligentiae ſuccenſentes, praemature admodum de iis, quae vix, aut ne vix quidem a limine ſalutaverant, diſſerere geſtierunt. Quot fabulas, bone Deus! quot abſurda, quam diſconvenientia (2) prae nimia feſtinatione effutiere.

V. In quod tempus eam tractationem diſtulerant.

Ampliandum ergo cordatiſſimi illi Viri cenſuerunt, uſque donec pretioſiſſimum Herculanenſis Muſei monumentum, h. e. papyraceorum voluminum ſylloge, Deo dante, cum litterato Orbe communicaretur. Cum enim bene longum temporis intervallum in hiſce voluminibus ſive evolutandis, exſcribendis, & aere incidendis, ſive ſupplendis, interpretandis, commentandiſque neceſſario eſſet abſumendum, regias interim effoſſiones feliciter procedendo amplam certamque ſandi ſegetem ſuppeditatum ire providebant. Hinc in editis Herculanenſium Antiquitatum libris ſaepe lectores, uti quoties de characteribus, de pugillaribus, & ſcriptoriis inſtrumentis ſermo incidit, ad primum Papyrorum Tomum amandarunt.

VI. Mazochio ea provincia demandata.

Neu forte iniquius ſuſpiceris, id de induſtria ab illis factitatum, ut ſcilicet in praeſenti laborem a ſe amolirentur, atque in poſteros reclinarent. Etenim cum tota ea Papyrorum provincia Alexio Symmacho Mazochio immortalis memoriae viro non forte quidem, ſed providentiſſimo Caroli Regis conſilio fuerit demandata, ſtatim is ad inſtruendam hanc Iſagogicam Diſſertationem (3) doctas manus admovit. Et quidem ipſe hanc operis deformationem, quam nunc habes, invenit. Atque utinam abſolvere eidem licuerit! Sed trium partium primam vix adumbraverat, cum ſenio confectus repueraſcere Vir magnus viſus eſt, mox ſupremum diem obivit. Deinde aliud ex alio, quominus ei ſucceſſor daretur, prohibuit.

VII. Reſtitutâ Academiâ auctori obtigit.

Denique cum anno 1787 reſtituta a ſapientiſſimo Rege noſtro **Ferdinando** IV Her-

(2) In iis autem enarrandis, vel confutandis noſtram minime operam abutemur. Non enim id agimus, ut aliorum famae diſpendio liber intumeſcat. Satis tibi erit, amice Lector, ſi vera, nec fucata a nobis adcipias; ut, quantum alii (viri cetera docti) a vero aberraverint, tute videas.

(3) Hae nimirum ſunt *Herculanenſes Diſſertationes*, quas ipſemet Vir magnus in additis ad Voſſianum Etymologicum ſic indigitavit in Voce *Veſuvius*: *Cetera nominis huius parem originem habent, ut in Herculanenſibus, ſi quando prodierint, declarabitur*.

Herculanenſis Academia (4) foret, cumque mihi ea provincia obtigiſſet, nihil antiquius ſane habui, quam tanti deceſſoris veſtigiis preſſim inſiſtere in hac diatribe adornanda: in qua & quidquid proxime ad Papyracea volumina, omnigenamque librariam veterum materiem ſpectat, expeditum, & huiuſce Veſuvinae regionis hiſtoriam enucleatam ex illius ſapientiſſimi Senis conſilio invenies.

VIII. Summaria huius diatribes partitio.

Eam itaque trifariam diviſam habes. I. Pars prima de tota hac regione Veſuvii eiectationibus ſaepe ab ultima uſque aetate peſſumdata, & preſſim de Herculanei, Pompeiorum, Stabiarumque Originibus, Vicibus, extremoque Fato aget, & in immutatam ex inflammatione Titiana locorum faciem inquiret. II. Pars altera cum vetuſtiores, tum Regias ab anno 1738 Herculanenſes, eiuſque viciniae effoſſiones, veteremque defoſſarum urbium ſtatum e monumentis ibi exſtantibus deſcribet; atque in primis bibliothecam Herculanei detectam, eiuſque voluminum numerum, & calamitates, & quo artificio evolvi tum coeperint, enarrabit. III. Pars tertia totam papyrorum tractationem exſequetur; quippe de papyraceae chartae fabrica, de voluminum ſtructura, ornamentis, tituliſque; tum de eorum characteribus, notis, ſiglis, atramento, calamis pertractabit; nec non in univerſam artem ſcriptoriam data occaſione excurret; denique catalogum, & argumenta ſingulorum voluminum huc uſque evolutorum exhibebit.

PARS I.

(4) Inſtituta primum Palatina Academia fuit a Carolo Rege glorioſiſſimo anno 1755 in ipſa domo auguſta, in eamque quindecim Viri adlecti, quibus praeeſſet Marchio Bernardus Tanuſius, qui huius Regni conſiliis adſidebat, adpellataque *Herculanenſis* ab Herculaneo, cuius ruderibus inluſtrandis principio incubuit. Deinde primis illis XVviris fato functis, cum fere intercidiſſet, novo ſupplemento expleta eſt dicto anno 1787 Marchionis Dominici Caraccioli a ſanctioribus Regni conſiliis opera: quo tum Praeſide, & mox optimo eius deceſſore Marchione Carolo Demarcho, qui inter graviſſimas ſupremi miniſterii curas, litteras bonaſque artes fovere non ceſſat, fauſto omine refloruit.

PARS PRIMA

De priscis Vesuvii Montis incendiis; deque Herculaneo, Pompeiis, Stabiis, circumpositisque pagis sub Tito consepultis.

CAPUT I.

Quid de antiquioribus Tito Caesare Vesuvinis incendiis scriptum, sive traditum olim fuerit.

I. De priscis Vesuvii eructationibus Historici siluerunt.

CUm de infanda illa Titianorum temporum inflammatione, quae una tantam nobis investigandi, scribendique segetem suppeditavit, multus sermo nobis futurus sit, statim praeludii loco ea quaestio legentibus sese offert: num ante celeberrimam eius aevi vastitatem, ignivomam Vesuvii indolem perspectam, nec ne habuerint mortales? Etsi enim in dubium revocari nequeat, ut infra ostendemus, non semel, vel iterum, sed pluries ignitos torrentes eum montem elapsis retro saeculis evomuisse, mirum tamen videri debet veterum scriptorum de ea re silentium. Nam ex quo apud Romanos condi annales, imo & acta diurna, Pontificum industria scribi coeperunt, nihil in huiusmodi commentaria curatius referebatur, quam prodigiosa quaeque, sive Urbis, sive Latii, sive adiacentium regionum eventa. Haec vero omnia lectitasse Livium, Dionysium Halicarnasseum, aliosque annalium conditores ex eorum historiis patet. Nec tamen usquam Livius, adcuratissimus conquisitor prodigiorum, sive in exstantibus eius libris, sive in Flori Epitomis, ubi prodigia minime negliguntur, Vesuvii exardescentis meminit, nec Dionysius, aliusve Tito antiquior. Quid hos memoro? cum ne Plinius quidem, qui nihil non antiquarum memoriarum legerat, excerpseratque, & in *Electorum Commentarios centum sexaginta*, (quos memorat iunior Plinius *lib.III*, *ep.5*) redegerat, ne is quidem, dico, naturalis historiae promus condus, cum *lib.II*, *cap.CVI* totus in ignivomis montibus percensendis esset, de Vesuvio meminit; ubi vero *lib. III*, *cap. 9* hunc describit, ne verbum quidem de priscis eius ardoribus addit. Cur ita, nisi quod nihil prorsus de montis huius ignibus traditum litteris invenit?

II. Non ita de Aetnae incendiis.

Enim vero non ita factum de antiquioribus Aetnae incendiis novimus, quae Graecorum monumentis consignata reperiuntur. Cuiusmodi illud est pretii quantivis, quod in Chronico marmoreo Arundelliano habemus, ubi anno ipso Plataeensis pugnae, Archonte Xantippo (h.e. ann. ante Christum 508) Aetna arsisse memoratur his verbis: Και το πυρ ερρευσεν εν Σικελια περι την Αιτνιαν: *& in Sicilia circa Aetniam* (1) *torrentes ignei inundaverunt*. Sic quinquagesimo post anno hinc numerato iterum conflagrasse memoriae prodidit Thucidides *lib.III in fine*, h.e. *quinquagesimo anno* μετα το προτερον ρευμα, *post inundantiam priorem*: illam scilicet, cuius Chronicon marmoreum meminit, ut ad eum locum Thomas Lydiatus adnotat. Atque hinc passim a Graecis, Latinisque Scriptoribus huiusmodi phaenomenon memoratum est. Eccur nihil tale de Vesuvii incendiis notatum legimus, de quibus altum apud omnes primaevos historicos silentium? Non alia certe de causa id factum puto, quam quia vel ipsis mundi natalibus aequalia fuerunt, vel certe omnes hominum memorias litteris consignatas illa incendia praeverterunt.

III. Quid Strabo de Vesuvio tradiderit.

At meminit, inquies, ardoris Vesuvini Strabo, meminit Vitruvius, meminit Diodorus Siculus (2). Atqui ipsa eorum loquendi ratio nos magis magisque in ista opinione confirmat; quippe hi satis aperte indicant, nihil prorsus ex historicorum scriptis discere potuisse. Et quidem Strabo, *lib.V*, *p.247*, ubi verticis Vesuvini sterilitatem, cinereumque totius montis adspectum, nec non cavernas, sive rimas fatiscentibus fuliginosis lapidibus, tamquam igni ambustis efformatas descripsisset, statim subiicit: ὡς τεκμαιροιτ' αν τις το χ[illegible] προτερον, και εχειν κρατηρας πυρος, σβεσθηναι δ' επ[illegible] της ὑλης, *ut coniicere quis possit, hunc locum arsisse olim, & ignis crateras habere, qui materia deficiente restinctus sit*. Deinde prosequitur, hinc etiam *fortasse* repeti posse soli fertilitatem, exemplo ducto a Catanae circumposita regione, quam vitium fertilissimam praedicabant, ex quo Aetnaeo cinere consperса fuerit. E quibus loquendi formulis ecquis non aperte intelligit scripta huius rei monumenta doctissimo Geographo prorsus defuisse, alioqui frustra ad nutantem coniecturae fidem confugisset. Nutantem dico, nec plane suam, utpote cui nec ipsemet animum tuto committeret. Id quod con-

(1) Αιτνια regio est τῃ αιτνῃ adiacens.

(2) Addi his posset Lucretius in carminibus, quae mox ex *lib. VI* recitabimus.

conligere dant non modo illa verba dubitationis plena : τεκμαιροιτ' αν τις , *coniicere aliquis posset*, & alia : ταχα δε και της ευκαρπιας τουτο αιτιον , *fortasse etiam fertilitatis haec est caussa* ; sed potissimum ex eo , quod paullo superius eodem libro scribit , eruimus ; ubi de Phlegraeorum camporum nomenclatione huic solo tributa , & de Gigantum pugna inibi pugnata verba faciens, non quidem eam nomenclationem , & fabulam a veris circa Vesuvium excitatis olim incendiis repetit (ut multorum ferebat opinio , cui procul dubio ipse prolatis modo verbis digitum intendit , & disertissime tradit Diodorus Siculus, in loco mox proferendo) , sed aliorsum secundum Polybii opinionem trahit his verbis: και το φλεγραιον καλουμενον πεδιον , εν ῳ τα περι τους γιγαντας μυθευουσιν , ουκ αλλοθεν , ὡς εικος , αλλ' εκ του περιμαχητον την γην ειναι δι' αρετην : *hoc vero solum Phlegraeum fuit adpellatum, ubi gigantum facinora evenisse fabulantur , non alia de caussa, ut sit verisimile, quam quia propter telluris bonitatem multi de ea contenderunt*. En igitur quomodo Strabo satis aperte indicat historicorum monumentorum hac de re silentium , etsi non pauci ea incendia ex ipsis loci indiciis , ex camporum *phlegraeorum* adpellatione , & ex fabulae mysterio adstruerent.

Luculentiora sunt etiam Vitruvii verba, quae habes *lib.II, cap.6*. Agit ibi Archite- IV. Quid Vitruvius.
ctus de Pulvere Puteolano (3), cumque inveniri ait non modo Puteolis , & Baiis , sed etiam *in agris Municipiorum, qui circa Vesuvium* sunt. Deinde eiusdem pulveris naturam Vulcanicam esse adserit hoc fretus argumento, quod ea loca olim arsisse viderentur ; ait ergo : *ardores esse in his locis etiam haec res potest indicare , quod in montibus Cumanorum, & Baianis sunt loca sudationibus excavata . . . non minus etiam memoratur antiquitus crevisse ardores, & abundavisse sub Vesuvio monte , & inde evomuisse circa agros flammam . Ideoque nunc , qui spongia , sive pumex Pompeianus vocatur, excoctus ex alio genere lapidis in hanc redactus esse videtur generis qualitatem*. E quibus verbis liquido id conliges, quod, sicut sagacem Latini Architecti obtutum illa veterum ambustionum (4) indicia minime fugerunt , ita ipsi quaecumque historicorum testimonia omnino defuere ; siquidem non aliud in medium proferre potuit , quam incertum , adcolarum fortasse, rumusculum (5), quod verbo

(3) Vitruvii verba sunt : *Est etiam genus pulveris, quod efficit naturaliter res admirandas : nascitur in regionibus Baianis, & in agris Municipiorum, qui sunt circa Vesuvium montem*. Quibus in verbis vides ab Architecto vocari απλως *pulverem* , sine addito *Puteolani* , quod in capitis epigraphe , recenti certe manu adposita, hodie legitur. *Puteolanum* tamen vocarunt Seneca *lib III Rerum Naturalium* , *cap.20* , & Plinius *lib.XXXV* , *cap.13* non alia sane de caussa . quam quia in agris, qui circa sinum Puteolanum positi sunt , nasceretur . Puteolanus autem tunc temporis audiebat totus is sinus, qui olim a Cumarum celebritate *Cumanus*, & nunc a nostra Metropoli crater *Neapolitanus* dicitur (Vide quae infra in hoc capite disputabimus) . Atque hinc disces , cur idem Vitruvius *lib.V* , *cap.12* de eodem pulvere verba faciens , ait : *portetur pulvis a regionibus , quae sunt a Cumis continuatae ad promontorium Minervae* : quibus sane verbis, non aliud , quam ipsum craterem describit.

(4) Mirum videri debet inter vulcanici soli indicia neque ab Architecto, neque a Geographo recenseri igneos torrentes in nigrescentes lapides concretos , qui montem nostrum , non secus ac Aetnam, candentia & liquefacta saxa (quae *lavas* dicimus) olim evomuisse locupletissime testabantur. Dicendum igitur tunc temporis naturalium rerum indagatores non bene perspectam eorum lapidum naturam habuisse. Etsi enim nossent, quo pacto ab Aetna flammarum rivi eructarentur, ut videre est apud Virgilium *Georg.I*, *v. 412 & seq.*, & apud Strabonem *lib. VI*, *pag. 269* ; non tamen eius lapidescentis vitri naturam , variasque species cognovisse dicendum est. Cum enim observassent Aetneas materies in nigra saxa concrescere , ut Geographus l. c. diserte meminit ; το ὑπερχυθεν της κορυφης ὑγρον πηλος εστι μελας, ρεον κατα της ορεινης· ειτα πηξιν λαβον γινεται λιθος μυλιας την αυτην φυλαττον χροαν , ἡν ρεον ειχε, *liquor e vertice effusus nigrum coenum est* (quales nempe interdiu huiusmodi flammarum rivi adparent) *per montem deorsum fluens ; deinde , ubi concrevit , lapis fit molaris , eodem retento , quem fluens habebat, colore*. Hinc factum est, ut eorum lapidum , & quidem molarium venas quibus Vesuvinam regionem contextam cernebant , diversae naturae existimarent , utpote quas ferrugineo vel hiacynthino colore infectas viderent . Etenim quotquot huiusmodi lapidum rivos antiquitus eructatos deteximus, eodem colore imbuti adparent, excepto Pompeiano illo, qui spongias, sive pumices suppeditabat, quemque propterea sagax Architectus, desumto ex Aetneis lapidibus argumento, *excoctum ex alio genere lapidis sibi videri* adfirmavit. Quod autem huiusmodi vulcanicorum lapidum naturam non admodum perspectam veteres haberent , testis est Lucretius , non sane spernendus naturalium rerum indagator, qui vitreas huiusmodi massas , quibus Aetnea fornax compacta est, *fere silices* crasse nimis adpellavit , cum *lib. VI* , *v. 683* de Aetna sic cecinit :

. . . . totius subcava Montis
Est natura fere silicum suffulta cavernis.

Hinc , quod erat princeps vulcanicarum eructationum indicium, Aetneis non absimile , nec in Vesuvina regione , nec passim per Italiam, & in agro ipso Romano agnoverunt.

(5) Quod Vesuvii adcolae antiquos ejus montis ardores memorarent , erui e Strabone potest. Is enim sub primi libri initium *p. 26* , ut doceat Ulyssem circa Siciliam, & Italiam secundum Homerum errasse , sic argumentatur : επει τις επιτε ποιητης , η συγγραφευς Νεαπολιτας μεν λεγειν μνημα Παρθενοπης, της σειρηνος ; τους δ' εν Κυμη , και Δικαιαρχεια , και Βεσουβιῳ Πυριφλεγεθοντα , και Αχερουσιαν

bo illo *memoratur* explicavit.

V. Quid Diodorus Siculus.

Et quidem incerta, nescio quae, fama adhuc superabat, si non apud adcolas, certe apud eruditos, & mythologos; una enim Gigantomachiae fabula, & Phlegraei campi adpellatione vetustissimorum incendiorum monimentum continebatur: id quod Diodorus Siculus nos docet. Adcuratissimus enim scriptor, cum *lib. IV* de Herculis in Latio gestis verba fecisset, sic pergit: κατηντησεν εις το Κυμαιων πεδιον, εν ᾧ μυθολογουσιν ανδρας ταις τε ρωμαις προεχοντας, και επι παρανομιᾳ διωνομασμενους ονομαζεσθαι γιγαντας· ωνομασθαι δε το πεδιον τουτο φλεγραιον απο του λοφου του το παλαιον απλετον πυρ εκφυσωντος, παραπλησιως τῃ κατα την Σικελιαν Αιτνᾳ (καλειται δε νυν ὁ τοπος Ουεσβιος, εχων πολλα σημεια του κεκαυσθαι κατα τους αρχαιους χρονους) τους δ'ουν γιγαντας πυθομενους την του Ηρακλεους παρουσιαν αθροισθηναι παντας κ. τ. λ., quae verba sic latine sonant: *pervenit (Hercules) in Cumanorum agrum, ubi fert fabula viros robore eximios, & sceleribus infames Gigantum nomine fuisse adpellatos; dictum praeterea hoc solum phlegraeum a monte, qui antiquitus magnam ignis vim eructabat, non secus ac Aetna in Sicilia (adpellatur autem mons iste Vesvius multa prodens indicia, quod priscis temporibus arserit); illos vero Gigantes, audito Herculis adventu coiisse omnes* &c. Non alii igitur, quam Mythologi, Diodoro teste, antiqua huius montis incendia, & inde ortam Phlegraei soli adpellationem memorabant, non secus ac de Gigantibus, & de Hercule eorum domitore fabulabantur. Ipse autem historicus de suo id tantummodo adfert: *adpellatur mons iste Vesvius multa prodens indicia, quod priscis temporibus arserit*, quae verba parenthesi includenda esse quisque videt. Ubi & de quo monte fabula loqueretur, & quam bene patentibus adhuc indiciis ea traditio congrueret, opportunissime monet, & suo suffragio tuetur. Ex quo Diodori testimonio certissime evincitur, non historicorum fidei eam memoriam deberi, sed fabulis inclusam perdurasse, eiusque veritatem non aliunde, quam loci inspectione se doctis probasse. Atque hoc nempe est ieiunum illud *memoratur* a Vitruvio usurpatum, quod argumentis a loci natura petitis fulcire opus habuit.

VI. Quodnam Diodorus vocet Cumanum solum.

Neque alicui negotium facessant verba Κυμαιων πεδιον *Cumanorum solum*, quod *Phlegraeum* fuisse adpellatum edicit, quasi vel Diodorus duo loca satis inter se quindecim fere milliaribus dissita, agrum nempe Cumanum, & Nolanum confundens, male de suo addiderit montem illum fuisse Vesvium, cum fortasse veteres de Gauro, Cumis proximo, aut de Vulcani Foro loquuti fuerint; vel illud sit ineptum aliquod glossema male cum Diodori textu consarcinatum. Non unus enim Diodorus Vesuvium in Cumano agro posuit. En tibi Lucretius, qui *lib. VI*, *v.* 747 de miris Averni lacus effectis locutus, statim ad indicanda loca pertransiens, binos illos vexatissimae lectionis hexametros subiicit, in quibus aliquid de Vulcanica huius montis natura compertum habuisse prodit:

> *Qualis apud Cumas locus est, Montemque Vesevum (6),*
> *Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.*

Eratosthenes praeterea apud Strabonem *lib. I, p.* 22 hunc nobilissimum Campaniae sinum, quem Geographus *Craterem* vocat, quique a Minervae promontorio ad Misenum usque pertinet, & quem Sirenusae insulae a Posidoniate distinguunt, non *Neapolitanum*, ut nos hodie, nec *Puteolanum*, ut veteres nonnulli, sed *Cumanum*, κυμαιον κολπον, vocat. Certe non alia id factum de causa dixerim, quam quod ea urbs priscis temporibus ceteris eius orae omnibus potentia, magnitudine, gloria longo intervallo praestaret, uti sinus alter a Paesto, sive Posidonia nomen adcipiebat, qui nunc *Salernitanus* dicitur. Hinc Diodorus cum ea, quae narrat, ab antiquio-

σιαν λιμνην, κ. τ. λ. *Quis enim Poëta, vel Scriptor persuasit Neapolitanis, ut monimentum Parthenopes Sirenis ostentarent, degentibus autem Cumae, Dicaearchiae, & ad Vesuvium, ut Pyriphlegetontem, & lacum Acherontem?* E quibus verbis, ni fallor, discimus Vesuvinos, qui non secus ac Cumani, & Puteolani Pyriphlegetontem ostentabant, de ignivoma suae telluris natura fuisse persuasos. Suus autem Pyriphlegeton aliud esse non potuit, quam thermales aquae, quae circa montem tum temporis exsudabant, & quibus digitum intendit Lucretius in carminibus modo recitandis. Neu dicas corrupta ea carmina esse, propterea quod huiusmodi thermae non amplius compareant. Scitum est enim ante annum Ch. 1631 thermas huiusmodi circa montem exstitisse, quae cum magno aegrorum emolumento celebrabantur. Id Recupitus diserte testatur in sua *historia an.* 1631, & Iulius Caesar Capaccius in libello, quem inscripsit *Incendio di Vesuvio*, statim ab illa eruptione edito, ubi ait: *ancor si van commemorando i bagni per varie infermità*. An coaevorum testimonium ea in re repudiabimus, propterea quod postea disparuerint?

(6) Faber sic restituendum duxit:

> *Qualis apud Cumas est locus Euboico sub monte.*

Utique ex ingenio. Quippe sibi persuaserat nihil commune Cumanum solum cum Vesuvino habere, Quod utique falsum ex adductis testimoniis evincitur. Legunt alii:

> *Is lacus est Cumas apud, & Vesvi per montes.*

Alii

> . . . . *Et Vesvi prope montem.*

Sed hae lectiones nobis negotium non facessunt.

quioribus Scriptoribus hauſerit, a quibus Cumanus ager, aeque ac ſinus, παχιμερως ad Veſuvium uſque, & ultra extendebatur, noluit ab ipſorum verbis diſcedere. Sed quia ea verba fraudem ſui aevi lectoribus facere poſſe vidit, ſubdidit verba illa, quae parentheſi incluſimus, ut illos moneret, eouſque Cumanum agrum extendi debere, ut Veſvium includeret. Id autem adeo verum eſt, ut in Pſeudo-Sibyllae oraculo apud Plutarchum, in quo, certe poſt rem geſtam, Veſuvina Titi conflagratio praecanitur (& de quo nos *Cap. XI* commentabimur) ea prodigia *circa Cumam, & Dicaearchiam* (7) eventura dicuntur. Eo autem temperamento callidus impoſtor uſus eſt, ut vetuſtatis phraſeologia, & ambiguitate fucum facilius facere credulis poſſet. Dixit autem circa *Cumas, & Dicaearchiam*, quippe ſinum, qui antiquitus *Cumanus* dicebatur, poſtea *Puteolanum* vocitabant (8). Sic etiam in altero Theſpeſii oraculo apud eumdem Plutarchum *Dicaearchia* a Veſuvio ſubruenda edicitur, h.e. ſinus Puteolanus. Hoc autem magis exploratum habebis, ſi memineris Phlegraeum campum, ubi Gigantes Iovis fulminibus uſtulati dicebantur (9), qui idem cum agro Cumano fuiſſe a Diodoro dicitur (10), non ita primitus anguſtis limitibus coërcitum, ut poſtea Plinius deſignavit, ſed uſque ad Capuam, & Nolam excurriſſe, teſte Polybio, qui *lib. II, c.17* de Etruſcis ſcripſit: *Phlegraeos etiam campos, qui circa Capuam, & Nolam ſunt, tenebant:* τα φλεγραια ποτε καλουμενα τα περι Καπυην, και Νωλαν πεδια.

VII. Gigantomachia pro Veſuvinis incendiis vulgo accepta.

Et re quidem vera tam arcte in hominum mentibus montani incendii, & gigantomachiae ideae cohaerebant, ut, teſte Dione apud *Xiphyl. lib. XLVI*, in ipſis Titianae eruptionis praeludiis Gigantes in aëre circa montem vagari trepidis hominibus viderentur, & cum denique ſublato ſole teterrima nox illa mortalibus incumberet, εδοκουν οἱ μεν τους γιγαντας επανιςασθαι· πολλα γαρ δε τοτε ειδωλα αυτων εν τῳ καπνῳ διεφαινεται, και προσετι και σαλπιγγων τις βοη ηκουετο, *putabant nonnulli Gigantes* (11) *reſurgere, quippe multa eorum ſpectra in fumo conſpicerentur, & ſonitus praeterea quidam tubarum exaudiretur*. Quo in loco opportune adnotat Hermannus Samuel Reimarus: *Forte ex veteri fabula haerebat aliquid hominibus credulis, ut fumum, vapores, & exhalationes manes Gigantum crederent*.

VIII. Prima Veſuvii incendia ad mythicum tempus referenda.

Quod ſi ita ſe res habet, rectiſſimo inferes argumento, Veſuvii incendia hiſtoricis penitus ignota fuiſſe, mythicis non item; atque ea idcirco indeterminate a Diodoro, & Vitruvio *antiquitus* eveniſſe dicta, quippe tempus omne hiſtoricum antecederent, & ad mythicum pertinerent. Igitur & ante Olympicorum inſtitutionem, & ante Troiae excidium, ſi unum Ariadneum fabulae filum in tanta obſcuritate ſequi volumus, ipſa amandabimus; ut mox *cap.III* docebimus. Huc enimvero reſpiciens Tacitus ponderoſiſſimis more ſuo verbis *lib. I Hiſt.* ſic de Titi eruptione ſcripſit: *Italia novis cladibus, vel poſt longam ſaeculorum ſeriem repetitis, adflicta: hauſtae, atque obrutae urbes foecundiſſima Campaniae ora.*

CAP. II.

(7) Atque hinc melius diſcis, cur Strabo loco ſuperius citato dixerit: της δ' εν Κυμῃ, και Δικαιαρχιᾳ, και Βεσουβιῳ.

(8) Pomponius Mela coaevus *lib. II, cap.* 4 ſicuti huic lemmati, PAESTANUS SINUS, deſcriptionem ſubdit: *Paeſtum oppidum* &c. uſque ad *Minervae promontorium*: ita huic alteri lemmati, SINUS PUTEOLANUS, haec ſubiicit: *Surrentum, Herculaneum, Veſuvii montis aſpectus, Pompeii, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucrinus, & Avernus, Baiae, Miſenum, Cumae, Liternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum: amoena Campaniae oppida*. Ergo aetate Melae ora omnis Campaniae ab Surrento ad Vulturnum *ſinus Puteolani* nomine veniebat. In hac autem Geographi deſcriptione quiſque ſtatim videt, Herculaneum, & Pompeios, deſcriptorum ſomnolentia, locum alternaſſe, ideoque eorum nomina tranſponenda.

(9) Sic etiam Pallene in Theſſalia φλεγρα dicta eſt, iiſdem Gigantum, & Herculis fabulis ornata: conſule Geographum *lib. VII, pag.* 330: φλεγρα το πριν εκαλειτο· ῳκησαν δ' αυτην οἱ μυθευομενοι γιγαντες, εθνος ασεβες και ανομον, οὓς Ηρακλης διεφθειρεν, *Phlegra prius vocabatur: habitaverant autem eam, quos fabula Gigantes adpellat, gens impia & exlex, quos Hercules domuit.*

(10) *Phlegraeum* campum eumdem eſſe, ac *Cumanum* innuit etiam Strabo *lib. V, p.*243, ubi cum de Cumae fundatione egiſſet, ſic proſequitur: προτερον μεν ηυτυχει, και το Φλεγραιον καλουμενον πεδιον, εν ᾧ τα περι τους Γιγαντας μυθευουσιν, ουκ αλλοθεν, ὡς εικος, αλλ' εκ του περιμαχητον την γην ειναι δι' αρετην, ὑστερον δε κ. τ. λ. *Initio quidem fortunata urbs fuit; & Phlegraei campi nomen, in quo Gigantum res geſtas fabulantur, non aliunde ortum ſit veriſimile, quam quod eam regionem ob ſoli virtutem multi ſibi certatim vindicarent, poſtea vero* &c. *Cumanum* igitur idem, ac *Plegraeum*. Idipſum etiam eruitur e veterrima eorumdem camporum nomenclatione. Hi enim *Laboriae*, vel *Leboriae* primitus dicebantur, ut Plinius *Lib. XVIII, c.* 11: *Quantum autem univerſas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quae Laboriae vocantur, quem Phlegraeum Graeci adpellant*. Inde media aetate factum eſt nomen *Liburia*, aut *Liguria*, & hodiernum denique *Terra di Lavoro*. Atqui Cl. Mazochius argutabatur id vocabulum ſermone illo primitivo, quem huc Pelaſgi, ſive Tyrrheni ex Oriente adtulerunt, *flammam vehementem* ſignificare, ab eodem nempe Syriaco fonte, unde *Liparae* nomen cadit, ob igneas exſpirationes, quibus ea loca ſcatent: vide *Tyrrhen. Diatrib. VIII.* Quare των φλεγραιων adpellatio non alia eſt, quam purum putum antiqui nominis interpetramentum.

(11) Ita επανιστασθαι vertendum, non *ſeditionem facere*, ut Blancus, vel *contra ſe inſurgere* ut Leunclavius. Vide Reimarum ibidem.

CAP. II.

Indubia vetustissimarum eruptionum monumenta, quae in Regiis effossionibus deprehendimus, unde remotissimam earum aetatem licet arguere.

I. Mat[illegible]s eructata vet[illegible]imas inflammationes indicat.

DE priscis Vesuvinis incendiis quid historici, & mythologi tradiderint, quidve docti viri argutaverint, vidimus: nunc quae eorum monumenta indelebili naturae manu signata nosmet, obrutas urbes effodiendo, deprehenderimus, proferemus. Piaculum nobis profecto foret in tanta naturalis historiae luce coecutire, & unis veterum coniecturis inhaerere. Si enim Strabo, & Diodorus, & Vitruvius ex uno circumiecti pulveris, & ambustorum lapidum obtutu in suspicionem vulcanicae montis naturae adducti sunt, etiamsi numquam concoctas huiusmodi materias eructasse vel viderint, vel fando a maioribus certa traditione adceperint; nos sane, qui sub oculos habemus, quae a Titi aevo ad nos usque frequentissime evomuit, num dubitabimus, quin & tophus, & pumices, & ferrugineus cinis, & pulvis, quem puteolanum dicunt, & lapidescentes massae, quibus universa monti circumposita regio constrata est, ab ipso Vesuvio fuerint eructata? Quando igitur immensam eiusdem excoctae materiae vim iam ante Titi tempora, imo & ante Herculanei, & Pompeiorum fundationem congestam inspicimus, non utique coniecturis indulgemus, sed certissimis nitimur argumentis, si eodem prorsus modo, ac nunc cernimus, montem antiquissimis temporibus eam eructasse adferamus.

II. Quomodo eructata dignoscatur ante Herculaneum conditum.

Quidquid autem ante Titi tempora evomuerit tam facile est dignoscere, quam quod facillime. Cum enim hodie Herculaneum, eiusque ager terreae adgestioni, quae passim in tophum concrevit, quem incolae vocant *pappamonte*; Pompeii vero pumicibus, sive lapillis, ut infra *Cap. XI* describemus, subiaceant; facili negotio colligimus, totum illud, quod sive topho, sive pumicibus subest, in retroacta tempora esse amandandum. Atqui ne hisce quidem Titianae adgestionis characteribus in praesenti discussione indigemus, ut antiquiores materias e monte effusas fateamur. Si enim vulcanicae materiae vim in eo ipso solo invenerimus, in quo hinc Herculaneum, illinc Pompeii impositi sunt, non tantum Tito, sed ipsis antiquissimis urbibus antiquius eructatam se prodet. Et re quidem vera investigando deprehendimus, totam illam telluris linguam, in qua Herculaneum positum est, & proprie ubi theatrum consurgit, e topho consistere illi, quod insuper est, penitus gemello. An quid topho subsit, in eo quidem loco inspicere non est, cum aqua in topho ipso adsurgat. Sed si hinc recta in altum collis, (qui in mappa signatur num. II) adscendas, invenies sub eo topho, qui modo plus, modo minus compactus adparet, sicubi lapidescentium massarum fragminibus immiscetur, lapillos seu pumices candidos; dehinc tophum alium fragiliorem, sub quo humus iterum ligone subacta cernitur: nec dum tamen in primigenio solo haeres. Sub hac enim humo rursus pumices candidos, Pompeianis nihil absimiles reperies; pumicibus vero substernitur lapidea vitrificatae materiae massa, quae in tophaceo tenacissimo solo sedet. Omnes igitur hasce materias, quae centum palmorum altitudinem exaequant, iam ante Vesuvius eructaverat, quam collem illum e topho efformaret, ubi Herculaneum antiqui mortalium exstruxerant. Sic etiam in praecedenti iugo, quod signatur num. I, & altero est elatius, sub Titianae eiectationis altitudine, quae ad palmos 168 descendit, inventa est humus agricolarum manu exercita; sub ipsa vero quinque lapidescentis materiae rivi alter altero impositi, quorum duo bene alto vulcanici pulveris tegumento operiuntur. Ea autem tam occulta telluris penetralia lustrare licuit per puteos, qui obstinata incolarum audacia ad tantam altitudinem effossi inveniuntur, ut illi non suis commodis, sed nostrae eruditioni consulere voluisse videantur (1).

III. Quomodo ante Pompeios conditos.

Quod si Pompeios adcedas, eam urbem uno atque altero tumulo inaequalem adspicies, quos tumulos aliud non esse comperies, quam ignitum torrentem sub inaequali superficie concretum in porosos admodum lapides e solo passim exstantes par-

(1) Ita pariter reliquos sex colles, sive iuga, quae in veteris Herculanei mappa Romanis numeris designantur, repetitis Vesuvii adgestionibus efformata deprehendimus. Ne autem huius investigationis dubitatio aliqua eruditos incessat, & ut naturalis historiae cupidis quam maxime consultum iret meritissimus nostrae Academiae socius Franciscus La Vega Regiis excavationibus, & Herculanensi Museo Praefectus, cuius diligentiae ac sagacitati ista debentur, omnium illarum eiectationum, quibus octo illi colles antiquitus adsurgebant, fragmenta ad specimen e puteis extracta suo ordine ac numero in seriem digessit, ut in ipso Herculanensi Museo suis loculis apte disposita curiosi queant inspicere.

partim nigros, partim purpurascentes, quos nempe *pumices Pompeianos* Vitruvius vocat. Praeterea cum puteus nuper effossus fuerit in porticu post theatrum, quod in ima urbis parte positum exstat, erutae inde fuerunt vulcanici cineris plures species altera super alteram adgestae ad altitudinem fere 30 palmorum, donec ad lapideam massam ventum est, qua tandem effossa, aqua adsurrexit. Lapideam huiusmodi massam ipsissimam (2) esse agnovimus, ex qua trapeti Pompeiis, & Stabiis inventi, elaborati fuerant. Et quidem Cato certiores nos facit molas olearias non tantum Suessae, & Nolae, sed etiam Pompeiis emi solitas (3): id quod satis ostendit huiusmodi vulcanicorum lapidum fodinas passim sub Pompeiis abscondi. Omitto denique in utraque urbe vias eodem vesuvino lapide constratas fuisse, & domos aedificatas. Hinc igitur non modo luculentissime evinces, quam saepe olim Vesuvius mons ignes eructaverit, sed etiam eas eructationes harum urbium aedificationem longe antecessisse. Quod si earum fundationis epocam inter densissimas antiquitatis tenebras expiscari liceat, vetustissimarum etiam eruptionum tempus plus minus ariolabimur. Ad eam igitur expiscandam sequenti capite adgrediamur.

CAP. III.

De primis Herculanei, & Pompeiorum conditoribus, cum ex historicorum fide, tam ex ipsius adpellationis indicio.

I. Quid de harum urbium fundatione veteres tradiderint.

QUandoquidem in dubium nullo pacto revocare licet, binas urbes Herculaneum, & Pompeios, quas demum veluti indignabundus Vesuvius obruit, olim eius adgestionibus superbas insedisse; hinc profecto fit, ut, si earum fundationis tempus per nos investigetur, non modo id, quod nobis propositum est, nempe illarum historiam ab ultima origine retexere, dabitur, sed etiam ad vetustissima illa montis incendia quavis hominum memoria superiora propius adcedere. Audiamus igitur, quid de prima Herculanei origine tradant historici. Et primo Dionysius Alicarnasseus sic de Herculaneo *lib. I*: Ηρακλης δ' επειδη τα τε κατα την Ιταλιαν άπαντα, ὡς εβουλετο, κατεστησατο, και ὁ ναυτικος αυτῳ στρατος σωος εξ Ιβηριας αφικετο, θυσας τοις θεοις τας δεκατας των λαφυρων, και πολιχνην επωνυμον αὑτου κτισας, ενθα ὁ στολος αυτῳ εναυλοχειτο, ἡ και νυν ὑπο Ρωμαιων εικουμενη, και Πομπειας εν μεσῳ κειμενη, Νεαπολεως τε: *Hercules vero compositis pro lubitu rebus Italicis, & recepta incolumi ex Hispaniis classe, sacrificia ex praedae decimis obtulit, & urbeculam sibi cognominem condidit, ubi eius classis stativa habuit, quae urbs etiam num a Romanis habitatur, inter Pompeios, & Neapolim posita*. Solinus porro non absimilem de Pompeiorum fundatione fabulam tradidit *Cap. II*: *a comitibus Herculis Policlen* (1); *ab ipso in Campania Pompeios: qua*

(2) Vide Herculanensium Antiquitatum *Tom. VIII De Lucernis*: ibi enim in *Praefat. p. XXV* eam lapideam massam, ex qua Stabiense trapetum elaboratum exstat, descriptam habes.

(3) Cato *cap.135*: *Trapeti Pompeiis, Nolae ad Rufri maceriem emuntur*. Obiter autem adnotasse ne pigeat haec Catonis verba lucem Virgilii carminibus adfundere, quae modo, utpote ad rem nostram facientia, adleganda erunt. Aeneidos enim VII *v.37* de Oebalo sic cecinit:

. . . . . late iam tum ditione tenebat
Sarrastes populos, & quae rigat aequora Sarnus,
Quique Rufras, Batulumque tenent, atque arva Celennae,
Et quos maliferae despectant moenia Abellae.

Cum enim ex hisce versibus adpareat illius regis ditionem a Sarno fluvio ad usque campos Abellae moenibus subpositos protendisse, ecquis negaverit Poëtae *Rufras* cum *Batulo*, & *Celenna* a Nola non multum distasse? siquidem Abella, notum Campaniae oppidum, quam modico intervallo ab ea urbe dissitum est. Adeo ut putaverim non alios, quam Nolanos ipsos esse ex Abellae altitudine conspicuos, quos utpote Poëtae invisos, proprio nomine compellare iterum noluerit. *V. Gell. lib. VII c. 20*. *Rufri* igitur, sive *Rufrii* maceries non alibi, quam in agro Nolano, vel ad eius limites exstitit, & fortasse ubi ad hodiernum Cisternae pagum lapideus Vesuvii torrens molis parandis opportunissimus etiam num a lapicidis caeditur. Parcendum tamen Cl. Heyne, qui utpote exterus homo immanes locorum distantias confundit, cum *Excurs. VIII* ad haec carmina sic commentatur: *Rufrae vel Rufrium in Hirpinorum finibus* (ubi sane Nola erat) *in Samnitium potestate habitum, nunc Ruvo in Terra di Bari; circa eadem loca Batulum, & Celennam sita esse videntur*.

(1) Alicarnassei locus Solinum transversum egit, qui illud πολιχνην sic adcepit, quasi proprium urbis nomen *Polichne* fuerit; itaque in suo Polyhistore procul dubio scripsit, *a comitibus Herculis fuisse Polichnem* conditam, & *Pompeios*. Sed ea vox Descriptorum somnolentia alibi in *Polidem*, alibi in *Policlen* turpiter degeneravit. Salmasius porro in sua editione magis sollicitavit, & in *Polieon* convertit, suspicatus eam urbem esse, quae alio nomine Siris vocabatur. Verum quae convenientia Sirim inter, & Pompeios? vel quis umquam Polieon sive Sirim ab Herculis comitibus conditam dixit?

qua victor ex Hiſpania Pompam boam duxerat. Ex quo Servius ad Aeneid. *lib. VII, v.* 662 ſic adnotavit : *Veniens autem Hercules de Hiſpania per Campaniam , in quadam Campaniae Civitate pompam triumphi ſui exhibuit , unde Pompeii dicuntur Civitas* (2). Et Martianus Capella ſic de utraque urbe *lib. VI : Ab Hercule Herculanium ad radicem Veſuvii , a quo haud procul Pompeios , cum boum pompam duceret Iberorum*. Quae narratiunculae adprime conſonant Diodori Siculi verbis, quas *cap. I* retulimus, de Herculis adventu in *Cumanum* agrum, dictum etiam *Phlegraeum*. Si igitur concordibus horum auctorum teſtimoniis aliquid dandum eſt, ambae iliae urbes Herculem auctorem habuere, vel certe eius aetate fundatae ſunt.

II. Quiſnam Hercules earum urbium dictus fundator.

Sed quinam is Hercules (3)? Ille utique, omnes aiunt, qui victor ex Hiberia cum claſſe redivit. Quod ſi verum eſt, non alius eſſe potuit, quam Hercules Phoenicius, ut invictiſſimis argumentis Samuel Bochartus in ſuo *Phaleg* adverſus Graecorum iactantiam, qui eam expeditionem de more Herculi ſuo adſcribunt, oſtendit. Atqui huiuſce Herculis Phoenicii aetas antiqua admodum eſt. Niſi enim cum nonnullis Moſis ſupparem dicere velimus, certe Ioſue coëvum faciamus oportet, h. e. ſecundum Petavii rationes ante Chriſtum natum 1486, ante Troiae excidium 301, quo tempore Phoenices ſive Cananaei Ioſuae victricibus armis e patriis ſedibus pulſi, diverſas terrarum oras maritimas inſederant, Heſperiam praecipue, ut Bochartus fuſe demonſtrat. Quod cum non animadvertiſſet Peregrinius, valde ſe torſit in ſua Campania *Diſc. VI*, §. *6*, ut Strabonis verba de harum urbium antiquitate cum Herculis adventu in Italiam conciliaret; quippe de Hercule Graeco (4) ſermonem ab auctoribus fieri putabat.

III. Quomodo Strabo eius aetatem definet.

Atqui Strabo mirifice cum reliquis conſentit, eorumque fidem firmat, cum *lib. V* primos earum urbium habitatores fuiſſe Oſcos, eiſque Tyrrhenos & Pelasgos ſucceſſiſſe ſcribit: Οσκοι ειχον, ειτα Τυρρηνοι και Πελασγοι. Etenim Oſcos, ſive Opicos, ſive Ausones pro αυτοχθονοις, vel certe pro antiquiſſimis harum regionum cultoribus habendos, in dubium revocari nequit, teſtante non modo eodem Strabone *lib. V, pag.* 232; ſed & Dionyſio, qui eos tanta vetuſtate commendat, ut a Pelaſgis (5) inde eiectos tres fere ante Troianum bellum aetates narret. Cui conſonat adprime Virgilius, qui Pelaſgos inibi regnaſſe cecinit, adveniente in Italas oras Aenea; quippe de Oebalo Teleboarum Capreis habitantium rege ait:

> . . . . *late tum ditione premebat*
> *Sarraſtes populos , & quae rigat aequora Sarnus* .

Quo in loco hiſtoricam veritatem de more adtexuiſſe patet ex Tacito, qui *Annal. IV*, 67 *famam tradere* ſcribit *Capreas Telebois habitatas* ; nec non ex antiquiſſimo Scriptore Conone, quem opportuniſſime ſic citat Servius in hunc locum: *Conon in eo libro, quem de Italia ſcripſit, quoſdam Pelasgos, alioſque ex Peloponneſo convenas ad eum locum Italiae veniſſe dicit, cui nullum ante nomen fuerat, & flumini, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ex adpellatione patrii fluminis, & ſe Sarraſtes adpellaſſe*. Pelaſgi igitur, & ex Peloponneſo convenae, quales nempe erant Teleboae ex Acarnania profecti, iam eam oram incolebant, quam Sarnus rigat, & ubi Pompeii ſunt poſiti, cum Aeneas in Italiam venit. Ergo multo ante Oſci eam tenuerant. Tota autem haec argumentatio, ni fallor, perſuadere cuivis valet, Herculem illum, de quo fama loquebatur huc antiquitus adpuliſſe, vel nullum, vel longe diverſum fuiſſe a Graeco Hercule, qui vix paucis annis ante Troiae excidium in Italiam adventaſſe Graeci fabulatores commenti ſunt (6): atque ita inter Dionyſium,

(2) In haec Servii verba aliquanto fuſius *Cap. XIII* commentabimur.

(3) Plures fuiſſe Hercules, e quibus unum poſtea Graeci ſuae gentis heroem conflarunt, teſtis eſt Diodorus Siculus, qui tres enumerat, quorum primum Aegyptium dicit cum armis orbem peragraſſe: Tullius vero *de Nat. Deor. lib. III* ad ſex uſque enumerat. Sed Hiſpanienſis expeditio Herculi Alcmenae filio ſine αναχρονισμῳ tribui non poteſt; quippe is iuxta Petavii calculos non amplius, quam LV annis ante Troiae vaſtitatem floruit. Contra novimus e Strabone, ut mox differemus, Pompeios, & Herculaneum longe ante eam aetatem fuiſſe conditas; utpote quas Pelaſgi ab Oſcis eripuerint. Atqui Pelaſgorum ultima in has oras migratio ad minimum LX annis ante Troianam cladem facta eſt. Multo igitur ante Herculis Graecanici adventum illae urbes ſteterant. Quare ex Diodori ipſius mente Hiſpanienſis expeditio illi antiquiſſimo eſt tribuenda.

(4) Et quidem Dionyſius Graecus auctor de Graeco Hercule parum ſibi conſtans ea geſta tradit; quippe omnia in unum congeſſit.

(5) Vide, quae de variis Pelaſgorum coloniis in Italiam invectis infra *Cap. VI* docebimus; ubi de Tyrrhenis etiam a Strabone commemoratis aliqua differemus. In praeſenti enim ad Oſcorum, qui Herculeas haſce urbes tenuere, antiquitatem demonſtrandam id ſufficit, ut Pelaſgorum in Italiam adventum multo ante Graecanici Herculis aetatem eveniſſe adſtruamus.

(6) Conſule Petavium in *Ration. Tempor.* qui non amplius LV annis ante Troianam cladem Herculem Alcmenae filium in Italiam adventaſſe ſuis rationibus conficit.

sium, & Strabonem convenire.

IV. Nec Graecus ille Hercules, nec Graeca Urbium nomina.

Quod si non e Graecia, sed e Phoenicia heros ille peregrinus advenerat, profecto nec Graeco nomine Hercules tum salutabatur, nec Graeca nomina suis aedificationibus imponere potuit. Et quidem heros ipse, uti Bochartus ostendit, *Melchartus*, quod idem sonat ac *Rex urbis*, salutatus fuit. Quare Graeci ipsi, etsi in unum suum heroem Herculem facinora, quae ad plures pertinebant, cumularint; tamen cum nomen illud eradere ex hominum memoria nequirent, alia adpellatione suum Herculem *Melicertam* dixerunt, sive *Palaemonem*, hoc est *antiquum*. Inter aniles igitur fabellas amandabimus etyma illa Herculanei ab *Hercule*, & Pompeiorum a *pompa* bovum. Siquidem nemo unus veterum dixit, remotis illis temporibus, ante Cumas conditas, in hisce oris Graecorum idioma apud Oscos, & Ausones insonuisse. Quod si aliqua Graecis scriptoribus fides danda esset, ea nomina diceremus mera veterum interpetramenta fuisse. Sed ne id quidem adfirmari potest; siquidem abunde docebimus, numquam eas urbes in Graecorum ditionem venisse. Praeterquam quod eius fabellae de bovum pompa futilitas primo satis obtutu sese prodit.

V. Quod historiae praesidium ab illa Herculis fabula.

Ut igitur rem paucis expediamus: etsi suspecta satis sint, quae de Hercule in has oras adventante, deque Graeca horum locorum adpellatione Graeci venditarunt, nec facile in sincerae historiae praesidium vir criticus adsciscet; non idcirco tamen eam fabulam, veluti omni fundamento destitutam, omnino reiiciet. Sed quemadmodum in Gigantomachia veras vulcanicas eruptiones deprehendimus, sic in celebri Herculis cum sua classe ex Hiberia adventu primas in hasce oras Phoenicum nautarum expeditiones lubenter adgnoscimus. Siquidem in dubium revocari non potest, Phoenicum mercatorum classem, certo duce, quocumque tamdem nomine vocaretur, remotissimis temporibus in Hispaniam adpulisse, ubi sat certa sui adventus monumenta reliquerunt. Quid autem verosimilius, quam ut inde remeantes in nostris hisce litoribus aliquando iactis ancoris subsisterent, sive tempestate impulsi, sive aquandi necessitate coacti, sive loca cognoscendi desiderio permoti? Quin imo miraculum fuerit, si primi isti errones recto cursu in Hispaniam contenderint, & inde rectissime remearint, nec in obvia Italiae litora unquam vel sua sponte diverterint, vel necessitate urgente adpulerint. Praeterea ecquis sibi persuadeat, Phoenices istos suis sedibus sive a Iosua exturbatos, sive uno mercaturam exercendi studio profectos in tam remotas oras permeasse, viciniora quaeque praetereuntes litora, ubi vel consisterent, vel colonias deducerent commerciis opportunissimas; eaque de causa, manus saepe cum incolis non consererent? Atqui huc sane spectat, quod Dionysius refert, Herculem devicto Caco, dirutisque castellis, suo comitatui agros divisisse, ibique inter ceteros constitisse Arcadas cum Evandro, & Phaunum regem Aboriginum (7); quare ait eum hisce invasionibus, nec uno in Italiam transitu famosum evasisse.

VI. Phoenicum in hasce oras adventus.

At si ex ante dictis, haec neutiquam recentiori Graeco Herculi, sed Phoenicio vetustiori convenire possunt, vel omnia antiquorum dicta ad inanes fabulas demandabimus, vel Phoenicum sub certo duce in hasce nostras regiones adventum non utique denegabimus. Et quidem huc Phoenices errones olim advenisse ex ipso Samuele Bocharto apertissime evincitur; etsi is, nescio qua de causa, in Italia Tyrias, seu Phoenicias Colonias non constitisse adfirmet, interea dum doctissime demonstrat voces *Latium*, *Auruncos*, *Lamias*, *Cym-*

(7) Aborigines etsi, teste Dionysio, indigenas nonnulli censerent, alii tamen dicebant, fuisse αλητας τινας και πλανητας εκ πολλων συνελθοντας χωριων, *domo extorres, & errones ex multis regionibus convenas*, quare ab *erroribus* dictos *aberrigines*. Quam opinionem, etsi incertus haereat, tueatur Dionysius necesse est, si modo eos Herculem sequutos velit: praesertim cum ex ipsiusmet narratione liqueat, eos post Umbros, & Siculos Italiam inhabitasse. In adlatis autem verbis, quis non statim adgnoscit Cananaeos errones suis laribus pulsos? Eos vero Graecos fuisse tradebant scriptores Romani, teste Porcio Catone, & ex Achaia profectos multis aetatibus ante bellum Troianum; sed neque ex qua urbe & gente fuerint, vel quo casu patrias sedes reliquerint, vel quo certo duce, ac tempore adfirmare nequibant, quare Cato ipse sic claudit: *fabulam Graecanicam sequuti nullius Graeci auctoris confirmant testimonio*. Sed quo poterant testimonio uti; siquidem res traditione prisca firmata, Graecorum fabulis obscurata tantum fuerat. Si enim pluribus aetatibus ante Troiam venerant, cum Graeco Hercule venire nequiverant, qui primus Graecorum expeditiones istas molitus fuerat. Praeterea Graecos non fuisse, Aboriginum lingua satis ostendebat. Quod si *Aboriginum* nomine indiscriminatim adpellati sunt *primi illi homines ignotae quidem originis, ad Ausonium tamen nomen ac genus, ut probabile sit, referendi, qui ab origine incoluere loca citra Tiberim*, ut optime Cl. Chr. Gottl. Heyne *in Excurs. II ad VII Virg. lib.* scribit, ipsi sane ab Oscis Strabonis, qui primi nostras urbes tenuere, diversi non erunt; praesertim cum Aborigines primas a Pelasgis advenis leges adcepisse narret ipse Dionysius.

Cymmerios, *Inarimen*, aliasque in Orientalibus linguis ſuas radices habere. Atqui immortalis noſter Mazochius in ſuis *Tyrrhenicis Diſſertationibus* oſtendit ſexcenta apud nos nomina, quae nihil Graece, nihil Latine ſignificent, ita fixas in Hebraico, Caldaico, vel Syro ſermone radices oſtendere, ut illinc tantum depromere ſignificationes vel locorum ingenio, vel veteribus eorum hiſtoriis convenientiſſimas liceat; ut non ſit plane dubitandum, quin antiquiſſimi in Italiam advenae eam ſecum linguam adtulerint, quam in Oriente circa Chananaeam uſurpaverant, Chaldaicae dialecto proximam; eoſque ipſiſſimos eſſe Tyrrhenos Ioſuae coaevos, Phoenicibus ipſis, ſive Tyriis, qui poſtea maris imperium obtinuere, anteriores. Quod ſi verum eſt, eo fortaſſe (8) ſenſu conſtare poſſet Bocharti opinio, qui Tyrios in Italiam veniſſe negat; dum Orientalium linguarum monumenta in Italicis nominibus adgnoſcit. Verum loca Italiae utrum poſtea a Tyrrhenis Pelaſgisque, an primitus a Tyriis & Phoenicibus ſibi nomina quaeſiverint, & an Tyrrheni, & Phoenices iidem in origine fuerint, id parum noſtra nunc intereſt; res enim eodem prope redit (9); modo ſtet primum eorum adventum plures ante Troiae excidium aetates adcidiſſe. Totum id autem certius fiet, ſi *Veſuvii*, *Herculanei*, & *Pompeiorum* nomina, nullo negotio opportuniſſimas ſignificationes ex Orientalibus radicibus trahere demonſtrabimus. Quod ſi huiuſmodi etymologiae veritati conſonae deprehendantur, & veterem eorum locorum naturam plenius cognoſcemus, & certiores de earum urbium antiquitate fiemus.

VII. Incerta Veſuvii orthographia remotam originem adſtruit.

A *Veſuvii* nomine ordiamur. Hanc autem vocem neque Graeci, neque Latini peculii fuiſſe, vel ex eo ſatis conſtat, quod incerte admodum, & varie ab utriſque & efferretur, & ſcriberetur. Hinc apud Strabonem modo legimus Βεσουβιον (*lib. I*) modo Ουεσσυιον (*lib. V*), apud Dionyſium Ουεσβιον, apud Dionem, vel Xiphylinum Βεσβιον: ita etiam apud Philoſtratum, Zonaram, & Euſebium, qui tamen inde derivat Βεσυυβηνου. Qua de re Galenus *de* *lib. I* ſcripſit: λοφος ετερος ου μικρος, ὀν εν τε συγγραμματιν οἱ παλαιοι ρωμαιοι, και το νυν οἱ ακριβεστεροι Βεσουβιον ονομαζουσι· το δ' ενδοξον τε, και νεον ονομα του λοφου Βεσβιον: *mons alius non parvus, quem in ſuis ſcriptis veteres Romani, & qui adhuc ſunt eruditiores Veſuvium vocant, ſed nomen celebre, & recens montis eſt Veſvius*. Et re quidem vera apud Latinos modo ſcriptum invenies *Veſuvius*; modo *Veſubius*, ut Varro *De Re ruſtica*; modo *Veſuius* (10), ut in Campano marmore apud Peregrinium; modo *Veſevus*, ut bis apud Suetonium *in Tito*, & *in Plin. Vita* (ubi alii legunt *Veſebius*), & Virgilium; modo denique *Vesbius*, ut Columella, Statius, Martialis, Silius Italicus & Valerius Flaccus, qui dixit etiam *Veſevius*; atque hinc patronimica *Veſvinus*, *Vesbinus* (11), *Veſuvia*, & *Veſevia iuga*. Itaque opportune adnotat *Torrentius* in Suetonium *loc. cit.* edit. Burmanni: *neque temere rei unius nomen toties immutatum invenies, ut taceam primam ſyllabam nunc produci, nunc corripi*. Sed undenam tanta unius vocis inconſtantia? Ex eo certe, quod cum nec Graecae, nec Latinae originis eſſet, ab utriſque varie ſcribebatur, prout varie efferebatur prae difficultate, quam in pronuncianda exotica voce eorum guttura experiebantur, non ſecus ac nos Itali, cum Arabas voces reddere volumus. Hinc factum eſt, ut cum aliqui ſigma valde ſibilans aure exciperent, illud per duplex ſigma reddebant, ſcribentes Ουεσσουιον, alii ſimplici ſigma erant contenti. Omnes vero adſpiratas, quibus ea vox referta erat, cum reddere Latinis, vel Graecis elementis non poſſent, Romani per *v* conſonans, vel per *b*, Graecanici per β, vel per diphthongum ου (12) defectum ſupplebant; primae vero ſyllabae quantitatem arbitrio relinquebant. Hinc etiam factum eſt, ut modo triſyllabum, modo quadriſyllabum idem nomen evaderet, prout vel β, vel ου in eo uſurparent.

(8) Dixi *fortaſſe*; Bochartus enim Phoenicibus ipſis eas nomenclationes tribuit, etſi huc adveniſſe neget.

(9) Siquidem utrique, diverſis licet temporibus, ab eadem ferme Orientis plaga profecti, eamdem una adfinem prope linguam in colonias a ſe in Italiam longe lateque ſparſas invexerunt, hoc eſt dialectum ex Hebraico Chaldaicoque ſermone proſeminatam. Oſcos enim h. e. primos harum urbium colonos, Herculis Phoenicii fortaſſe adſeclas, vel certe coaevos, Tyrrhenis congeneres, & finitimae originis fuiſſe multa docent ab eruditis obſervata, & ſcriptura ipſa teſtatur.

(10) Ubi non dubitandum, quin ſit quadriſyllabum, ut *DANVIVS* in numis, & lapidibus.

(11) In parietina inſcriptiuncula Pompeiis *Veſvinae* nomen proprium habetur *Part. III Tab. IV*, & apud *Gruterum p.* 214 exſtat lapis *Vesbino* poſitus, qui aedem Auguſtalibus exſtruxerat. Quae teſtimonia, cum ea ſint, ut a codicum deſcriptoribus corrumpi non potuerint, palam faciunt falſum fuiſſe *Thecae Calamariae* Auctorem, qui, ut Mazochio oppederet, *Veſvii* nomen nonniſi a Poetis ante Titum fuiſſe uſurpatum, ceteris prorſus inauditum probare contendit *pag.* 417.

(12) Idem in aliis vocibus a Graecis factitatum novimus, ut Ουρωνη apud Strab. (male legunt quidam Βερωνη) & Βερωνη apud Steph. ſic Ουαλης, & Βαλης, Σεβηρος, & Σευηρος in numis.

Quae cum ita ſint, cumque nulla ſignificatio ex ea voce ſive in Graeco, ſive in Romano idiomate extundi queat; ecquis perfracte negaverit exoticam eam eſſe, & ab Orientis linguis arceſſendam, ſi opportuniſſima ſignificatione praeditam docuerimus?

VIII. Orientalis Veſuvii etymon.

In memoriam igitur revocent Lectores, quod ab eruditioribus non ambigitur, *Veſtae* nomen, quod Numa a finitimis Tuſcis (13) cum toto eius cultu arceſſivit, nihil aliud, quam ignem ſonare, & recte ab Hebraeo אש provenire: quod ipſum nomen Chaldaeis, & Syris diſſyllabum fit, nempe אשא *heſſah*, & אשתא *heſtah*. Ex *Heſtah* vero, Aleph in Digamma tranſeunte, manavit haud dubie *Veſta*. Nec aliunde Graecum nomen Ηφαιςυ *Vulcani* traxit originem. Atqui & in Veſuvio eadem prorſus originationis ratio valet. Ex Chaldaico enim *Heſſah*, vel *Heſah* ſi utrumque Aleph in Digamma h. e. in *v* conſonum, vel *b* de more tranſmutaveris, *Veſav*, ſive (quia Tyrrhenis vocalis *u* prae omnibus amiciſſima fuit) *Veſuv*, ſive *Veſub*, ex quo, adiectivali terminatione adhibita, factum oportuit *Veſuvius*, vel *Veſuius*; vel *Veſvius*, vel *Besbius*, ut *ignitum*, ſive *ignivomum* notarent (14). Adiectivalem inquam terminationem; propterea quod iamdiu a Cl. Mazochio (15) demonſtratum fuit hoc nomen purum putum adiectivum eſſe, quod reſpicit *montem*, ut palam fit ex Campano marmore poſito *Iovi Veſuio*. Quod ideo animadvertendum duxi, ne cui ſcrupulum ingerat id, quod in *Veſta* una tantum adſpiratio in prima ſyllaba per *v* exprimatur, in Veſuvio autem binae ſerventur. Id enim factum eſt, quia in voce *Veſta*, ut latinus caſus de more ſervaretur, negligi oportuit, contra quam in voce *Veſuvius*, ubi conſona ad vitandum oris hiatum ante deſinentiam *ius* erat opportuniſſima.

IX. Incerta Herculanei ſcriptura, eiuſque etymon.

Si igitur tam prono alveo ex Orientali linguarum fonte Veſuvii etymon deſcendit, idque non minimum valet ad oſtendendum, qua potiſſimum lingua vetuſtiſſimi harum regionum incolae uſi fuerint, quidni ex eodem fonte, ſi facili negotio fieri queat, Herculanei, & Pompeiorum nomina derivabimus, poſteaquam de importunis veterum Scriptorum etymologiis ſatis fuimus conqueſti? *Herculanium* itaque, ut apud pleroſque ſcribitur, ſive *Herculanum* dixeris cum Tullio, (unde recte fluit patronymicum *Herculanenſis*, quod in noſtris lapidibus occurrit), ſive *Herculanium* cum Plinio *lib. III, c. 5*, & Capella *lib. VI* (mitto *Herclanium*, quod eſt in Tabula Peutingeriana) (16), quando ab Phoenicio illo duce nomen invenire non potuit (non enim Herculaneum, ſed *Charteia* dicta foret, non ſecus ac urbs ab eo in Hiſpania fundata, quae poſtmodum Graeca verſione dicta eſt *Heraclea*, ut obſervat Bochartus); videamus, an demta latina deſinentia ab illis elementis *Hercul* aliquid extundi queat. *Hercul* enim vetuſtiſſimum apud Oſcos, & Etruſcos fuiſſe nomen fit veroſimillimum. Quod ſi quis pro γνησια habeat aereum numum a Gorio, & Paſſerio adlegatum, quod in Montemellinio Muſeo Peruſiae adſervari teſtantur, in cuius adverſa parte Mercurii caput, in averſa vero eques palmam manu geſtans cum Etruſca epigraphe *ERCVL* habetur, res erit exploratiſſima. Etruſca enim, ſive Oſca epigraphe Herculaneo noſtro numum adiudicaret; ſed de eo ampliandum cenſeo. Quidquid autem de numo fit, primitiva illa vocis elementa *Hercul*, ſive *Hercol* (ſcitum eſt enim in Etruſcorum alphabeto *u* pro

(13) Hunc cultum ex Oriente ſecum Tuſcos aſportaſſe non dubitabit, qui noverit, quae de ſacro igne ab Hebraeis in Templo adſervato in ſanctis libris habemus.

(14) Equidem ſcio iſtas originationes pleriſque doctis viris, praeſertim Tranſmontanis, non admodum probari, qui aliunde potius, quam ab Oriente primos Italiae incolas arceſſere malunt: fateor etiam quoſdam noſtrates prurigine iſta, omnia etyma ab Orientalibus linguis derivandi plus nimio laboraſſe. Sed cum ineluctabilibus argumentis perſuaſum habeam, recta ex Aſia huc innumeras erronum colonias immigraſſe, ut in primis religio, mores, ſcripturaque teſtatum faciunt (praeter veterum omnium teſtimonium, qui ſive a Phoenicia, ſive ab Aegypto, ſive a Lydia, ſive a Phrygia, ſive denique ab Hellade arceſſant, non aliam profecto terrae plagam, quam Orientalem indigitant) operam minime luſiſſe mihi videntur, quotquot, poſthabitis Latinorum, Graecorumque plane futilibus etymologiis, utpote ex alieno ſolo petitis, in derivandis vocibus e veterum Orientalium linguis inſudarunt. Ex iis tamen eas tantummodo utroque pollice probaverim, quae nulla vi detortae & ſponte fluant, & rebus ipſis adprime quadrent. Ut ecce tibi quis non cum Mazochio *Addit. in Voſſ.* fateatur ab eodem *beſſab* Etruſcum *verſe* proveniſſe, quod Feſtus *ignem* notaſſe docuit? *Tuſcorum enim lingua*, ait, arſe *averte*, verſe *ignem conſtat adpellari*; ſicuti & *arſe* eſt ab הרט *evertere*, unde cum paragocico *he* imperativus procedit הרטה *borſa* vel *arſa everte*.

(15) In Commentar. ad Marm. Kalendar. ad Acta S. Patricii Martyris, & in Diſſert. *de Cathedr. p.* 237.

(16) Graeci item, quorum peculii ea urbs numquam fuit, ut infra demonſtrabimus, eodem modo dixerunt Ηρκολανεον, ut Dio, vel Ιρκουλανεον ut Zonaras, vel Ηρκλανον, ut Antoninus *c.* 4 §. 48 (V. ibi Gataclerum). Strabonem non moramur, qui maluit graeciſſare, & perſuaſus Herculem auctorem habuiſſe ab Ηρακλει fecit Ηρακλειον, non ſecus ac Ovidius dixit *Herculeam urbem*: idque libentius fecit, cum alia urbs in Theſſalia Ηρακλειον diceretur, a Livio dicta *Heracleum*: qui ſi latinitate eam donare voluiſſet, adpellaſſet utique *Herculaneum*. Eodem pacto Strabo *Minervae promontorium* dixit graeciſſans Αθηναιον.

pro *o* fumi) non quidem violentius detorta, fed fponte fua, uti iacent, fignificationem per quam loco adcommodatam fubpeditant. Sonant enim hebraice *mons crematus*, ex הר *mons*, & קלי *torrefactus* a קלה *torrefecit* (17). Quae fane adpellatio, uti opportuniffimam pofteris five Latinis, five Graecis anfam praebuit, ut de Herculis nomine dictam venditarent, quando de peregrini ducis adventu fama erat. Itaque rem nobis ulterius perpendentibus ex illorum vocabulorum numero ea vox videtur, in quibus, ut Bochartus ait (*praef. in Canaan*) *multae res tamquam in myrotheciis inclufae latent*. Ecquis enim non videt ipfiffimum Herculanei fitum graphice ea nomenclatione defcriptum? In colle enim, & quidem Vefuvinis incendiis concremato, fuiffe eam urbem pofitam tam certum eft, quam quod certiffimum, ut iam obfervavimus, & infra iterum oftendemus. Nec enim in imponendis nominibus aliud temporum heroicorum homines ab infequutis aetatibus confueverant; id quod vel ex Mofis hiftoria univerfa poteft intelligi (18). Itaque cum Vefuvii ignitae vomitiones aequale monti fenium habeant, quaecumque circa regio ignitis torrentibus obducebatur, eam, non fecus ac hodie (19), ab illa calamitate fibi nomen quaeri oportuit. Hoc ipfum igitur Herculaneo, cuius folum non modo crematum fuiffe noverant adcolae, fed ex ipfis igneis adgeftionibus concretum, nomen invenit (20).

X. Pompeiorum etymon.

Hoc ipfum & Pompeiis obtigit; ibi enim non minus, quam Herculanei Vefuvinarum eructationum monumenta exftabant. Prae reliquis autem torrens igneus, qui noviffimus illuc advenerat, ubi Pompeii conditi fuerunt, utpote qui fupra reliquos pofitus adpareat, de eo dubitare non finit. Hic enim, cum deferbuiffet, in porofos lapides concrevit, dictos *fpongias pompeianas* (21), qui partim nigri, partim rubefcentes, non aliud fpectantibus ad hunc ufque diem exhibent, quam prunarum acervum, cuius pars reftincta penitus fuerit, pars vero viva adhuc, fed veluti cinere obvelata languido rubore fplendeat. Quod fpectaculum, cum in omnium oculos incurreret, quid verofimilius, quam ut inde loci nomen factum fuerit? Et re quidem vera, *Pompeii* vox, quae pueriliter a Graeco πομπη trahitur, & Graeci peculii non effe vel ex varia Graecorum fcriptura evincitur (Dionyfius enim fcribit Πομπηια, Strabo Πομπαια, Dio Πομπιοι) & proinde fenfu vacua, fi Phoeniciis eam adiudices, ftatim tibi nulla vi detorta loci adfpectum depinget. Etenim פחם פיח *pom-pia* bina funt

(17) Fortaffe etiam ab חרך *barac* vel *berac*, quod Hebraeis eft *cremare*, Chaldaeis vero Syrisque intranfitivum eft, & valet *aduri*, *uftulari*; ita ut participium *berac* idem valeat, ac *crematum*. Vel ab חרה קליא *ardens igne*, ut Martorellius in *Thecla Calamar. pag.* 565. Atque hinc fortaffe factum, ut cum incolae thermas quafcumque *berac* dicerent, Graeci de fuo ἡρακλει interpretantes ἱερα Ηρακλεως adpellarent, ut Athenaeus *lib. XII* nos docet inter alia id quaerens: δια τι τα θερμα λουτρα τα φαινομενα εκ της γης παντες Ηρακλεους φασιν ειναι ἱερα; *cur calida balnea e terra fcaturientia omnes Herculis facra effe dicunt?*

(18) Huiufmodi funt *Horma*, *Moriah*, & fexcenta alia, quorum etyma a S. Scriptore indigitantur. Sed ne a propofito abfcedamus, terra *Gomer*, docente Bocharto in *Phaleg. lib. III*, *c.* 8, *p.* 172, fic dicta eft, quia igne *confumta*, a גמר *gamar*. Eadem enim erat ac *Phrygia*, ita a Graecis adpellata απο του φρυγειν *torrere*. Et quidem eius pars erat regio, quae κατακεκαυμενη *cremata* dicebatur; de qua videfis Stabonem *lib. XII*, *pag.* 579, ubi eius folum fic defcribit: ευθρυπτος εστι γη και ψαθυρα, πληρης τε ἁλμυριδος, και ευεκπυρωτος, *terra fragilis eft & friabilis, & plena falfuginis, & valde inflammabilis*; & iterum *lib. XIII*, *pag.* 628: εστι δε ἡ επιφανεια τεφρωδης του πεδιου, ἡ δε ορεινη και πετρωδης, μελαινα, ὡς αν εξ επικαυσεως, *camporum fuperficies eft cinericia: montana & faxofa funt nigri coloris, veluti ex aduftione*. Atque hinc rectiffime conligit Geographus, inepte quofdam fuo aevo a fulminibus coelo olim delapfis id repetiffe, cum potius ὑπο γενομενος πυρος *a fubterraneo igne, cuius deinde fontes reftincti fuerint*, effet repetendum. Deinde fubdit: το δ᾽ ευαμπελον την τοιαυτην ὑπαρχειν γην λαβοι τις αν και εκ της Καταναιας της χωσθεισης τῃ σποδῳ, και νυν αποδιδουσης οινον δαψιλη, και καλον, *vitiferam vero hanc tellurem effe, intelligi etiam poteft ex agro Catanenfi, qui cinere oppletus adhuc pulchri vini copiam fubpeditat*. Quae ideo fufius retuli, ut quifque videat, quam gemella fint iis, quae de Vefuvio idem Geographus habet loco fuperius citato.

(19) Haud fcio an aliquis huic etymo nolit adquiefcere idcirco, quod novit Herculanenfes Herculi devotiffimos fuiffe, Caefaris Capacii *Hift. lib. II cap.* 9 teftimonio edoctus, qui ait: *Hercules femper ibi marmoreas reperiunt*. Et quidem e nuperis Regiis excavationibus, etfi non tam multa, quot venditarunt, Herculea figna prodierint, unum tamen atque alterum procul dubio effoffum eft, & praeterea plures picturae Herculis gefta exhibentes. Quid proinde? Non negamus utique Herculanenfes id fibi libentiffime perfuafiffe, & de ea fabula mirifice placuiffe, atque propterea praecipuum Herculi cultum oftentaffe; fed inde confici, ut ab *Herculis* nomine *Herculaneum* dictum primo fuerit, id vero abnuimus.

(20) Palam exempla funt. In infula Enaria cum ab hinc 400 & amplios annos mons Epopeus arfiffet, rivus igneus inde ad mare pertingens, qui lapidefcens fqualorem ingentem locorum amoenitati obduxit, vulgo dicitur *l'Arfo*. Nec fecus apud Vefuvium plura fimilia funt loca, quae itidem dicuntur *l'Arfo*, & antiquitus dicebantur latine *Cremata*.

(21) Hic nempe eft *pumex*, five *fpongia Pompeiana*, ex qua Vitruvius Vefuvium olim arfiffe argumentum capiebat, ut *cap. I* adnotavimus. Idemque fpongiofus lapis hodiedum *pumex* vocatur fufpendendis fornicibus aptiffimus.

ſunt nomina, quae nihil aliud Hebraice ſonant, quam *carbo* & quidem *extinctus*, teſte R. Elia, & *favilla*, quae ſub cinere deliteſcit (22). Criticis lectoribus iudicium eſto, num invita trahatur haec etymologia (23), an ſponte ſua fluat? & an veroſimilius ab Hebr. פומה derivetur.

XI. Strabonis locus de Pompeiis reſtituendus.

Ne autem id, quod eſt, reticeamus, ea απο της πομπης etymologia, licet a Graecis cuſa adpareat, tamen apud Latinos tantum invenimus; Graecos vero doctiores, ut Diodorum, & Dionyſium ab ea referenda conſulto abſtinuiſſe ducimus. Sed Strabo aliam prorſus nominis derivationem inculcare mihi videtur, certe veroſimiliorem, niſi temporum & hiſtoriae ratio obſtaret. Quomodo enim Graecum nomen factum fuerit urbi, quae ante omnem Graecorum in Italiam adventum fundata, Graecis numquam paruit? De ea tamen aliquantiſper diſſerere non piget, ut adfectum Geographi locum, qui hanc noſtram urbem reſpicit, reſtituamus. Ipſe igitur *lib. V*, *p. 247*, cum de variis Pompeiorum dominis ad Romanos uſque verba feciſſet, ſic pergit: Νωλης δε, και Νουκεριας, και Αχερρων ... επινειον εστιν, η ποιει παρα τῳ ποταμῳ Σαρνῳ και δεχομενῳ τα φορτια, και εκπεμποντι, quae verba ſic vertit Interpres: *Nolae autem, & Nuceriae, & Acerrarum navale eſt, Sarno flumine excipiente, & tranſmittente merces*: qua in verſione quisque videt omiſſa eſſe verba η ποιει, quippe, uti iacent, ſenſu omnino vacua. Quare ibidem Caſaubonus adnotat: *verba* η ποιει *videntur omnino inducenda*. Atqui ea verba in omnibus exſtant, quos conſului, mss. codicibus, etſi vario ſpiritu, & adcentibus ſignentur. Non temere igitur inducenda, ſed potius reſtituenda putarem, ſi quam minima mutatione inde optimus ſenſus exſculpi queat. Et quidem disiunctiva particula η *vel* quid aliud exerta voce clamat, quam quod ſibi nomen aliud ſubreptum ſit, quod antecedenti επινειον reſpondeat? Quid enim ſibi vult illud ποιει? Vel quid ſignificabunt haec verba: *navale eſt, vel facit apud Sarnum excipientem, & traſmittentem merces?* ſic enim melius vertendum eſt παρα το Σαρνῳ. Deeſt igitur procul dubio nomen aliud, quod Geographus conrectione uſus melius, quam επινειον, quadrare ſequentibus verbis παρα τῳ Σαρνῳ *apud Sarnum* inſinuet. Pro eo autem inrepſit, neſcio quo pacto, illud ποιει; ſed certe non alia putaverim de cauſa, quam ſoni adfinitate. Nullus igitur dubito, quin legendum ſit επινειον, η πομπειον, quibus nominibus belle reſpondent bina participia δεχομενῳ, και εκπεμποντι. In quantum enim ea urbs ad Sarnum poſita exciperet merces επινειον h. e. *emporium* (24) erat, in quantum vero per flumen ad vicinas urbes *tranſmitteret*, πομπειον optime dici poterat. Adde, quod mendoſa vox ποιει a πομπειῳ facile deformari quibat. Quod ſi ea lectio pro vera habeatur, quisque videt, quam delicate Geographus ετυμον Pompeiorum inſinuare curaverit, interim dum vulgarem etymologiam, quam flocci faciebat, aperte reiicere non auderet.

XII. Quid πομπειον Athenis fuerit.

At enim, inquies, optima fortaſſe lectio, dummodo πομπειον eo ſenſu adcipi poſſit, pro loco ſcilicet, unde adſervatae merces emittantur: atqui id novum prorſus eſt, & inauditum. Ego vero, etſi nusquam eo ſenſu apud ſcriptores occurreret, nullus dubitarem, quin ad eum ſenſum trahi optime poſſit verbale hoc a πεμπω *mitto* derivatum; ut ſcilicet *mittendi locum* πομπειον notare poſſet: quod utique Straboni ſatis erat, ut inde Pompeiorum originem derivaret. Numquid non dictus eſt πομπαιος Mercurius, qui deſunctorum animas ad inferos deduceret? Numquid non πομπος, πομπευς, & πομπευτης ille dicitur, *qui aliquem deducit, vel tranſmittit*? Numquid πομπευω non valet *deducere, tranſmittere*? Quid quod non conceſſerim eo ſenſu apud veteres πομπειον caruiſſe? Nec enim auctoritate Henrici Stephani, Sigonii, Meurſii, aliorumque frangor, qui ea voce deſignari apud veteres aiunt vel vaſa in pompis deferri ſolita, vel aedificium, quo ipſamet vaſa adſervarentur. Enimvero publicum aedificium fuiſſe procul dubio evincitur e duobus Laërtii locis. In Diogenis enim vita *lib. VI* refert Cynicum dictitare ſolitum, *Athenienſes ſibi loca, ubi inhabitaret, adparaſſe*, δεικνυς την του Διος στοαν, και το πομπειον. *innuens Jovis porticum, & Pompeum*; & *lib. II* Socrati ſtatuam εν τῳ πομπειῳ fuiſſe poſitam narrat. At cuinam uſui huiuſmodi aedificium erat conſecratum? Id ſane non aliunde expiſcari poſſumus, quam ex Demoſtene, qui in Oratione in Phormionem de frumento loquitur, quod εν τῳ πομπειῳ Athenienſes menſi fuerant. Quare eius auctoritate permotus Pollux in ſuo *Onomaſt. lib. IX, cap. 5*, cui titulus: περι των κατα θαλατταν μερων της πολεως, *De urbis partibus, quae ſunt ad mare*,

ſegm.

(22) Quo ſenſu adcipitur *Exod. IX*, 8.

(23) Jacobus Martorellius in *Thec. Calam. p.* 565 aliunde *Pompeii* nomen derivavit, h. e. a פום פיח *os flammae*.

(24) Επινειον & εμπορειον ſynonima eſſe apud Graecos, & in primis apud Strabonem pluribus docuit Mazochius in *Tabul. Heracl. pag.* 37, *n.* 59 & *pag.* 111, *n.* 80.

ſegm. 45 inter alia publica aedificia poſt ταμεια *penus* , & σιτοβολια *horrea* , πομπειον recenſet his verbis: ὁπου δε και πομπειον ειη αν οικημα κοινον , Δημοσθενους ειποντος εν τω προς Φορμιωνα περι δανειου· και ταυτα ιστε εν τω πομπειω διαμετρουντες : *certe quidem* πομπειον *publicum aedificium fuit , cum Demoſthenes in Phormionem* de mutuo *ſcribat: haec noſtis , cum in Pompeo dimenſi eſſetis*. Pollux igitur de hoc aedificio id tantum noverat , quod e Demoſthene didicerat , & ideo non inter loca ſacra , vel ſacris addicta , ſed inter ea aedificia recenſet, quae ad mare, & a σιτοβολιοις non multum abeſſent. Eruditi autem nuper a me adlegati , neſcio qua opinione abacti , ſed nullo ſane fundamento, de pompa unice cogitantes, commenti ſunt aedificium unis pompae vaſis ſervandis deſtinatum. Sed ex Demoſthenis verbis luce clarius evincitur πομπειον nihil aliud fuiſſe, quam aedificium mercibus ſervandis paratum, unde pro opportunitate adſportarentur. Orator enim ſuorum clientum nomine inter alia, quibus de Athenienſium republica illi benemeriti olim fuerant , haec commemorat : ότε ὁ σιτος επετιμηθη προτερον , και εγενετο εκκαιδεκα δραχμων , εισαγαγοντες πλειους η μυριους μεδιμνους πυρων διεμετρησαμεν ὑμιν της καθεστηκυιας τιμης πεντε δραχμων τον μεδιμνον. και ταυτα παντες ιστε εν τω πομπειω διαμετρουμενοι , *cum frumenti pretium carius evaſit, & ad ſedecim uſque dracmas pervenit , nos adſportantes plus decem millibus medimnis , emenſi fuimus ſolito quinque dracmarum pretio: atque id vos omnes noſtis , qui in Pompeo illud menſi fuiſtis* . Iam vero ex hiſce verbis quis non videt *Pompei* aedificium ſervandis frugibus, aliiſque id genus mercibus fuiſſe? Anne fiet veriſimile, Athenienſes frumentum metiri ſolitos , ubi ſacra Pomparum adſervarentur, & non potius , ubi foret aliquantiſper detinendum? Pollux certe id ſibi non perſuaſit. Πομπειον igitur Athenienſe aliud, ni fallor, eſſe non potuit , quam promptuarium mari proximum importandis mercibus, unde pro opportunitate emitterentur : quod pro Graecorum more circumpoſitae erant porticus, quae ſtatuis , & picturis ornabantur, non ſecus ac publica aedificia, quae vulgo adpellamus *Dogane*, vel *Caricatoj*. Optime igitur Strabo Pompeios, niſi vera etymologia, certe pulchra nominis adluſione , vocavit trium urbium finitimarum επινειον, η πομπειον *emporium* , *ſive promptuarium* ad flumen poſitum, quo merces importarentur, & per aquas exportarentur (25). At remotiſſima urbis fundatio, & nulla cum Graecis communio nos vetant , quominus Geographo ſubſcribamus : iuvit tamen eius mentem adſequi , ubi de ea urbe , de qua quaerimus, mentionem facit .

C A P. IV.

De Herculanei ſitu , & ambitu .

I. Quis noſtrae inveſtigationis ſcopus.

Cum de geminarum urbium antiquiſſima fundatione ſermonem habuerimus, antequam ad earumdem colonos, dominoſque adgrediamur , operae pretium eſt, de amoeniſſimo earum ſitu inquirere . Ne quis tamen operam nos ludere velle arbitretur . Non enim argumenta huc congerere mens eſt in retroactorum temporum Philologos, qui in eo urbium ſitu inveſtigando aberrarunt . Res nunc de ſe loquitur , cum ambae urbes Regum noſtrorum munificentia lucem iterum adſpexerint , & cuique viſendas ſe praebeant ; nec alias , ab iis, quas quaerimus , eſſe litterata monumenta vel minimum ambigere ſinunt . Animus igitur eſt veterem totius plagae ſitum harum rerum cupidis , exteris praeſertim , quibus adire eas non licet, ita exhibere , ut ſtatim diſcant, & quam immutata hodie ſit eius facies , & quae fides habenda ſit veteribus , quos uſque paſſim carpunt , qui eorum dicta minus adſequi valent . Etenim ſi eam regionem inſpicias, ubi geminae iacent urbes , incredibile putes eam ipſam eſſe , de qua veteres fabulati ſunt , adeo immutata ſunt omnia .

II. Veterum de Herculaneo teſtimonia.

Quod ut perſpicuum fiat, ecce tibi, quae de Herculanei poſitu teſtatum reliquerunt L. Siſenna , Dionyſius Halicarnaſſeus , & Strabo . Antiquioris omnium Siſennae , qui ante annum ab U. C. ſeptingenteſimum ſuas hiſtorias deſcripſerat , fragmentum opportuniſſime nobis ſervavit Nonii Marcelli Grammatici diligentia, qui *Cap. III*, quod *de diſcretis generibus* inſcribitur , ſic ait : *Fluvius maſculini generis, Fluvia feminini, ut amnis* (1) *plerumque . Siſenna Hiſtor. lib. IV: quod oppidum* (de Herculaneo loquitur , ut infra vides) *tumulo in excelſo loco propter mare , parvis moenibus , inter duas fluvias infra Veſuvium collocatum . Idem eodem: transgreſſus fluviam, quae ſecun-*

(25) Atque hinc factum reor, ut Strabo non πομπηιαν, vel πομπιους, ut alii, ſed πομπαιαν maluerit adpellare, quaſi urbem *tranſmittentem* merces. Forſitan & alia reperientur. At non continuo ea uſurpatio pro trita haberi poteſt. Quocirca Nonianum *plerumque* pro *interdum* adcipiendum eſt : quo modo Nonii ſaeculo το *plerumque* uſurpabatur .

(1) Nota ſunt Plauti , Naevii , Varronis, & Feſti loca, in quibus *Amnis* eſt generis ſequioris.

cundum Herculaneum ad mare pertinet (2). Quibus verbis tam graphice oppidi ſitus deſcribitur, ut nihil ſupra. Dionyſii autem locus idem eſt, quem ſupra recitavimus, de Hercule eius fundatore: Πολιχνην επωνυμον αυτου κτισας, ενθα στολος αυτῳ ενναυλοχειτο, ἣ και νυν ὑπο Ρωμαιων οικουμενη, και Πομπηιας εν μεσῳ κειμενη, Νεαπολεως τε, λιμενας εν παντι καιρῳ βεβαιους εχουσα: *oppidulo ſibi cognomine condito, ubi claſſis eius ſtativa habebat, quod nunc a Romanis habitatum exſtat inter Pompeiam, atque Neapolim, tutos omni tempore portus habens*. Strabo denique *lib. V, p.* 247, ubi de Neapoli dixerat, ſic proſequutus eſt: εχομενον δε φρουριον εστιν Ηρακλειον, επικειμενην εις την θαλατταν ακραν εχον, καταπνεομενην λιβι θαυμαστως, ὡσθ᾽ ὑγιεινην ποιειν την κατοικιαν: *Caſtellum proxime ſequitur Herculaneum, promontorium habens, quod mari imminet, & Africo mirifice perſpiratur, ita ut ſaluberrimam eius habitationem efficiat*. Ex coacervatis itaque hiſce teſtimoniis illud confici debet: 1 Herculaneum *oppidulum* non ſatis amplum fuiſſe, cum dictum fuerit πολιχνη, & φρουριον; 2 *infra Veſuvium fuiſſe poſitum*; 3 *in excelſo loco propter mare*, h. e. επικειμενην εις θαλατταν ακραν εχον; 4 contra Libicum, λιβι καταπνεομενην; 5 *inter duas fluvias*, quarum altera *ſecundum oppidum* flueret; 6 non unicum habuiſſe portum, λιμενας βεβαιους εχον.

III. An Veterum deſcriptio detectae urbi quadret.

Iam vero ex hiſce urbis characteribus, bini quidem primo obtutu nuper effoſſae urbi convenire videntur, ut ſit ſub Veſuvio, & contra Africum, quo adhuc mirifice ea regio perflatur, poſita; tertium vero, quod ſatis exigua foret, ex ipſis effoſſionibus compertum habemus. Sed ſi tumulum, ſive promontorium quaeras, ſi fluvios, ſi portus, nullibi ea exſtare comperies. Hinc parcendum Philologis noſtris, qui Herculaneum ultra mille paſſus ablegarunt, & in eo tractu ſtatuerunt, ubi hodie exſtat populoſiſſima villa Turris Graeci, ſive Octavae. Ibi enim, qua parte *Caſtellum* (3) nuncupatur, cum promontorium ad mare uſque procurrens intuerentur, hinc inde maris ſinus olim fuiſſe poſitos, & navibus recipiendis opportunos ſuſpicarunt; flumina porro non alia dixerunt, quam Sarnum, & Sebethum, longo ſane diſſita intervallo. Num igitur coaevos ſcriptores ſomniaſſe dicemus, an fidem oculis noſtris denegabimus, qui theatrum, templa, baſilicam, vias, muros, ſepulchra ſubſtratae urbis, non ſine litteratis marmoribus quamplurimis, quae ad Herculanenſes ea omnia pertinuiſſe teſtantur, vidimus? Neutrum ſane. Sagaciter enim inveſtigando rem acu tetigiſſe veteres ſcriptores deprehendimus, vel inde magis magisque edocti, quam temere, ubi noſtram ignorantiam fateri erubeſcimus, ſupinitatis, vel mendacii antiquos arguimus. Tumulum igitur Herculanenſem, & duplicem portuoſum ſinum, & fluviorum alveos inveniſſe laetamur. Qua de cauſa eruditis non modo, ſed & naturalis hiſtoriae cupidis quammaxime gratificatum ire ſperantes, vetuſtam totius Herculanenſis agri faciem in mappa adcuratiſſime delineatam exhibemus. Neu quis putet eam divinando ex ingenio fuiſſe confictam. Quo enim artificio eam deformavimus, aperire non piget.

IV. Quo pacto primaevi ſoli facies dignoſci queat.

In primis igitur noſſe oportet totum illum terrae tractum, quem in mappa expreſſimus, ſub Tito Veſuvina adgeſtione aeque obrutum fuiſſe, non quidem liqueſcenti materie, quae torrentis inſtar fluit, & mox deferveus lapideſcit (4), ſed ignito lapillorum, ſive pumicum cinerisque volumine, quod praeceps ſeſe per montis declive devolvens, ad mare uſque tetendit, ut infra docebimus; quodque temporis tractu in tophaceum lapidem paſſim coaluit, quem hodie vulgo adpellant *pappamonte*. Huiuſmodi enim materiem, qualis Herculaneo ſuperimponi cernitur, ubicumque in eo regionis tractu effoderis, invenies; per octo enim milliaria ſecus mare extenditur, ab eo ſcilicet loco, quem *Petralbam* adpellant, ad uſque Oppidum Turris Adnunciatae: ſurſum vero ad montem uſque adſcen-

(2) Ea hiſtoria fortaſſe ad Minatii Magii Aſculanenſis geſta pertinebat, cum Herculaneum ſociali bello cepit, de quo Velleius Paterculus abnepos loquitur; fortaſſe etiam ad Sp. Carvilium, qui idem oppidum multo ante e Samnitibus ceperat, teſte Livio, ut infra *cap. VII*.

(3) Caſtellum illud praetorium eſt, quod oblectationis gratia ab Alphonſo Aragonenſi Rege aedificatum poſt annum 1442 vulgo tradunt. Poſitum eſt autem in promontorio ſatis alto, quod antiquiſſimus lapideus torrens e Veſuvio eructatus efformaverat; quodque ante annum 1631 ad uſque parvum maris ſinum procurrebat: tum vero ex vulcanici pulveris adgeſtione eo ſinu oppleto, aliquantulum a mari recedens hortis imminebat: nunc autem poſt annum 1794 amplius receſſit, alio torrente lapideo marinas undas propulſante. Hoc vero idcirco *Caſtelli* nomen habuit, quia ei promontorio impoſitum fuit, ubi a Federico II ducentis iam ante annis Turris exſtructa fuerat, & quidem a Neapoli *Octava*, unde oppido nomen haeſit.

(4) Talis eſt lapidea illa concretio, quae totum illum tractum occupat, ubi pſeudurbana Herculanenſis domus effoſſa eſt. Falſo enim putarunt aliqui eam Tito coaevam fuiſſe, ex eo quod coaevis aedificiis ſuperſtare viderunt. Eam enim longa poſt intervalla eructatam fuiſſe certiſſimum eſt, cum inibi alia aedificiorum rudera, & cemeterium inventum ſuper topho illo fuerit, cui Herculaneum ſubeſt, ut infra narrabimus *Cap. XIII*.

ſcendit. Ea autem, etſi fere ubique eiuſdem altitudinis (demtis tantummodo extremitatibus) in aequidiſtantibus a monte punctis inveniatur; non ubique tamen in eodem plano conſiſtit. Sed eſt, ubi ad hodiernam uſque ſuperficiem adſurgat; ita ut inſequutae adgeſtiones vix eius altitudinem adaequent; eſt vero, ubi modo plus, modo minus in imum deprimatur. Id quod argumento eſt, immenſam illam lapillorum cineriſque ſtruem, quae tanto impetu in ſubiectum ſolum ſeſe ex aequo exoneravit, etſi rura & urbes, & colles, & valles infra ſe premeret; tamen veterem ſoli deformationem plus minus conſpicuam ſervaſſe. Etenim cum minime liqueſcens ea materia eſſet, non utique ex liquidorum lege ima petiit, ita ut vallibus magis, quam tumulis inſideret; ſed contra, cum diſſoluta eſſet maſſa, quae vehementiſſimo impetu propulſa tantum iter per aëra confecit, ex aequo fere excelſa, ut ima contexit; non ſecus ac cum alta nive, vel grandine montes valleſque obveſtiuntur. Quo autem machinamento eam materiem mons ita evomuerit, fuſe *Cap. XI* differemus. Hinc igitur factum oportuit, ut & valles, & plana, & colles poſt eam eruptionem adhuc adparerent. Sequutis autem temporibus, cum valles prius liqueſcenti, ut fit, materie, & mox anno 1631 ingenti illa ſcoriarum egeſtione, aquarum vi propulſa, eſſent oppletae; ſubinde alia prorſus regionis facies evaſit, & fere complanata adparuit; etſi poſtea novam alicubi ſcabritiem aliae atque aliae eruptiones in eo ſolo creaverint. Hinc autem, ſicuti ea omnia, quae ſuper terreum illud, ac tophaceum Herculanenſe tegumentum impoſita cernimus, eſſe poſteriora Titianis temporibus eiectamenta haud aegre colligimus; ita contra quidquid ſub illo deprehendere licuit, ad veterem, prout ante Titum exſtabat, ſolum pertinere manifeſtum eſt.

V. Qua ope exploravimus.

Hiſce igitur pro explorato habitis ad tentandum ſolum ventum eſt; idque puteorum ope, qui paſſim ab incolis nec labore, nec ſumptu deterritis effoſſi inveniuntur, peragi potuit. Etſi enim tota huiuſce telluris compages variis Veſuvii eiectationibus, & lapideſcentibus rivis intertexta adpareat; tamen eo tophi Herculanenſis indicio, quid antetitianis temporibus, quid ſequioribus eſſet adſcribendum, ſtatim patuit. Atque hinc explorare licuit, ubi olim in tumulos ſolum adſurgeret, ubi in planitiem aequaretur, ubi denique in valles deprimeretur; nec non quouſque litus ante Titum procederet, & ubi admiſſo mari ſinuaret (5). Nam ubicumque ſub topho arena maris inventa eſt, quis negaverit marinam plagam olim fuiſſe?

VI. Duplicis mappae adornatio.

Id autem ut fidelius, ac luculentius lectorum oculis exhiberetur, duplicem huiuſce telluris faciem, prout eam deprehendimus, delineandam in mappis curavimus? Idcirco tabulam inſtruximus, quae praeſentem regionis ſtatum ita exhiberet, ut in ea non modo quidquid ſolo ſuperimpoſitum humana induſtria exſtat, adſpicere queas, ſed etiam ſoli naturam diſcas. Cum enim illud totum ex Veſuvii adgeſtionibus conſtet, ad tres potiſſimum ſpecies referri ipſae poſſunt. Prima eſt lapidearum maſſarum, quae a monte candentes, & liqueſcentes eiectantur: altera eſt ferrugineae terrae, & ſcoriarum, quae anno 1631 aquae torrente abrepta ibi potiſſimum confluxit, ubi ſolum deſidebat, quaeque apud incolas audit *terra di fuoco*: tertia denique eſt Titiana adgeſtio, quam adpellant *terra vecchia*, vel *pappamonte* cum in tophum coaleſcit; quae ſicubi nuda adparet, certiſſimo eſt indicio, eum locum in altitudinem olim fuiſſe poſitum. Has igitur ſpecies vel colore, vel viriculi tractibus diſtinguendas curavimus. Quare invenies lapideſcentium rivorum flexuoſos ductus rubrica depictos; terram vulcanicam anni 1631 ſpiſſioribus viriculi ductibus deſignatam; quidquid ſupereſt *veteri telluri*, ſive Herculanenſi topho adſcribere tute potes.

(5) Haec quoque inveſtigatio diuturnis aſſiduiſque ſtudiis ſtrenui Socii noſtri Franciſci Vega debetur. Quod enim nunc ſapienter excogitatum, recteque factum ſua ipſa ſimplicitate ſe probat, non niſi ſumma induſtria, & multiplici labore inveniri, ac perfici potuit. Difficultatis autem caput fuit in definienda antiqui litoris linea. Cum enim vix tres putei ſecus litus exſtarent, qui ſua altitudine ad uſque maris libellam deſcenderent, principio opus fuit totam exhaurire aquam, ſi forte inferius marinum ſabulum inſideret; quippe quamplurimis experimentis monumentiſque didiceramus, mare a Titi aevo ad decem fere palmorum altitudinem excreviſſe. Et re quidem vera, cum ad eam altitudinem ventum eſt, arena comparuit. At quomodo ex hiſce tribus punctis tota litoris flexuoſitas deſcribi poterat? Alterius igitur indaginis opus fuit. Explorata enim ex hiſce tribus punctis Titianae eruptionis in veteri plaga altitudine, neceſſe fuit totum litoralem tractum ad libellam & regulam exigere. Quippe & multiplici experimento didiceramus, eam adgeſtionem in aequalibus a vertice montis diſtantiis aequalem altitudinem habere, praeter quam in extremitatibus, & ubiquumque vel caſu aliquo, vel hominum artificio decrevit, vel excelluit: quae omnia prae oculis habere diligentiſſimus inveſtigator non deſtitit. Facili vero coniectura concipi poteſt, eam materiem, cum in maris aquas ſeſe infudiſſet, a litorali altitudine non parum decreſcere debuiſſe.

tes. Quod si tum Titianae, tum posteriorum eiectationum varia altitudo in hac mappa designari aliquo pacto potuisset, sub oculis haberes, unde veterem soli faciem, excepto tamen litore, argueres.

VI. Alterius mappae subsidium.

Sed quoniam impossibile id omnino erat, propterea alteram adornavimus mappam, in qua, detracto veluti omnium posteriorum adcessionum cortice, nuda ea tellus adpareret, qualis ante Titiana tempora exstitit, in eaque veteris Herculanei rudera, qualia effossa per nos fuere, delineavimus. Habes praeterea in hac tabula litoris antiqui terminos, & hodiernum etiam litus quousque processerit, hac nota ⩯ indicatum. Designatos etiam passim in ea invenies sub nota ⊙ puteos, quibus ad subiectum solum explorandum usi sumus: nec non aliorum aedificiorum rudera, ubi detecta fuere, adsterisco * indicavimus. Utramque porro mappam, craticulatis lineis, & respondentibus litteris aeque instruximus, ut facile cuivis liceat explorare singulis veteris regionis punctis, quid hodie supersit, vel contra.

VIII. Verissima Veterum descriptio e mappa adparet.

Iam vero, ubi antiquae regionis mappam sub oculos habueris, statim disces, quam graphice coaevi scriptores eius situm descripserint. Videbis Herculaneum εν ακρᾳ (6), sive *in tumulo propter mare* positum, quod tunc temporis octoginta circiter passus introgrediebatur: eius autem tumuli altitudinem statim metieris, ubi animadvertes subsequutas eructationes ipsum adscendere non potuisse, sed in inferioribus hinc inde stetisse; adeo ut hodie magno cum incremento vix eam altitudinem adaequent. Videbis urbis ambitum sane quam exiguum, quare φρουριον, & πολιχνιον adpellaverint. Etsi enim integrum urbis circuitum exploratum non habeamus, tamen orientem versus sepulchra, ubi exstarent, deprehendimus, & hac nota § designavimus; ab occidente vero statim post theatrum vallis subiacebat pluviis fortasse aquis secundum muros excavata. Sed, quod magis interest, videbis satis reductos maris sinus oppido hinc inde adiacentes, ex triplici telluris lingua efformatos longe in mare procurrenti, qui veterum navigiis, si non portus numeris omnibus absolutos, certe tutam stationem, adiuncta etiam fortasse artis ope, praebere poterant. In horum altero, quem *Retinam* vocabant, Romani classiarii excubabant, ut infra ostendemus. Videbis denique duas *fluvias* a Sisenna commemoratas, sive earum alveos, quibus oppidum in medio claudebatur. Sed de his fluviis, ne lectoribus fucum facere videamur, aliquanto laxius est differendum.

IX. Constans fluviorum memoria.

Principio illud pro certo habendum, quod Macrinus in *De Vesuvio cap. 7.* ante annos centum & quinquaginta tradidit hisce verbis: *Manet apud incolas tradita quaedam per manus a maioribus, & in posteros transmissa de fluminibus memoria: duo narrant prosiluisse olim e Vesuvio flumina.* Quod testimonium eo libentius recipimus, quod ipse auctor, qui illud produxit, eo usus non est. Quippe cum non bene fultam eorum opinionem, qui ea flumina Veserim fuisse, & Draconem dictitabant, comperisset, eam simul cum fluminibus omnino reiecit. Ceterum a quinto usque saeculo Procopius *de Bell. Goth. lib. IV cap.* 3 testatum reliquerat circumpositam Vesuvio regionem aquis potabilibus abundare: κατα τουτον δε τυ βεσβιου τον προπεδα ὑδατυ πηγαι ποτιμου εισι; etsi in eo peccaverit, quod ex eisdem fontibus Draconem manare adseruerit. Et ipsemet Macrinus *l. c.* addit minime spernendas de antiqua horum fluminum exsistentia coniecturas his verbis: *Addunt quoque ad argumentum coniecturas, scilicet legi feudalium agrorum antiquas investituras, in quibus a domino aquae, aquarumque decursus, & ius aquandi concedebatur; frustra, si aquarum beneficium ibi natura negaret.* Eas autem instrumentales tabulas, quae si exstarent, plenam probationem conficerent, hodie non habemus. Non desunt tamen, quae citra omnem dubitationem aquas in illa regione fluxisse designant. Et re quidem vera Claritus noster, qui excutiendis archivis multam lucem patriae historiae offudit, de veteri pago *Sola* (qui pagus olim paullo ultra Turrim octavam positus erat, ipso in loco, quem hodie vocant *Sora*, quemque designatum habes in nostra hodierni Herculanensis agri mappa) verba faciens, veterem membranam, quae

(6) Auctor Thecae Calamariae *pag.* 563 frustra haec Geographi verba sollicitat, & pro ακραν refingit μακραν; unde conligat eam urbem in longum positam ad usque Turris octavae oppidum fuisse exporrectam. Ακρα autem Strabonis, ubi situm erat Herculaneum, vertenda est potius *lingua*, quam *promontorium*. Erat enim *lingua* apud Latinos *promontorii genus non excellentis, sed molliti in planum devexi*, ut ait Festus. Sic Iulius Caesar *Comm.* 3. *c.* 12. dicit plerasque Britanniae urbes sitas *in extremis linguis promontoriisque*. Eam autem telluris linguam, cui Herculaneum insidebat, lapideus ille torrens olim efformaverat, quem sub immensa antiquissimarum adgestionum strue positum deprehendimus, uti habes *Cap. II. art.* 2. Huiusmodi enim torrentes ad mare procurrere saepe vidimus, & nuperrime elapso anno 1794.

quae in archivo SS. Sergi & Bacchi, hodie S.Sebaſtiani adſervatur, imperante Porphirogenito datam, producit, ubi inter alia ſit mentio de *Monaſtero poſitu in loco, qui nominatur ad rivum de Sola* (7). Quod unum teſtimonium ſatis ſuperque illorum dicta confirmat, qui ſibi inſtrumenta, quibus de aquis, aquandique iure in ea regione cavebatur, innotuiſſe adſeverabant. Aliud mox dabimus (8).

X. Falſae de fluminibus opiniones.

Hinc excludenda penitus eſt illorum (9) opinio, qui de aquarum penuria ea in regione male perſuaſi, eas fluvias non alias fuiſſe arbitrati ſunt, quam hinc Sebethum, inde Sarnum. Principio enim immanis eſt ab Herculaneo illorum fluviorum diſtantia, quorum alterum Neapoli, alterum Pompeiis a cunctis adſcriptus eſt; cum contra Siſenna de *fluviis* loquatur, quarum altera *ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat*. Cuique autem ex his Siſennae verbis palam ſit, eos rivulos prorſus anonimos fuiſſe; ſecus Hiſtoricus ille non indiguiſſet ea uti circumloquutione, ut alterum illorum deſignaret. Sed cum certo nomine indigitare non poſſet, alterum ab altero, qua ratione potuit, diſcrevit; hoc eſt, eum, qui propius oppido adcedebat, & ſub ipſum ſe in mare exonerabat, ab eo diſtinxit, qui aliquanto longius fluebat. Praeterea Sarnus non ad dexterum, ſive occiduum Pompeiorum latus fluebat, ut inter utramque urbem poſitus, aliquo pacto ad Herculaneum etiam pertinere poſſet; ſed ad illius urbis laevam, ut *Cap. ſequenti* oſtendemus. Ad haec ſatis improprie *fluviam* adpellaſſet Sarnum, quod tantumdem, puto, eſt, ac fluviolum, eum ſcilicet, qui ſuſtinendis navibus par erat. Abſurda item eſt illorum ſententia, qui in orientali montis latere fluxiſſe olim dicunt Veſerim, & Draconem, atque inter eos Herculaneum fuiſse poſitum. Etenim fluvius Veſeris vel nullibi fuit, vel certe ad ſeptentrionem Veſuvii exſtitit, ut infra *cap. XII* diſputabimus. Dracon vero, ſive Δρακωνιος Graecis ſequioribus dictus ipſe Sarnus fuit, ut Macrinus *cap. 7 de Veſuvio*, & Peregrinius *in Campan. Diſc. II, cap. 24* recte diſputant (10).

XI. Ortivi fluminis documentum.

Atqui fluviorum alterum ultra Herculaneum in ortivo eius latere exſtitiſſe non modo Titianis temporibus, ſed ſequioribus etiam ſaeculis in dubium revocari nequit. In ſtatutis enim Canonicorum noſtrae Neapolitanae Eccleſiae, quibus olim ius erat vini Graeci, quod in Turri Octava premitur, pretium taxare, quod vulgo dicitur *vocem ponere*, ſic legimus: *Quolibet anno deputabuntur duo ex ultimis Canonicis adcedendi cauſa ad Herculanum, ſeu Turrim Octavam, & ſuos pagos, & ad Terram Summae, & ſuos pagos pro capienda informatione venditionis, & emtionis vini Graeci iuxta vocem dandam*. Denique poſt multa ſic concluditur: *At vero pro vino Graeco* EX ISTA PARTE FLUMINIS, *intelligitur vox poſita tareno uno minus*. E quibus verbis palam fit, flumen olim non longe a Turri Octava, qui pagus tunc temporis ab eruditioribus *Herculanum* dicebatur, fluxiſſe, & quidem Neapolim verſus; adeo ut non admodum ultra vetus Herculaneum exſtiterit. Tantumdem enim eſt *EX ISTA PARTE FLUMINIS*, quam cis flumen Neapolim verſus. Et quidem

F decre-

(7) Quid vero quod aquarum rivi ex ea regione non omnino diſparuerunt? Exſtat enim uberrima perenniſque aquarum vena, quae, etſi ſaxeo torrente cooperta, prope a mari ſeſe prodit ſub Turris Octavae *Caſtellum*, & populoſiſſimae villae abunde ſuppeditat, & molis frumentariis circumagendis inſervit.

(8) Falſi ſunt tamen, qui ad vindicandam horum fluviorum exſiſtentiam iis chartis abutuntur, quas Claritus ipſe protulit, in quibus mentio fit de Calaſtro Villa *poſita foris flumen*. Si enim patienter omnia legiſſent, noſſent utique flumen illud aliud non eſſe, quam Sebetum, ut idem Claritus fatetur. Non enim una villa Calaſtri, ſed & Retina, & S. Georgius ad Cremanum, & Barra, & S.Joannes ad Teducium, aliique pagi *foris flumen, vel foris flubeum*, ut tum loquebantur, poſiti dicuntur.

(9) Inter quos Peregrinius, qui Veſerim etiam & Sebetum unum idemque flumen fuiſſe contendit; ſed fruſtra, ut infra *Cap. XII* videbimus.

(10) Draconem e Veſuvii fontibus ſuam originem ducere ſcripſit Procopius *l. c.* κατα τουτον δη τη Βεσβιου του προποδα ύδατον πηγαι ποταμου εισι, και ποταμος απ' αυτων προσεισι Δρακων ονομα, ός δε εγγιστα τη της Νουκεριας πολεως φερεται, *in ſubpoſita Veſuvio planitie aquae potabilis fontes ſunt; & ex ipſis fluvius Dracon nomine ortum ducit, qui proxime urbem Nuceriam labitur*. In eo autem Graecus homo falſus eſt, quod, cum compertum habuiſſet eo in monte aquarum ſcaturigines eſſe, inde etiam Draconis aquas derivavit, quippe quas ad eius radices fluere noverat. Sed gravius peccarunt, quotquot eius auctoritate contra ipſius mentem abuſi ſunt. Quomodo enim ad Herculaneum pertinuiſſet fluvius ille, quem non procul ab urbe Nuceria fluere Procopius docuit? Ecquis noſtrorum hominum neſcit eum ipſum eſſe Sarnum fluvium? Et re quidem vera Graecorum cum Gothis praelium ab Hiſtorico deſcriptum, eo in plano conſertum oportuit, quod poſt Scafatum eſt; ſiquidem ipſe narrat, Gothos in proximum Lactarium montem refugiſſe, qui adhuc dicitur *Lattaro*, & vicina urbs *Lettere*. Et etiamnum exſtat in vicinia truculentiſſimae pugnae memoria eo in loco, quem vulgo dicunt *Pizzaguto*, h. e., *Pozzo de' Goti*, *Puteus Gothorum*, ut in antiquis membranis habetur. Quod autem Sarnus medio aevo dictus fuerit *Dracon*, vel *Dracontius*, vel *Draconteus*, vel *Draconcellus*, dubitare non ſinunt antiquae Chartae a Peregrinio relatae, inter quas Bulla inſtitutionis Riſi primi Sarnenſis Epiſcopi.

decreſcit vini pretium, quo magis Neapolim adcedas. Habemus igitur & flumen reapſe in ea vicinia exſtitiſſe, & aliquanto cis Turris Octavae oppidum, vel adhuc fluxiſſe circa annum 1534, cum ea ſtatuta edita fuere, vel certe cum recenti memoria nomen adhuc loco ſuperſtitem fuiſſe concludes.

XII. Eius alveus inquiritur.

Sed ubinam potiſſimum fluxerit, id nunc eſt inquirendum. E noſtris quidam ſuſpicati ſunt eius alveum fuiſſe excavatum in eo tractu, quem nunc lapideus ille torrens opplevit, qui Calaſtrum inter, & Turris Octavae oppidum ad mare uſque protenditur, & *Calaſtri lavam* dicunt. Sed noſtris obſervationibus falſam eam coniecturam deprehendimus. Etſi enim anguſtam vallem ſtatim ſub Turris Octavae promontorium, in quo caſtellum poſitum diximus, recipiendis aquis idoneam antiquitus fuiſſe compertum per nos ſit, quam illius torrentis lingua oppleverit; tamen ſi ſuperius adſcendas, vallis diſparet, & tellus in eam altitudinem poſita eſt, quae aquarum curſui obſtitiſſet. Reſtat ergo, ut ibi potiſſimum cis Calaſtrum fluxerit, ubi ſoli profunditas, & deformatio alveum fluminis continuiſſe praeſeferat. Id autem fruſtra alibi quaeres, quam ubi in mappa deſignavimus. Ibi enim ſatis anguſtam ac profundam fuiſſe vallem exploratum eſt, nunc lapideo oppletam torrente, & quidem triplici (11), cui tandem ſuperducta eſt ferrugineae telluris copia, quae anno 1631 aquarum vis e monte devolvit (12). Et tamen adhuc poſt tantam materiae adgeſtionem aliquanto humilior eſt ibi telluris ſuperficies. His autem adcedit, quod circa eum tractum vulgo ab incolis Retinae, & Turris Octavae limites (13) conſtituuntur: quod non levi eſt indicio ipſum flumen de more olim finitimorum agrorum limites poſuiſſe. Habes igitur, quibus ducti argumentis, veteris fluvioli ad orientalem urbis plagam poſiti alveum deſignavimus.

XIII. Occidui fluminis veſtigia.

Quod vero ad alterum, qui occidentalem inrigabat plagam, adtinet, nulla ſane facta invenitur a poſterioribus mentio. Numquid igitur de Siſennae fide dubitabimus, an potius, quo potiſſimum loco fluxerit probabili coniectura inveſtigabimus? Atqui ſi totum eum tractum cis Herculaneum poſitum explorabis, non utique alium locum flumini pervium adgnoſces, quam in mappa indicatum, cui hodie ſuperimponitur ſatis latus lapideus torrens, qui vulgo dicitur *lava del Granatello*. Si enim circumpoſita loca contempleris, in aliis adhuc exſtat *terra vetus*, ſive tophus Herculanenſis; eaque, utpote quae ſatis edita ſemper fuerint, nec excipiendo flumini erant idonea: in aliis vero terrea exſtat adluvio, quae anno 1631 ſeſe infra exoneravit, in iiſque, etſi humilioribus, & excipiendae aquae idoneis, fluvioli alveum non fuiſſe fatendum eſt; nam, quantumvis exiguus, iterum ſeſe conſpi-

(11) Triplicem illum torrentem adpellamus, quippe non una eademque montis vomitione effuſus adparet; ſed uno atque altero conatu, uti ſaepe a Veſuvio fieri teſtes ſumus. Prima enim eructatione liqueſcens materia in declivem fluvioli alveum ſeſe inſinuans fere ad mare pertinuit; cum haec autem, oppleto alveo, deferveſceret, aliae atque aliae ſupervenientes eructationes, incertumque curſum tenentes, late ſeſe primum exſpatiarunt, mox hinc inde intumeſcentes in priorem alveum ſe denuo deiecerunt, & ad mare uſque permearunt. Igneus igitur huiuſmodi torrens initio unicus in tres ſubinde ramos dividitur, qui rurſum ſecus mare in unum confluunt, quem dicunt *lava della ſcala*. Sed orientalior tantum ramus profundior eſt, & alvei formam praefert. Si quaeras quo tempore fluxerit, ignoramus. Id unum pro certo adfirmare poſſumus, non admodum antiquitus effluxiſſe. Vix enim, aut ne vix quidem adparet cultae telluris veſtigium ſub ferruginea anni 1631 alluvione, quod contra foret ſi longo temporis intervallo ante memoratum annum ea tellus quieviſſet. Quare perſuademur ad annum uſque 1500 fluviolum exſtitiſſe. Non enim alia recentior eruptio ante annum 1631 ab hiſtoricis memoratur, quam illa anni 1500, de qua Ambroſius Leo *lib. I De Rebus Nolanis*.

(12) Totus ille tractus cum terrea adluvione ann. 1631 alte coopertus adpareat, quam humilis olim eſſet, antequam ſaxeo torrente operiretur, ſatis per ſe indicat. Cave tamen ſuperpoſitam terream adgeſtionem cum ſaxea ſubpoſita confundas, totamque eam maſſam uni eidemque eructationi tribuas. Alteram enim ab altera ſecernere par eſt; cum exploratum ſit anno 1631 nullos liqueſcentis materiae torrentes fuiſſe effuſos, qui poſtea in ſaxum concreverint. Quod ideo lectores monitos volumus, quia magni etiam viri in hoc peccarunt, inter quos piget eruditiſſimum noſtrum Seraum in ſua *Hiſtoria incendii ann. 1737 cap. II*, & adcuratiſſimum Equitem Hamiltonum in *Campis Phlegraeis* adcenſere. Hic alter enim eum ipſum torrentem dictum *Lava della Scala*, deſignans, qui ſternendis urbis noſtrae viis exciditur, infami anno 1631 adſcribit. In hunc autem errorem inducti ſunt procul dubio Cl. Viri ab oppidanis, a quibus ſciſcitarunt, num noſſent, quo tempore ea materies fuerit eructata: qui ſtatim reſponderunt, anno 1631. Sed illi de externo cortice loquebantur, quem terrea adgeſtio, vulgo dicta *terra di fuoco*, efformaverat: hi vero de tota maſſa intellexerunt.

(13) Vulgo, inquam, ab incolis limites utriuſque agri conſtituuntur; quippe cum uterque pagus ſimul cum adiacenti Porticu iam ab Alphonſo I in feudum, ſive capitaniam Franciſco Carafaeo conceſſus fuerit, & ſubinde iuncti ſemper in aliorum dominium tranſierint, donec ſe ſimul redemerint, non erat cur certis & conſtantibus limitibus ſibi invicem caverent. Ideoque ſublato flumine, qui vetus fuerat limes, nonniſi incerta traditione, ubi conſtituti iam fuerint, incolae narrant.

ſpiciendum praebuiſſet ex terrea illa adgeſtione emerſus, vel certe eius memoria exſtaret. Idcirco concludes ibi eum fluxiſſe, ubi deſignavimus in mappa, & ubi anguſta, altaque vallis excavata fuiſſe adparet, triplici eiuſdem ſaxei torrentis vena oppleta; nec alia de cauſa diſparuiſſe, quam quia ſolidiſſima ea materia obrutus fuerit, unde non amplius caput quiverit erigere. Atque adeo non Titiana eruptione eius curſum fuiſſe interceptum dices; in terrea enim illa materie, aeque ac alter permeando ſibi viam aqua tandem aperuiſſet.

XIV. Quo tempore diſparuit. Et quidem non alia antiquior e liquatis ſaxis adgeſtio propter Herculaneum Neapolim verſus invenitur, quam ea, qua conſtrata eſt tota ea Regio, quae a Templo Sanctae Mariae *ad Puglianum*, ad uſque litus vulgo dictum *Granatello* protenditur; atque propterea *lava del Granatello* adpellatur. Hanc autem ſaxeam maſſam, etſi antiquitus, non tamen Titi aevo, ut ſibi quidam falſo perſuaſerunt, e monte effuſam fuiſſe certis documentis conſtat. Inter quae primum illud certiſſimum, quod ſub ea inventa a nobis fuerint aedificiorum rudera, & cemeterium cum ſcheletris non paucis Titianae adgeſtioni impoſita: quod certiſſimo eſt indicio inter utramque eruptionem longum temporis intervallum interceſſiſſe, per quod ea Regio aliis incolis frequentata fuit. Praeterea illud etiam conſtat, quod Templum Sanctae Mariae, vulgo *ad Puglianum* (14) hanc alteram Veſu-

vii

(14) Multa de eius aedis Eſtauritae antiquitate, quam Chriſtianae Religionis incunabulis ſupparem faciunt, ab incolis venditantur, ſed quae vix perſuadere criticis valent. Multa tamen ſunt, quae eam ſatis vetuſtam probant; inter quae duo litterati lapides, qui ibidem exſtant, in aedicula S. Nicolao nuncupata, quae tertia ad laevam introeuntium eſt, & alter alteri imponitur. Delineatos eoſdem habes *Tab. I*. Fuere autem ambo, uti patet, veteres ſarcophagi, ſed inſequutis temporibus ad ſacrum uſum deſtinati, ut ſcilicet anticam ſacrae menſae partem ſuſtinerent, exornarentque. In altero autem, qui ingenium ſaeculi IV, vel V ipſo artificio redolet, circulus umbilicum occupat, in quo ſepulti viri protome de more exſtare debuerat; ſed hodie excavatus concavuſque adparet, cruciſque figuram delineatam habet, quam circum ſic inſcriptum eſt latinis litteris: CRVX ADORANDA PER QVEM INLVMINATVS EST TOTVS MVNDVS; deinde graecis: ΕΓΩ ΙΩΑΝΝΗΣ ΚΑΙΜΑΡΟΥ ΕΔΗΦΗΚΑΒΗΜΟΥΣ, h.e. *Ego Ioannes Quaimari aedificavimus*. Tantundem enim eſſe Καιμάρου, ac *Quaimari*, ſive *Guaimari*, Eruditorum nemo negaverit. Graecum enim Κ ita obtuſo ſono reddebatur, ut latinorum Q adcederet. Hinc in Neapolitano marmore apud Ignarram in ſua Palaeſtra habetur T. Φλαουιος Κυρινα, h.e. *Quirina tribu*, ut idem doctiſſimus auctor obſervat: ſicuti Κυρινος ille, Syriae Praetor, qui in Vulgata redditur *Cyrinus*, non alius profecto eſt, ac *Quirinus*. Iam vero quinam iſte *Ioannes Quaimari* filius, qui ad oſtendendam ſuam dignitatem plurativo utitur numero *aedificavimus*? Non alius profecto, quam qui principatum obtineret. Et ne multis te teneam, ad aliquem Salerni Principem eam epigraphen pertinere ducimus. Duos enim procul dubio habemus in eorum Principum ſerie Ioannes Guaimari filios, qui ambo cum patre regnarunt; alterum nempe Ioannem III, qui a Patre Guaimaro item III in eo Principatu conlega renunciatus eſt menſe Novembri ann. Chr. 1015, ſed vix tribus annis obtinuit, patri praemortuus; alterum Ioannem IV, dictum etiam Ioannicium, Guaimari IV filium, pariter a Patre in Principatus ſocietatem adſcitum menſe Septembri ann. 1037, & pari fato poſt annos quinque ante Patrem ſublatum, ut videre eſt in adcuratiſſimo Chronologico adparatu Alexandri Demeo.

Alterum vero marmor elaboratius eſt, & antiquiorem praefert manum; adeo ut ante Conſtantini Magni tempora fabrebactum dixerim. In medio tabellam cum anſis habet, in qua epigraphe mortualis inſcribi oporteret; hinc inde vero duos gryhos contra poſitos, & poſt gryphos bina candelabra. Nunc vero pro epigraphe inſculpta viſitur in circulo crux, & in quatuor tabellae angulis hae ſiglae IC XC NH KA, hoc eſt: ΙΕΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΝΙΚΑ. In ſummo autem marmoris margine haec verba graecis literis ſigliſque ruditer exarata, unaque linea contenta:

† ΡΑVCONΦΚ.CΕΡΓΗΦΑΒΕΡ †ΔΕΔΟΝΗCΔΕΗΕΘ CΑΝΚΤΗΓΕΟΡΓΙΗΒΟΤΟVΜΟΠΤΟVΛΛΗΚΟVΗΝ ΟΜΕΝΔΕΟVCCΚΙΘ † Denique in alio circulo ad tabellae dexteram poſito hae ſiglae latinis elementis:

P GRAVSVNI
MR ÆRR

Jam vero utraque epigraphe latina eſt, etſi prima graecis litteris exarata. Huius autem verba latinis formis concepta, & diſtincta ſic utique legenda:

GRAVSON FECI SERGI FABER † DE DONIS DEI ET SANCTI GEORGII BOTVM OPTVLLI: QVI NOMEN? DEVS SCIT †

Epigraphes autem ſententia non admodum implexa eſt. Principio adſcribitur nomen, & conditio illius, qui eam aram fecerit, non quidem ſuis manibus elaboratam, ſed de ſuo exſtructam; quod eſt GRAVSON (ſic enim legendum) SERGII FABER. Tum ea dicitur voto oblata eſſe Deo, & S. Georgio *de bonis a Deo, & S. Georgio adceptis*. Tantumdem enim valet formula illa de *donis Dei, & S. Georgii*, ut diſcimus ex alia inedita, quod ſciam, inſcriptione, quae Nuceriae exſtat in antiquiſſima Eccleſia S. Mariae Maioris, litteris partim Latinis, partim Graecis in columella perpendiculariter inſculptis, ita ut prima alteri inſiſtat, altera tertiae, & ſic deinceps; quae ſic habet: ΔE ΔONIS ΔEI ET SCE MARIE MAGNOALΔO PRB FECIT. Hic ſcilicet Magnoaldo Presbyter de ſuis bonis divina beneficentia adceptis aram, ſive aediculam, ſive quid aliud, cui ea columella erat olim impoſita, exſtruxerat Deo, & S. Mariae ſacrum. Ad ſummam eam formulam uſurpabant, quam ab Eccleſiae canone didicerant: *offerimus tibi Domine de tuis donis ac datis hoſtiam puram*. Id vero notandum eſt, *dona*, ſive bona conſueviſſe dici adcepta non ſolum a Deo, ſed & ab ipſis Sanctis, quos ut Patronos colebant, & cui aliquid, quaſi ipſorum donorum partem offerebant. Sic apud Muratorium *p.* 1826, *n.*4 legitur: † DE DONIS DEI ET SANCTE DEI GENITRICIS MARIE SANCTE ANNE SANCTVS SIMEON ET SANCTE LVCIE EGO ANASTASIVS MAIOR DOMV OFFERO VOBIS PRO NATALICIES BESTRE BINEA TABVLVM

PP

vii eiectationem Herculaneo impositam fundatione sua antecedat. Positum est enim in *veteri terra*: occidentale autem eius latus lapideo illo torrente concluditur; ut facillime arguas, hunc templo posteriorem fluxisse. Non idcirco tamen nimis recentem illum putaveris, longe enim ante annum 1337 eructatum e monte fuisse, eo evincitur argumento, quod eo demum anno superstructum eidem fuerit Fratrum Conventualium coenobium, S. Francisco nuncupatum (15), ut ex eius fundationis bulla Benedicti XII apud Lucam Wadingum *tom.VII pag.206* constat (16). Quocirca cum dicto anno 1337 non alia propior eruptio Vesuvina ab historicis commemoretur, qua candentes rivi ad mare usque devenerint, quam illa, quae in annum incidit 1306, ipsa ad minimum est eius vastitatis epocha (17) cum illa agri Herculanensis pars iterum obruta

PP IN PORTV SEV BOBES PARIA II IVMENTA SEV PECORA XXX ec. Et apud eumdem *p.* 1867, *n.* 1. HAEC TIBI PRAECLARA VIRGO CAELESTIS REGINA SANCTA DEI GENITRIX MARIA DE TVA TIBI OFFERO DONA EGO HVMILLIMVS SERVVLVS TVVS EVSTATHIVS . . . DE PROPRIIS MEIS FACVLTATIBVS . . . HAEC INFERIVS ADSCRIPTA LOCA ec. Ubi vides dicta esse Virginis Mariae *dona*, illa eadem, quae dicuntur mox de Eustathii oblatoris facultatibus. Sic utique noster dixit *de donis Dei & S. Georgii*. Quae verba satis indicant eo in templo sacellum S. Martyri Georgio fuisse olim nuncupatum, quod amplius non exstat. Superest tamen adhuc vetus marmorea icuncula S. Martyrem equo insidentem exhibens, quae infelicis aevi coelum sapit.

Denique *quo nomine*, sive qua de causa hoc votum persolverit, sibi reticendum fuisse insinuat; quare subdit: *Deus scit*. Non mirum autem videri debet, si eius aetatis homo scripserit *qui nomen*, ubi scribendum fuerat *quo nomine*, vel saltem *quod nomen*; quando vidimus eius coaevum dixisse: *Crux . . . per quem*.

Alia vero inscriptiuncula Latinis litteris concinnata nomen tantum & conditionem oblatoris notat: quam sic per me legas. *Posuit Grausuni Magister Aerarius*. Hinc enim discimus verum eius nomen fuisse *Grausuni*, quippe heic nulla sigla implexum est. In Graeca vero legitur PAVCON, sed ad secundam τὸ N hastam transversa addita est ira, ut referat τὸ Γ. Sed quid faciet Γ in fine vocis post N? Quare indicio alterius inscriptionis, ubi manifeste legitur *Grausuni*, arguimus erratum a scalptore fuisse; cum enim transversam lineolam adpingere deberet supra primum elementum P, ita ut efficeret ΓP, supra N posuit, ubi fortasse alteram siglam addere debuit, h. e. alteram eius hastam producere, ut efficeret NI. Nisi malis dicere iterum peccasse in adpingendo τὸ I. Quid enim monstri est illud *Grausuni*, vel GRAVCONI? Nonne rectius caderet nomen CRAVSON? Reliquas vero siglas ex ingenio interpretavimus. Si enim ita legas, habebis, in quo altera epigraphe alteri respondeat. Nam qui illic dicitur *Sergii Faber*, h. e. *Artifex*, heic strictius *Magister Aerarius*, h. e. qui Fabris Aerariis, in numis fortasse cudendis, praeesset. Sed haec obiter; nostri enim instituti non sunt. Plura & doctiora fortasse adpendet pro sua multiplici eruditione Cl. Caietanus Marinius in ingenti opere Orbis Lapidarii Christiani, quod iamdiu exornat.

Sed, quod nostra interest, ea in epigraphe non modo elementorum forma, & valor, scriptura, dictio, & syntaxis barbariem X, vel XI saeculi redolent, & plane gemellam esse *alteri* a Quaimaro positae ostentant; sed ipsa per se temporis notam praefert. Quis enim ille SERGIVS, cuius uno nomine *Grauson Faber* satis se clarificatum putavit? Non alium utique crediderim, quam Sergium aliquem e Neapolitanis Ducibus. Iam vero sex Sergios in horum Ducum indice habemus, quorum primus anno Christ. 707 heic dominatus est; sextus vero, qui ab anno Christi 1017 ducatum obtinuit, dein a Pandolfo Campanorum Principe eiectus anno 1027, iterum post annos tres restitutus ad usque annum 1040 imperitavit. Ex his autem Sergiis, quemcumque libuerit, selige. Ego quidem postremos mallem, utpote qui aequales forent alterutro Ioanni Guarimari filio. Quandoquidem utriusque epigraphes caracteres sunt omnino gemelli, & eamdem aetatem praseferunt; etsi Sergiani marmoris sculptura longe maiorem aetatem ostentet. Nos enim non tempus, cum sculptum primo fuerit, sed quando in aram dedicatum, quaerimus. Quemcumque tamen Sergiorum seligas, res semper eo redibit, ut fateri cogamur Templum istud S. Mariae *ad Puglianum* saeculo certe XI non modo stetisse, sed etiam fuisse celeberrimum, utpote quod viros principes etiam exteros sua religione adciret.

Unum addere non piget, scilicet nomen ipsum templi, quod est *ad Puglianum* (vulgo *a Pugliano*) antiquum aliquid praeseferre. Id enim nominis, quod nec vernacula, nec Latina, nec Graeca lingua significationem habet, e prisco vocabulo, pro vernaculae linguae ingenio, detortum adparet; atque ita dictum templum illud, quia alicui praedio proximum esset, quod vel Pollianum, vel Publianum, vel Apollonianum a suo Domino nuncuparetur. Atque inde fortasse pia oppidanorum fabella manavit, ita fuisse dictum ab Apollone quodam, qui illuc adveniente Divo Petro Christianam religionem amplexus est, templumque aedificavit. Quod si ita se res habet, vides ad ea tempora templum illud adsurgere, cum praedia a Dominorum nomine in adiectivalem formam producto adpellarentur.

(15) Hodie vulgo *S. Antonii* dicitur.

(16) De eodem iam extructo meminit Antonius Panormita in sua epistola ad Jovianum Pontanum, quae habetur *in Regis Ferdinandi aliorumque epistolis lib.V*, *p.*407, ubi sic scribit: *Proximis Christianalibus, Plinianum cum venissem (sic enim adpellare rus placet, in quo Plinium occubuisse satis constat) venit ad me statim ex proxima Francisci aede visitatum Rogorius eiusdem Francisci sacris initiatus*. Quae verba idcirco retuli, ut qui patrias memorias cupide exsequuntur, norint quo loco celebratissimum Panormitae Plinianum quaerere debeant, h. e. in proximo hodierni S. Antonii. Nam si eam viciniam lustraverint, invenient, ubi consistant, in praedio scilicet Capuanorum, in quo perampla est domus cum turri eius structurae, quae ingenium saeculi decimi quinti manifeste redoleat, nec ab Alphonsi praetorio, quod hodiernum *Castellum* Turris Graeci est, hilum abludit.

(17) Eam eruptionem vastitatemque descripsit Cronica Bononiensis. Dixi autem ad minimum eam

ruta eſt, & fluviolus ibidem poſitus diſparuit. Nec ita tamen diſparuit, ut nulla ſub rupe latitantis ſui indicia praebeat. Nam praeterquam quod ad mare perennis aquae fons manat (18), perenniſque aquae rivus in praedio Capuanorum fluit; in toto eo tractu, qui a S. Mariae templo ad uſque regiam viam extenditur, non modo uberes aquae e topho exſudantes paſſim inveniuntur, ſed certo anni tempore ſub ver tam copioſae evadunt, ut & putei redundent, & cellae vinariae inundentur innatantibus doliis. Cuius phaenomeni non aliam probabiliorem invenies cauſam, quam intercepti fluminis curſum, cuius aquae, cum verno tempore de more increverint, in proximum agrum per ſubterraneos meatus neceſſe eſt ſeſe effundant. Atque is nempe eſt fluviolus, qui *propter Herculaneum* in mare ſe exonerabat.

XV. An Herculanei ſitus Peutingerianae tabulae reſpondeat.

Antequam tamen hinc abeamus, videndum, num in deſignando Herculanei ſitu Itineraria illa tabula ſub Theodoſii Magni (19) imperio elaborata, quae a primo poſſeſſore Conrado Peutingero Auguſtano *Peutingeriana* vel *Auguſtana* vulgo audit, a vero aberraverit, an potius Cluverius, aliique eius ductu non belle abuſi fuerint in eius ſitu inveniendo. Procul dubio inter geographica veterum monumenta vix quidquam pretioſius ea tabula exſtat (20); ſiquidem eius auctor non modo, quae Theodoſiano aevo ſtabant loca cum ſuis diſtantiis adnotavit; ſed illa etiam, quae iamdiu exciderant, non praetermiſit, cum ob oculos antiquiora itineraria habuerit: itaque geographiam multo locupletiorem ad nos tranſmiſerit. Ut ecce tibi in hoc tractu, de quo agimus, *Herculaneum, Pompeios, Oplontin, & Teglanum* (21) (etſi trecenteſimo ferme ante eum anno ex mortalium oculis diſparuerint) ſpectanda adpinxit. Nec aliter ſe Anonymus Ravennas poſtea geſſit; contra quam Plinius, & Ptolaemaeus, & Antonini itinerarii auctor fecerunt, apud quos aegre alia, quam quae ſua aetate vigerent, loca recenſita deprehendas. In ea igitur Tabula *Segm. VI* eius orae loca in hunc maxime modum diſtantiis interpoſitis recenſentur: *Neapolis – XI Herclanium – VI Oplontis – III Pompeiis* (22). Ex his vero numeris in ſummam relatis vides ab Neapoli Pompeios uſque millia non minus viginti numerari: quod falſum eſſe Cluverius ipſe vidit. Itaque in mendo aliquam numeralem notam cubare recte animadvertit, & eam ipſam, quae intervallum inter Neapolim, & Herclanium deſignaret. Pro nota igitur XI reponendam VI optime arguit; duas enim illas notas in manu exaratis ſaepiſſime alternare deprendimus. Et quidem nihil facilius, quam ut nota quinaria, lineis ultra angulum pauxillum prae feſtinatione tranſ-

eam eſſe illius torrentis Veſuvini epocam, cum procul dubio ultra eum annum protrahi nequeat. Sed longe tutius eſt eam retropellere. Namque triginta annorum ſpatium, quod inter eam eruptionem, & Coenobii fundationem excurriſſet, breve admodum erat, ut adceſſibilis tractabiliſque is locus evaderet, atque adeo fundando non Eremitarum, ſed Fratrum Minorum Coenobio, qui instituto ſuo in Cleri ſubſidium ab oppidanis vocabantur, foret opportunus. Praeterea momentum aliquod coniecturae addunt nemora, quae magnam antiquitatem praeſeferunt annoſiſſimis quercubus, ilicibuſque frondentia, quaeque ſuper ipſo lapideo torrente radices egiſſe cernimus. Exploratum eſt enim, quam longa annorum ſeries requiratur, ut ſuper aduſtas torrentium ſcorias vegetationi impervias humus ſenſim aquarum ventorumque ope congregetur, quae alendis non dico arboribus, ſed virgultis fruticibusque ſilveſtribus ſit idonea. Quibus argumentis permoti veroſimilius ducimus, eam adgeſtionem antiquiorem dicto anno 1306 fuiſſe. Cumque ex antiquioribus duas commemorent hiſtorici, quarum liquefactis materia in mare ſe deiecerit, altera nempe anno 1040, de qua Leo Oſtienſis, altera 1036, vel 1037, de qua Anonymus Caſſinenſis, & Chroniſta Cavenſis, unius anni [illegible] meminerunt, cuilibet iſtarum potius [illegible] adeoque [illegible] parum ultra milleſimum a Chriſto annum [illegible] arbitramur.

(18) Ibi aquarum ſcaturigo in *Granatelli* litore ſeſe prodit, ubi hodie ſaxa exſcindunt, quibus ſilicarii ſternendis viis utuntur. Ibi cernere eſt aquam erumpere e ſaxorum medio. Lapideus enim torrens, qui exſcinditur, alteri ſuperimponitur, qui infra maris altitudinem ſubeſt.

(19) De eius aetate vide nuperrimum adcuratiſſimum editorem Franciſcum Chriſtophorum de Scheyb. *Cap. II* Vindobonae 1753.

(20) Pretioſiſſimum quidem κειμήλιον eſſe eam tabulam libentiſſime fatemur; at eius, quod Vindobonae exſtat exemplum, auctori ſuo coaevum eſſe, id profecto abnuimus. Bona enim pace doctiſſimi editoris Franciſci Chriſtophori de Scheyb eius characteres ſequiorem aetatem praeſeferunt, quippe Langobardici procul dubio ſunt, ut iamdiu obſervavit Anonymus diſſertationis auctor, quae apud Valſerum, & in antiquis tabulae editionibus legitur. Etſi enim Cl. editor *Cap. V p. 63* ipſas characterum formas a Theodoſiano aevo non abludere contendat, argumenta tamen, & exempla tanti non ſunt, ut, qui mediocriter in veteribus monumentis verſatus ſit, eius opinioni adquieſcat. Concedimus enim ipſi libenter *e ſola litterarum forma* [illegible], atque adeo tabulae antiquitatem a characteribus non aeſtimamus; at quid prohibet, quin Auguſtanas membranas authenticum Veteris autographi exemplum ducamus?

(21) De hoc oppido aliqua *Cap. ult.* delibabimus.

(22) De hiſce autem urbibus, quae tamquam exſtantibus IV ſaeculo in Tabula exhibentur, vide, quae *Cap. XIII* diſſeremus.

ductis, pro nota denarii adciperetur, vel contra (23). Confidentissime igitur cum Cluverio legas *VI Herclanium*. Cave tamen cum eo Herculaneum ad Turrim *Graeci*, sive *Octavam*, & Pompeios ad *Scaphatum* transferas, quippe *Italiae Antiqu. pag.* 1154 scribit: *Medium itineris* (inter Neapolim, & Pompeios) *statuunt Neapolitani ad vicum, cui vulgarem adpellationem esse dixi* Torre di Greco. *Ipsi vero huius loci incolae hinc Neapolim computant per unum atque alterum intervallum millia VI cum duobus tertiis; at ego revera iusta millia sex intervallum id obtinere deprehendi, scilicet duo a Neapoli ad* . . . . S. Giovanni di Teduccio: *hinc tria exigua ad Resinam vicum; inde unum satis magnum ad* Torre di Greco. At profecto oscitantius se gessit in ea dimensione vir doctus, non modo cum ista *exigua*, & *satis magna* milliaria obtruserit, sed etiam cum sibi persuaserit, ea utcumque sumta veteribus milliariis exacte respondere: quod adprime falsum est. Ex nuperis enim solertissimorum virorum observationibus deprehensum est hodierna Italica milliaria eam ferme rationem ad vetera (cuiusmodi illa sunt, quae in itinerariis indicantur) habere, quam quaternio ad quinionem habet. Si igitur hanc proportionem ob oculos habeas, invenies Tabulae auctorem in hisce intervallis notandis ne minimum quidem aberrasse. Sex enim milliaria, quibus a Neapoli olim distabat Herculaneum, respondere deprehendes hodiernis milliaribus IV, & quatuor quintis, sive passibus octingentis: sicuti milliaria quindecim (quot scilicet colliges in summam e tribus intervallis VI, VI, III) quibus Pompeii a Neapoli aberant, exacte respondent hodiernis XII (24). Atqui Herculaneum a nobis effossum ad quartum lapidem invenis, Pompeios vero

(23) Notum praeterea est numeros, lineasque distantiarum in ea tabula rubrica pictos esse, quae cum passim deleta sit, multis erroribus in illorum lectione aditum praebere potest. Nisi mavis aliquod σφαλμα Langobardico exscriptori tribuere.

(24) Operae pretium est aliquid in eruditorum gratiam heic subnectere, quod plenam lucem hisce veterum distantiis offundat. Cum enim in hoc vere Regio antiquitatum thesauro inter praeclarissimas gazas quatuor etiam aeneos pedes Romanos integros habeamus, praeter alia eburneorum fragmenta, in quibus palmi, & digiti signati adparent; licuit nobis eius pedis exactam mensuram nosse, ad eumque modulum antiqua milliaria revocare. Exploratum igitur per nos est, veterum Romanorum pedem respondere pollicibus Parisinis 11. 0250 sive palmo Neapolitano 1, unciae 1. 5807. Exinde fit, ut pedes 5000, sive passus 1000, quod milliare dicebatur, exaequent pedes Parisinos 4593 & pollices 9, sive palmos Neapolitanos 5658. 600. In hac autem exploratione nobismet gratulamur, quod magni nominis vir Ianus Dominicus Casinius ab hoc calculo parum aberraverit. Is enim, etsi alia prorsus via incesserit (quippe, qua potuit exactissime, notiores apud veteres Geographos locorum existentium distantias dimensus est) in eamdem fere pedis mensuram collineavit. Namque cum eo pacto vetus milliare pedibus Parisinis 4600 respondere comperisset; hinc pedis Romani mensuram pollicibus Parisinis 11. 0400 aequalem duxit. Quam minima igitur differentia, & plane spernenda inter nostram, & Casinianam mensuram intercedit. Namque inter pedem Herculanensem, quem exploravimus, & Casinianum differentia est partis 0. 018 unciae Neapolitanae; & proinde in unoquoque milliari tota differentia est palmorum Neapolitanorum 7. 750, sive palm. 7, unc. 9; quibus Casinii mensura excedit.

Posito autem hoc calculo vides eam distantiam milliariorum XV, quae inter Neapolim & Pompeios ex tabula excurrebant, secundum Casinii rationes respondere hodiernis milliaribus Neapolitanis, prout in lapidibus signata sunt, XII, & palmis 995. 250; ex observationibus vero nostris exaequare non amplius, quam milliaria XII, & palmos 879. Itaque tota differentia, cum non excedat palmos 116. 250, est plane praetereunda. Ad summam igitur sic habe, hodierna milliaria Neapolitana, quae ex recenti Regis nostri constitutione constant palmis 7000, eam rationem ad Romana habere, quam numerus 7000 habet ad 5658. 600

Vide nunc, quam bene una Peutingeriana tabula duce Herculanei, & Pompeiorum situs inveniri poterat. Ipsa enim ad VI a Neapoli lapidem Herculaneum signat. Sex autem Romana milliaria respondent nostris IV, & passibus 850 At si ab aureo milliario, quod ad pontem vulgo *Magdalenae* dictum exstat, ad usque Herculanense Theatrum progrediaris, habes milliaria III, & passus 800; sed non ad illum usque pontem Neapolis olim excurrebat, imo & hodiernae portae illinc abscedunt. Itaque si e ponte Neapolim versus retrogrediaris, confecto milliari uno, & passibus 50, (quot scilicet ab ea summa mill. IV & pass. 850 desunt) parum ultra portam Nolanam pervenies, & proprie ad aquam salientem, quam vulgo dicunt *bollo dell'Annunciata*. Quem locum, cum innumeris argumentis exploratum sit ad antiquissimam urbis nostrae regionem pertinuisse, inito hoc distantiarum calculo, amplius innotescet in ipsa extrema urbe, uti nunc est, fuisse positum. Sic pariter XV milliaria, quibus Pompeii a Neapoli distasse in tabula notantur, cum respondeant nostris XII & passibus 125 $\frac{1}{2}$ ipsissima est hodierna a dicto *bollo* Neapolitano ad Pompeianas effossiones distantia. Namque ab aureo milliario ad illuc usque sunt mill. XI & pass. 75 $\frac{1}{4}$, quibus si addas summam mill. I & pass. 50, qui abhin ad descriptum Neapolis locum excurrunt, invenies ipsa mill. XII & pass. 125 $\frac{1}{4}$. Sed, ut optima, qua decet, fide agamus, si a regia via ad portam Pompeianam iam effossam, quae Neapolim respicit, & quo verosimile est distantiarum lineam tetendisse, divertas, restat tibi adhuc iter passuum 326 $\frac{1}{2}$, quibus designata distantia a vera abludere videtur. Opus tamen est animadvertere veterem viae ductum alium ab hodierno fuisse, & eum prorsus, qui ab Oplontide, sive a Turri Adnunciatae recta ad Pompeianam portam duceret, ut

vero parum ultra undecimum: quibus distantiis si addas tractum illum, qui ab urbe nostra ad pontem usque *Magdalenae*, ubi aureum milliarium satis extra pomerium fixum est, excurrit, adamussim in tabula distantias designatas fuisse fateberis, quales hodie habemus.

XVI. Sexti lapidis adhuc superstitis testimonium.

Et re quidem vera sextus ab urbe nostra lapis paucos ante annos restabat adhuc ante Coenobium Augustinianorum Retinae, h. e. supra ipsum Herculaneum positus; inde autem, ne periret, duplicem enim habet epigraphen, in Regium Herculanense Musaeum translatus est (25). Neu indoleas, quasi suo loco motus fuerit. Namque, ut, quod verum est, fateamur, non veterum, sed recentiorum manu ibi posita ea columella fuerat. Fixerant enim eam primum sub Maxentio cum epigraphe *D. N. IMP. CAES. M. AURELI VALERI MAXENTI INVICTI AUG. VI.* Devicto deinde Maxentio, & Constantino rerum potito, inversa columella fuit, & in capite altero adscriptum *D. N. IMP. FL. VAL. CONSTANTINO AUGUSTO*. Cum fixa igitur, & refixa IV saeculo fuerit, ibi certe, ubi inventa a nobis est, primitus statui non potuit. Siquidem igneo torrenti in lapidem durato superimponitur totus ille tractus: qui torrens, ut supra ostendimus, post aedificatam S. Mariae ad Puglianum aedem defluxerit necesse est: quam aedem longe ante Constantinum fuisse aedificatam adserere non audemus. Nemo tamen nobis eripiet in illa vicinia lapidem stetisse, quo torrens ignitus non pervasit, unde postea submotum illuc ante coenobii ianuam servaturus aliquis transduxit. Ad summam sextus lapis a Peutingeriana tabula indicatus ad Herculaneum nostri Regis munificentia effossum tam veraciter stetit, ut ad nos usque pervenerit.

ut quisque non modo per se coniicere, sed & invenire potest. Itaque sublato [illegible] tabulae distantia vel ad unguem inveniretur, vel differentia talis erit, quae posthaberi debuit. Praesertim cum videamus in ea tabula notatos numeros distantiarum usque rotundos, [illegible] in sectionibus designandis [illegible], quam necesse erat, impediretur. Quod ob oculos habeas necesse est, si quaeris Oplontin invenire; sectando enim notatas distantias, XII milliaria Romana, quae hodierna IX, & pass. 700 adaequant, [illegible] non ultra eum locum, ubi est [illegible] torrens, qui regiam viam secat; etsi ibi veterum [illegible] rudera nulla existunt, contra vero sub [illegible] Turris Adnunciatae passim compareant. Itaque dicendum vel Oplontin ad usque [illegible] Turrim Adnunciatae se protendisse, h. e. ultra milliarii unius spatium; vel

CAP. V.

De Pompeiorum Situ, & Magnitudine.

Etsi Pompeiorum urbs Regis providentia in lucem nunc iterum emerserit, ut de eius situ dubitari amplius non possit; tamen Peutingeriana tabula duce, uti nuper ostendimus, eius situs inveniri tute poterat. Quindecim enim veterum milliariorum summa, quibus olim a Neapoli distabat, duodecim hodiernis fere aequalis, locum ipsum, ubi ea effoditur, designat. Nihilo tamen minus ipsa tabula duce Cluverius, ut supra dictum est, ibi metatur, ubi nunc *Scaphatum* vicus est, & in Campaniae, quam adornavit, tabula ad laevam Sarni ripam depingit. Contra nostrorum hominum opinio receptissima fuerat, ibi exstitisse, ubi nunc est *Turris Adnuntiatae* oppidum, ad cuius boreum latus veterum parietinarum vestigia visebantur. At ea rudera, quo pertinuerint, capite praecedenti monuimus. Iam pridem vero Camillus Peregrinius, in cuius amplissima eruditione criticen, & sagacitatem numquam desideras, nulli se certae sententiae adfixerat, & ad verum eius urbis situm adsequendum muniverat viam in sua Campania *Dis. II*, & mox in additionibus citra ambages in loco, qui vulgo dicitur *Civita*, constituit. Quam sententiam tutatus antea fuerat noster Macrinus, & post eos Cl. Holstenius tum nominis *Civita*, tum veterum, quae observaverant, ruderum argumento ducti. Nec falsos profecto fuisse experientia compertum est. Atqui maiores nostros veterum scriptorum loca transversos egerunt; quippe cum Pompeios ad mare fuisse positos didicissent, numquam sibi persuadere poterant, tam longo intervallo a mari hodie abesse.

I. Quid recentiores de Pompeiorum situ opinati sint.

Et quidem summo veteres consensu eam urbem maritimam fuisse professi sunt, ut Stra-

II. Veteres omnes maritimam urbem dixerunt.

nullas eius superesse reliquias, & ea rudera villarum esse, quae in vicino agro surgebant; vel potius semimilliarii differentiam a delineatore neglectam, ut rotundum signaret numerum.

(25) Delineatam habes *Tab I* columellam cum epigraphe *num. I.* Lapis alius huic nostro suppar a Neapoli secundus, Theodosii nomine inscriptus in pago S. Joannis ad *Thuducium* ante Ecclesiam exstabat antiquitus, nunc vero in maioris arae postico adservatur, ne pereat. A quo cippo procul dubio factus est pago nomen *ad Theodocium*, corrupte *ad Thuducium*. Quare Jovianus Pontanus in Lepidinae Ecloga pagum illum *Theodocium* adpellavit. Huius etiam lapidis cum epigraphe exemplar dedimus eadem *Tab. I num. 2*, ut harum rerum cupidis gratificaremur, & inde discant, quantopere a Peutingerianae tabulae characteribus Theodosiani aevi scriptura distet.

Strabonis, Melae, Flori, aliorumque testimonia ostendunt, quibus omnibus recitandis supersedeo. Satis sit C. Plinium proferre, qui *lib. III. c.* 4 eam urbem eodem in litore positam describit, ubi Neapolis, & Herculaneum exstabant: *litore autem hoc Neapolis Chalcidensium ....., Herculaneum, Pompeii: haud procul, adspectante monte Vesuvio, ager Nucerinus est: IX millibus passuum a mari ipsa Nuceria*. Ac ne quis *maritimam* sic interpetretur, sicuti vocari solent, quae paucis millibus a mari distinentur, ecce Livius *lib. IX, c. 38* omnem ambiguitatem tollit, ubi ait: *Classis Romana ... cum adpulsa Pompeios esset*: quae sane verba, nonnisi urbem mari imminentem notant. Quo autem pacto mare illuc usque progrederetur, declarat Seneca *IV. Natural. Quaest. cap. 1*: *Pompeios celebrem Campaniae urbem, in quam ab altera parte Surrentinum, Stabianumque litus, ab altera Herculanense conveniunt, mareque ex aperto conductum amoeno sinu cingit, desedisse terraemotu ...... audivimus*. Nihil luculentius. Sicuti & illud iunioris Plinii in *Epist. 16 lib. VI*, ubi de amico Pomponiano sic loquitur: *Stabiis erat diremtus* a Vesuvio *sinu medio* (Pompeiano scilicet, quem descripsimus); *nam sensim* post Stabianam oram *circumactis, curvatisque litoribus mare infunditur*. Quae verba sane non usurpasset, si uti hodie, recta pedibus Stabias usque tendere licuisset.

III. Strabonis de eius situ testimonium. Atque inde intelligere est Strabonis verba sub finem *lib. V*, ubi descripto της Μαρκινης sinu, sic pergit: εντευθεν εις Πομπηιαν δια Νουκεριας ου πλειονων ἑκατον και εικοτι σταδιων εστιν ὁ ισθμος: *hinc* (a Marcina scilicet Picentum urbe in imo sinu Paestano, nostris *Golfo di Salerno*, ubi hodie *Vietri*) *per Nuceriam Pompeios usque isthmus est non longior CXX stadiis*. Subponit enim Geographus apud Pompeios sinum alterum illi, qui est apud Marcinam, respondentem. Isthmi autem longitudo nonnisi a sinus unius fundo ad fundum alterius dimetienda est. Ergo Pompeii in imo quodam sinu erant. Nam si tunc eadem, quae hodie, orae illius facies exstitisset, potius a Marcina ab Stabias, quarum e conspectu paullum ora deflectit, dimetiendus isthmus fuisset. Et quidem mensura stadiorum CXX, qui Romanis milliaribus XV, nostratibus vero XII & pass. 124 respondent, ea ferme est, quae a Marcina ad usque *Vallem dirutam* procurrit. Licet enim hodie tredecim ferme milliariorum totum illud sit iter, si inde tamen demas novarum viarum flexus, & Apenninorum altitudinem, quam ascendere in itinere cogeris, nulli dubium, quin recta a fundo ad fundum non ultra, quam XII milliaria hodierna, sive CXX stadia excurrant. Eousque igitur mare se insinuasse intelligimus.

Non tantum vero maritimam, sed & IV. Amnensem etiam dixerunt.
amnensem fuisse eam urbem non est dubium. Strabo aperte ait: ἣν παραρρει ὁ Σαρνος ποταμος, *quam Sarnus amnis praeterfluit*: & Plinius *adluente Sarno amne*. Hinc Sarno *Pompeiani* cognomen indidit Statius:

Nec Pompeiani placeant magis otia (1)
Sarni.

Ex quo nempe situ mirae opes celebri emporio subpeditabant, cum & mare merces exteras, & amnis adveheret mediterraneas: quae bina commoda & in socias urbes Nuceriam, Acerras, Nolam redundabant, teste Strabone.

Cum haec igitur de veteri Pompeiorum V. Tentando verissimus eius situs deprehensus est.
situ tam certa sint, quam quae certissima, nostri erat pensi, ut investigaremus, quousque mare ad urbem adcesserit, & qua parte fluvius praeterflueret, antequam horribilis illa pumicum grando portum, sinumque obcaecaret (2), & primaevum fluminis alveum ita oppleret, ut porro in humiliorem humum repelleret Scaphatum versus. Tentando igitur deprehendimus mare ex ea parte urbem adcessisse, qua porta nunc excavata cernitur ad occiduum urbis latus. Nam ubicumque circumpositam effoderis tellurem, in imo marinam arenam invenies, ut ibi litus fuisse necesse sit. Itaque in toto illo telluris tractu, qui nunc a Turris Adnuntiatae pago extenditur ad Pompeios usque, mare sese insinuabat, urbemque lambebat. Inde vero recurvo propulsus litore meridiem versus abscedebat ad usque locum, ubi nunc dicitur *Bottaro*; adeo ut meridionale alterum urbis latus, quod secus Regiam viam effossus cernitur, mare quidem subpositum prospectaret, sed sensim recedendo. Hinc denique tellus iterum circumflectens Orientem versus recessiorem mari sinum praebebat ad usque *Vallem dirutam*, cui nempe loco extrema urbs, eiusque amphitheatrum a nobis effossum

(1) *Otia* Sarni adpellat Poëta eius lenitatem. Aquae enim, ut ait Antonius Sanfelicius in sua Campania, *tam pigro labuntur cursu, ut, utro fluant, nescias*. Quo certe respexit etiam Silius, cum *mitem Sarnum* dixit.

(2) Iampridem Macrinus *de Incendio Vesuvii*, & Peregrinius in *Campania Disc. II cap.* 23 eamdem coniecturam fecerant.

fossum imminebat, & ibidem se Sarnus exonerabat. Itaque in eo maris sinu telluris lingua procurrebat triangularis, chersonesi instar, cuius bina latera mare lambebat, alterum nempe, quod ad hodiernas *Bottari* molas, alterum ad *Vallem dirutam*, ubi fluminis ostium erat, protendebatur: in eaque urbs se extollebat.

VI. [illegible] compatent.

Totum id autem ipsa loci inspectione facile disces. Statim enim ac soli illius faciem contempleris, conspicuum se praebet veteris plagae limes, utpote qui in altitudine positus lene collis supercilium (3) exhibet, quod paullo post Turris Adnunciatae oppidum sensim adsurgit Pompeios usque, & sub ipsa urbe deflectens, per *Bottarum* ad Vallem dirutam molliter circumagitur. Ea porro altitudo ab ipsis Vesuvinis torrentibus efformata cernitur. Is enim Vesuvinus lapis, quem in Pompeiana porticu substratum iam docuimus, usque ad *Vallem dirutam* progredi deprehenditur. Contra vero quae huic supercilio substernitur tellus, & hodierno litore clauditur, humilis admodum est, & plana, totaque Vesuvinis pumicibus constrata, & salsis aquis redundans: quod iampridem acutissimae naris Vir Camillus Peregrinius (4) observaverat. Totum igitur illum tractum marinis aquis pervium fuisse, antequam Vesuvii pumicibus obcaecaretur, satis liquet.

VII. C. Plinii testimonio, quousque mare procederet, [illegible].

Id ipsum autem C. Plinii testimonio roboratur, qui loco superius citato *IX millibus passuum a mari Nuceriam distasse* scripsit. Si enim veterem Nuceriam ibi metaveris, ubi Cathedralis Ecclesia posita est, inde usque ad *Vallem dirutam* milliaria septem, & paullo plus excurrunt, quae ipsa novem Pliniana prorsus exaequant. Hinc autem hodiernum litus aliis quasi duobus milliaribus recedit; ut propterea falsus in eo computo Plinius fuisset, si litus ipsum, uti nunc visitur, ob oculos habuisset.

VIII. C. Plinii iunioris, & Senecae verba maximam nobis lucem offundunt.

Hinc etiam intelligenda sunt recitata Plinii iunioris, & Annaei Senecae verba, imo eorum loquendi proprietatem demirari oportet. Pomponianum enim Stabiis commorantem *sinu medio diremtum* a Vesuvio Plinius scripsit; quippe litoribus non modo *curvatis*, sed etiam *circumactis mare infunderetur*: adeo ut Vesuvinus torrens, si humi graderetur, Stabias pervenire non posset. *Circumacta* vero litora adposite dixit, quae sub Pompeiis ita circumagerentur, ut Pompeianam chersonesum cingerent. Eam autem Plinii mentem fuisse luculentissime Annaeus prodit, cum ait: *Pompeios . . . . mare ex aperto conductum amoeno sinu* CINGIT. Re enim vera mari *cincta* erat lingua illa telluris amoenissima, in qua Pompeii insidebant. Sinus autem ille totus, in cuius imo Pompeii erant, statim post Herculaneum incipiebat, & proprie ubi hodie dicitur *Torre scassata*, & ad Surrentinum usque litus circumibat: quamobrem Philosophus aiebat: *in quam urbem ab altera parte Surrentinum, Stabianumque litus, ab altera Herculanense conveniunt*. Ubi vero reductior sinus erat, sive, ut Seneca loquitur, ubi *mare ex aperto conductum* coangustabatur, ibi in duos veluti minores sinus dividebatur, qui hodie amplius non exstant: altero nempe, qui duobus punctis Oplontide, sive *Turri Adnunciatae*, & *Bottaro* continebatur, & ad occiduum Pompeiorum latus permeabat; altero vero, qui inter *Bottarum*, & Stabias claudebatur, & in imo recessu ad usque *Vallem dirutam*, sive ad extremum meridionale urbis latus, qua amphitheatrum erat, pertinebat: ibique se Sarnus exonerabat.

Etenim ad dexteram Sarni ripam Pompeios fuisse positos, contra quam Cluverius opinatus est (5), & ipsa loci facies indicat, & veteres scriptores confirmant. Plinius enim cum Campaniae litus sic describat: *Neapolis . . . . Herculaneum, Pompeii: haud procul, adspectante monte Vesuvio, adluente vero Sarno, ager Nucerinus est*, manifesto indicat, adeo post Pompeios Sarnum fluxisse, ut agrum Nucerinum adlueret; vel certe eius limites a Pompeiano agro secerneret. Idcirco autem *Pompeianus* ille fluvius, non Nucerinus, audiebat, etsi agri Pompeiani quam minimam partem adlueret, quia sub ipsa celebri Pompeiorum urbe sese in mare exonerabat, indeque non parvum incrementum ipsa urbs coeperat. Hoc idem discimus ex Anonymo Ravennate, qui sua ex intami- IX. Sarnus laevam urbis partem lambebat.

(3) Mappam fortasse aliam, quae veterem Pompeiorum faciem exhiberet, heic desideras, erudite Lector: sed eam adornare tempus non erat, cum eruderandae urbi incumbant adhuc operae. Itaque ne actum agere mox cogamur, expectandum donec excavatio perficiatur.

(4) *Diss. II cap.* 23 ubi differit, cur Pompeii a mari recesserint, ait: *Di ciò mi porge non leggiero indizio quel medesimo tratto, ch' è tra Scafati e 'l suo vicino lido, il qual' è un' infeconda palude, dove leggiermente cavandosi, si scuoprono arse pomici, e sorgono acque salse.*

(5) Is enim in Campaniae Tabula ad laevam Sarni ripam transduxit, in sua ipse commoda offendens, utpote qui Pompeiorum situm in hodierno *Scafato* fixisset: quod *Scafatum* dexterae amnis ripae hodie adiacet.

minatis fontibus procul dubio derivavit, quando etiam absumtarum urbium meminit. Namque *lib. IV cap. 3* loca maritima non solum ſtantia, ſed & iamdiu extincta hoc ordine recenſet: *Buxentum, Bellias* (ipſa eſt Velia), *Paeſtum, Silarum, Surrentum, Stabium, Sarnum (6) Pompeii, Oplontis* (haec illa eſt Oplontis, de qua Tab. Peut.) *Merclanium* (h. e. *Herclanium*) *Neapolis, Puteoli, cet.* Vides in hac exactiſſima locorum ſerie Sarnum ante Pompeios poſitum; nam qui litus radebant, poſt Stabias prius in Sarnum flumen, quam in Pompeios incurrebant. Fluminis vero oſtium non ſtatim ſub urbe poſitum fuiſſe eius ſoli, quam deſcripſimus, forma teſtatur; adeoque Sarnum ſe in mare exoneraſſe patet contra *Herculis petram*, h. e. contra ſcopulum illum, ubi hodie poſitum eſt Caſtrum *Revigliani (7)*; e cuius regione etiam num oſtium fluminis eſt: niſi quod nunc, adaucto litore, longius procedere debet, ut ad mare decurrat. Non inde tamen arguas mediterraneum Sarni curſum eumdem plane, qui nunc eſt, & olim fuiſſe. Tum enim flexuoſus magis eſſe debuit, & Boream verſus procedere: quando Pompeiorum urbem praeterfluxiſſe novimus. Recta igitur eam urbem petebat, cuius altitudinem, cum adſcendere nequiret, in ſubpoſitam Vallem radendo eas adgeſtiones Veſuvinas, in quibus urbs erat poſita, deſcendebat. Interceptus mox Titiana eruptione, cum ea item loca in altitudinem excreviſſent, inferiora petere coactus, novum ſibi meridiem verſus alveum paravit.

X. Ubi ſteterit *Pompeia palus*, & *Herculis Salinae.*

Praeterea in eo ipſo tractu, ubi fluminis oſtium erat contra petram Herculis, procul dubio fuit *Pompeia palus* de qua cecinit Columella *de Agror. Cult. lib. X*:

Quae dulcis Pompeia palus vicina ſalinis
Herculeis . . . .

Cum enim *Herculeas Salinas* audis, ne quid cum aliquibus de Herculaneo ſuſpiceris (8). Herculeae enim ab *Herculis petra* e regione poſita audiebant. Ibi enim praeter *dulcem Paludem* Sarni aquis efformatam, marinas etiam ſalinis opportunas olim ſtagnaſſe facili negotio cognoveris, ubi quam minimam eius telluris altitudinem inſpexeris. Eas autem lacunas ad illum ſinum potiſſimum inſediſſe coniicies ea de cauſſa, quod maris aeſtus in Surrentinum litus influens, & in oppoſitam mox refluens Turris Adnuntiatae (tum Oplontidis) oram, ibidem arenam, limumque deponebat, ubi quam minima erat aeſtus vis; quandoquidem id hodieque evenire ea in parte cernimus, litore in dies incrementum capiente.

XI. Qui fuerint *Salinienſes.*

Verum enimvero *ſalinas* ſub ipſa Pompeiorum urbe fuiſſe dubitare non ſinit programma, quod in Pompeiano pariete depictum invenimus, quod habes *Tab. VII num. 2.*

M. CERRINIUM AED. SALINIENSES ROG.

Salinienſes enim, quae vox in Lexicis deſideratur, non alii profecto eſſe poſſunt, quam qui ſalinis operam darent, iidemque fortaſſe, quos *Salinarios*, vel *Salinatores* alibi adpellatos invenimus. Hoc interim tene: de horum autem Pompeianorum programmatum ſententia, atque uſu infra *Cap. X* diſputabimus.

XII. Quae Pompeiorum magnitudo.

Quanta autem amoeniſſima ea urbs fuerit, quae *celebris* a Seneca adpellatur, ab ejuſdem longitudine facili negotio cognoſces. Ab effoſſa enim porta ad amphitheatrum milliarii unius longitudo excurrit. Sed certum eius ambitum metiri non adhuc licuit. Eius praeterea celebritas, & magnitudo ab ea parte, quam Regis noſtri munificentia e tenebris adhuc vindicavit, ſatis ſuperque elucefcit. Quamobrem vide, quae de erutis Pompeianis aedificiis infra *Parte II* enarrabimus. Etenim eccur non & eius quoque Urbis, & adiacentis orae veterem ichnographiam, ut de Herculaneo, dederimus, quiſque per ſe exiſtimare poteſt; quippe cum effoſſores ei eruderandae adhuc dum incumbant, operis perfectionem praeſtolari neceſſe eſt. Ad eius tamen emporii celebritatem demonſtrandam adprime facit proſcriptio, quam ibidem invenimus in pariete depictam, quae ſic habet: *In Praediis Iuliae Sp. F. Felicis locantur Balneum, Venerium, & Nongentum Tabernae, Pergulae, Coenacula ex Idibus Aug. Primis in Idus Aug. Sextas, annos continuos quinque S. Q. D. L. E. N. C.*

(6) Sarnum procul dubio eſt flumen, ut ſupra Silarum. Sarnum enim urbem ad mare fuiſſe poſitam ne ſuſpicari quidem licet.

(7) Scopulum illum *Petram Herculis* fuiſſe dictum eruimus e Plinio *lib. XXXII cap. 2*, ubi ait: *in Stabiano Campaniae ad Herculis Petram melanuri in mari panem abiectum rapiunt*. Vides autem Petram Herculis in Stabiano fuiſſe; quippe in eo ſinu poſita, qui modo Stabianus, modo Pompeianus dicebatur, propterea quod ibi uterque ager tranſverſo flumine finiebatur.

(8) Pomponius ad hunc locum ſic adnotat: *Salinae Herculeae prope mare ſunt, ubi Herculaneum, Pompeii*. Forcellinus in locupletiſſimo lexico: *Herculeis*, h. e. *quae ſunt prope Herculaneum*. Cochinius, & Bellichardus *in praef.* Opuſculi *Obſervations ſur les antiquites d' Erculaneum* putant *ſalinas Herculeas* pro ipſa urbe *Herculea* poëtam uſurpaſſe; ſed omnes falſi ſunt.

E. N. C. (9). Si enim in unius Iuliae peculio erant non minus, quam XC tabernae cum pergulis, & coenaculis locandae; quid reliqui Pompeianorum locaverint existima. At cuinam usui tam portentosus tabernarum numerus? Non modo, inquam, artificum, & promercalium usui destinatas omnes putarem, sed multo magis apothecas recipiendis tum exteris mari advectis, tum mediterraneis exportandis mercibus adcommodatas fuisse.

C A P. VI.

De Herculanei, & Pompeiorum aliis alio tempore incolis, dominisque, antequam ad Romanos devenirent.

I. Strabonis sententia de primis earum incolis.

TOtam hanc partem nostrarum Urbium historiae uni propemodum Straboni adceptam debemus; absque eo esset, ut varias earum vices penitus ignoraremus. Ex ipso enim discimus primos earum incolas Oscos fuisse, proinde pro primis conditoribus, vel ipsis certe aequales habendos; deinde Tyrrhenos, atque Pelasgos; postremo Samnitas; donec, istis pulsis, in Romanorum ditionem venerint. Libro enim V de Campania generatim loquens sic *pag.* 242 praefatur: *Antiochus ab Opicis habitatam fuisse eam regionem narrat, qui iidem & Ausones adpellarentur; at Polybius significat se pro duabus diversis gentibus eos habere . . . . . . Alii ferunt, cum ea loca quondam Opici, & Ausones tenuissent, fuisse ea deinde ab Osca gènte occupata, quae a Cumanis pulsa inde sit, quos rursum Tyrrheni eiecerint . . . eosdem, cum per luxuriam ad molliciem se transdidissent, sicut e regione ad Padum sua pulsi fuerunt, ita Samnitibus Campania cessisse, quos Romani postmodo profligaverint.* Infra vero ad nostras duas urbes propius adcedens ait: Οσκοι δε ειχον και ταυτην (Ηρακλειον) και την εφεξης Πομπηιαν . . . . . ειτα Τυρρηνοι και Πελασγοι, μετα ταυτα Σαμνιται· και ουτοι δ' εξεπεσον εκ των τοπων: *Osci tenuere hanc* (Herculaneum) *&, quae proxime sequitur, Pompeios: deinde Tyrrheni & Pelasgi; postea Samnites; qui & ipsi ex his locis eiecti fuere.* Quae posteriora verba, si cum praecedentibus conferas, clarum erit, quid Strabo ex adlatis opinionibus pro explorato habuerit, quidve in medio reliquerit. Cum enim adseveranter postea scripserit, Oscos primum, deinde Tyrrhenos & Pelasgos, denique Samnites in hisce urbibus, priusquam Romanorum ditioni adcederent, fuisse dominatos, tria, ni fallor, sibi fuisse persuasa ostendit. I. Esse Antiocho adsentiendum qui Opicos, Oscos, Ausones, unos eosdemque fuisse primitivos harum regionum indigenas censuit. II. Nusquam a Cumanis Oscos fuisse de Campania, vel certe de binis illis urbibus deturbatos, sed tantummodo a Tyrrhenis. III. Tyrrhenos eosdem cum Pelasgis fuisse, vel certe ut unum eumdem populum in hisce oris fuisse habitum, dictum propterea vel *Tyrrhenos*, vel *Pelasgos*, vel *Tyrrhenos & Pelasgos*. Idcirco primo loco posuit Oscos, deinde, silentio praetermissis Cumanis, Tyrrhenos cum Pelasgis copulavit.

Et sane Ausones, Auruncos, Opicos, & Oscos primos harum regionum incolas fuisse adpellatos solidis ab antiquitate petitis argumentis Cluverius ostendit. Quare concludit . . . . . *unam eamdemque fuisse gentem, quae variis adpellabatur nominibus, Ausones, Aurunci, Opici: quorum hoc vocabulum postmodum a Romanis conreptum fuit in duas syllabas Opsci, vel Obsci, ac tandem Osci* (1). Id ipsum postea luculentius docuit Camillus Peregrinius in Campaniae *Disc. IV.* Cum igitur Strabo inquit *Oscos*, procul dubio non alios innuere voluit, quam antiquissimos harum regionum cultores, eosdemque, quos Dionysius αυτοχθονας dixit, ut *Cap. III* adnotavimus. Et re quidem vera, ut constent, quae a veteribus adcepimus de Herculis in hasce oras adventu cum iis, quae Strabo, & disertius Halicarnasseus de Pelasgorum adpulsu referunt, necesse est Oscorum, qui primi earum urbium Herculearum incolae fuerunt, vetustas iam inde a remotissimis heroicis temporibus repetatur; siquidem ipsi, Dionysio auctore, tres ante Troiae excidium aetates a Pelasgis pulsi sunt.

II. Osci primi incolae variis nominibus adpellati.

Si ergo ita se res habuit, sapienter egit Geographus, cum eorum respuit opinionem, qui Oscos primum a Cumanis, hos vero a Tyrrhenis domitos narrabant; quippe cum ea opinio satis aperto αναχρονισμῳ fundaretur. Namque sive Velleio, & Eusebio, & ipsi Peregrinio *Disc. II* adquiescamus, qui Cumas circiter annum 131 ab excisa Troia fundatas adstruunt, immanis statim error constabit; sive in Petavii, Salmasii, Scaligeri, aliorumque sententiam descendamus, qui

III. Cumani a Strabone illinc merito exclusi.

(9) Aere fidelissime expressam habes *Tab. IV*, eius autem commentarium *Cap. X.*

(1) Ausones eosdem ac Opicos fuisse in primis docuit Aristoteles *de Rep. VII*, 10: ωκουν δε το μεν προς την Τυρρηνιαν Οπικοι, ὁ και προτερον, και νυν καλουμενοι την επωνυμιαν Αυσονες.

qui antiquiores eas Troiano excidio putant, nec tamen a Cumanis Oſcos deiici potuiſſe per id temporis patet. Ut detur enim Cumas ante illum Pelasgorum adventum, h. e. tertia ante Troiam captam aetate fuiſſe fundatas; adhuc tamen in ſua infantia fuiſſe neceſſe eſt, ut priſcis eius regionis cultoribus oppedere nequiverint. Adparet tamen, quid alterius ſententiae patronos transverſos egerit, quippe cum eam urbem ſatis antiquam florenti in hiſce oris dominatione fuiſſe, ita ut Tyrrhenis ipſis provocantibus principio victrix exſtiterit, adcepiſſent; ſibi facile perſuaſerunt, Oſcos non ab aliis, quam a florentibus olim Cumanis deiici potuiſſe. Atqui Tyrrheni concinentibus Scriptorum adcuratiſſimis, diu ante latiſſima ditione in tota Campania floruerant, nec ante *Olympiadem LXIV*, Archonte Athenis Miltiade, à Cumanis primum depulſi, poſtmodum ipſos ſubegerunt, ut ipſe Dionyſius in *Legationum I* narrat. In earum autem agro numquam Pompeios, & Herculaneum contentas fuiſſe modo docebimus. Haec diligenter obſervaſſe idcirco oportuit, quia recentium nonnullis poſt Peregrinium *Diſ.IV* (2) eadem ſedit opinio, in Cumanorum aliquando ditionem noſtras urbes veniſſe.

IV. Dionyſius, & Conon Straboni concinunt.

Recto igitur ſtat talo Strabonis ſententia de Tyrrhenis Pelaſgis Oſcorum domitoribus, cui omnino concinit Halicarnaſſeus (3), qui de primo Pelasgorum in Italiam adventu (4) verba faciens, inter alia ſic ſcribit: κατεσχον δε τινα και ουτοι των καλουμενων Καμπανων πεδιων ουκ ελαχιστην μοιραν, εθνος τι βαρβαρικον Αυρωγκους εκ μερους ανεστησαντες αυτων, *occuparunt etiam hi non parvam eorum camporum, qui Campani dicebantur, paſcuis divitum, & adſpectu amoeniſſimorum portionem, pulſa ex eorum parte barbara gente Auruncorum*. Inter haec autem occupaſſe etiam illam regionem ubi Herculaneum, & Pompeii erant poſiti, fatendum eſt; ſive Auruncos ipſiſſimos cum Opicis, vel Oſcis dicas, ſive inter primitivos Italiae incolas ſede tantum diverſos, ut Peregrinius docet, & propterea a Scriptoribus non plane diſtinctos. Concinit quoque vetuſtiſſimus auctor Conon, cuius fragmentum quantivis pretii nobis ſervavit Servius in *Eneid. VII*, ubi commentans in ea Poëtae verba *Sarraſtes populos*, ſic adnotat: *Conon in eo libro, quem de Italia ſcripſit, quoſdam Pelasgos, aliosque ex Peloponneſo convenas ad eum locum Italiae veniſſe dicit, cui nullum antea nomen fuerat, & flumini, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ex adpellatione patrii fluminis, & ſe Sarraſtes adpellaſſe. Hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt*. Cuius verbis ſuperius recitata Virgilii carmina reſpondent. Cum igitur, Conone teſte, Pelasgi ad Sarni ripas advenerint, & ibi Nuceriam condiderint, ecquis non ſtatim Pompeios occupaſſe fatebitur, quos iam conditos invenerunt?

V. Tyrrheni & Pelaſgi pro eodem populo a Strabone adcepti Oſcis ſucceſſerunt.

Iam vero Tyrrheni, etſi non iidem plane ac Pelasgi fuerint, ut ipſemet Strabo (5), & Dionyſius docuit, & nuper eruditiſſimus Mazochius, qui in ſuis *Phalegicis* (6) hanc remotiſſimae hiſtoriae partem ſumma in luce

(2) Hanc opinionem tutati ſunt Cochinius, & Bellichardius in docta praefatione opuſculi: *Obſervations ſur les Antiquites d'Herculaneum*; & quod mirum, eam Straboni tribuunt: *Elle fut, ſuivant le meme Strabon, poſsédée tuor à tuor, par les Osques, par les Cuméens, par les Tyrrhénies, & par les Samnites*. Sed quandonam Geographus inter Oſcos, & Tyrrhenos inſeruit Cumanos? Unum etiam, quod Strabonem fugiſſe autumant, ex Virgilio addunt, eam nempe urbem ſimul cum Pompeiis paruiſſe aliquando ante Troiae excidium Telebois ab Oebalo, qui Capreis imperitabat, devictas. Verum ſi Strabonem, & Dionyſium conſultius legiſſent viri eruditi, vidiſſent profecto Virgilii Teleboas, quos ipſimet Phoenicios fuiſſe non abnuunt, eoſdem eſſe ac Tyrrhenos & Pelasgos ab Amaſeno commemoratos; & proinde auctores iſtos, immo etiam Cononem a Servio adlegatum in una eademque temporum epocha, quod ad Tyrrhenos, convenire. Ipſi contra, cum Cumanos quovis pacto in harum urbium ditionem intrudere vellent, Tyrrhenis tum demum locum ceſſerunt, cum tandem poſt Olympiadem LXIV primum victi, poſtea victores Cumas domuerunt, & Capuam ex Catonis ſententia an. V. C. 282 aedificarunt, repugnantibus innumeris ſcriptoribus, qui de antiquiſſima Etruſcorum potentia teſtati ſunt, ut modo differemus.

(3) Etſi abnuat Peregrinius Herculis nomine deceptus.

(4) Tres Pelasgorum migrationes in Italiam Antiqui commemorant: primam ex Arcadia cum Oenotro ſeptendecim ante Troianum bellum bellum aetatibus, de qua Dionyſius *lib. I cap. XI*: alteram ex Theſſalia Deucalionis aevo, adcepto Dodonaei Iovis reſponſo, de qua idem Dionyſius *cap. XVIII*: tertiam cum Evandro ex Archadia LX fere annis ante Troiae excidium, in quod ipſum tempus incidit Herculis Graecanici in Italiam adventus, h.e. anno LVIII ante Troiam captam ex Petavii calculo *de Doctr. Temp.*

(5) Etſi enim Strabo Pelasgos a Tyrrhenis diverſos aperte ſtatuat, & illos antiquiſſimos αρχαιον τι φυλον, hos recentiores illis ſuperveniſſe e Lydia profectos, ut videre eſt *lib. V pag.* 220; attamen *loc. cit.* ad eam diſtinctionem minime reſpexiſſe vel ex eo coniicere licet, quod inverſo ordine prius Tyrrhenos, quam Pelasgos nominaverit: quod contra fieri oportebat, ſi pro diverſis adcepiſſet, & alteros alteris ſucceſſiſſe autumaſſet.

(6) *Differt. V ſect. III* §. 2, ubi ſic concludit: *Haec,*

ce constituit; attamen dubitari non potest, quin ab antiquorum quamplurimis saepius fuerint confusi tum ob quasi communem eorum originem, tum quia immixti diutissime habitassent, ut ipse Dionysius *lib. I* fatetur: εκκλειντο δε υπο των αλλων ανθρωπων, της τε χωρας επικλησει, αφ' ἧς εξανεστησαν, και τη παλαια γενους μνημη, οἱ αυτοι Τυρρηνοι και Πελασγοι· ὧν εγω λογον εποιησαμεν τα μη τινα θαυμα ποιεισθαι, επειδαν ποιητων, και συγγραφεων ακουη τους Πελασγους και Τυρρηνους ονομαζοντων; *ab aliis vero eum ob regionis nomen, unde fuerant pulsi* (h. e. ab Italia dicta Tyrrhenia), *cum ob eius vetustae originis memoriam, iidem dicti erant Tyrrheni & Pelasgi: quae dixi, ne quis forte miretur, cum audierit a Poetis, & Historicis Pelasgos etiam Tyrrhenos adpellari.* Inter huiusinodi sane scriptores adcensendus est Strabo, qui communi adpellatione usus, eosdem *Tyrrhenos & Pelasgos* dixit, in medio relinquens, fuerit, nec ne unus idemque populus. Non enim dixit: *Osci tenuerunt, deinde Tyrrheni, postea Pelasgi, tum Samnites;* sed primo loco posuit Oscos, secundo Tyrrhenos simul & Pelasgos, tertio Samnites; ut dubitandum non sit, pro uno eodemque populo eos sumsisse. Nostra autem id nunc non interest, ut de prima Tyrrhenorum, & Pelasgorum origine inquiramus, modo exploratum sit veterum auctoritate, utrosque cum ante Urbem conditam, tum ante Troiam captam late per Italiam fuisse dominatos.

VI. Antiquissimus utriusque populi adventus, & dominatio.

De Etruscis enim praeter adlata Dionysii, Cononis, & Virgilii testimonia sic Livius *lib. V* scribit: *Etruria tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem Italiae obtinens;* & *lib. VI*: *Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere, mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur;* sed & *lib. I* scripserat *Rutulos*, Aenea in Italiam adveniente, *ad florentes Tuscorum opes, Mezentiumque eorum regem confugisse ... Tantis opibus Etruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset.* Quare Servius ad *Aen. XI v. 567* nihil haesitans scripsit: *In Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat.* De Pelasgorum autem antiquissimo in Italiam adventu ante ipsosmet Etruscos Strabo, & Dionysius consentiunt. Ille enim *lib. V pag. 220* praeter alia narrat, quomodo Agilla, postea dicta Caere, a Pelasgis, qui olim condiderant, Tyrrheni abstulissent; hic vero *lib. I* tam antiquitus eos per Italiam floruisse narrat, ut altera ante Troiam captam aetate declinare iam coeperint: *Tempus, quo res Pelasgorum coeperunt deficere, incidit in alteram fere ante Troicum bellum aetatem: duraverunt autem pene ultra eius belli tempora, donec contracti sunt in gentem minimam.* Itaque cum de antiquissimo Pelasgorum, sive Etruscorum in Italiam adventu, prosperaque eorum fortuna dubitari nullo modo possit, ecquis vel Straboni oppedere ausit, Oscos ab ipsis domitos pernegans; vel id ante Urbem conditam, imo ante Troiam captam evenisse; vel Pompeios, & Herculaneum in eorum peculio inter primas statim fuisse non concedat?

VII. Alii Scriptores facile cum Strabone, & Dionysio conciliantur.

Nec porro nostras rationes obturbant Herodotus *lib. I*, Lycophron, Virgilius *Eneid. II, VIII*, Strabo *lib. V*, Velleius *lib. I*, Tacitus *Annal. lib. IV*, Plinius *lib. III cap. 4*, Valerius Maximus *cap. I*, Iustinus *lib. XX*, Appianus *in bello Carthaginensi*, aliique, quorum concors opinio fuit, Tyrrhenos, sive Etruscos Lydia oriundos, huc olim sub duce Tyrrheno advenisse (7). Ut demus enim ab Herculis nepote huc illos fuisse primum advectos, omnia tamen belle constabunt, dummodo de antiquissimo Hercule Phoenicio ista adcipiantur. Contra Camillus Pe-

Haec, quae tamdiu disseruimus eo pertinent, ut intelligatur Pelasgos, atque Tyrrhenos, gentem quidem fuisse lingua, itemque genere distinctam; sed tamen diu coniunctissimam, & easdem habentem exsilii sui caussas. Docet enim utrosque ανεκαθεν ex eadem Orientis tellure simili dispersione abactos. Et Cl. Heyne *Excurs. III ad Virg. lib. VIII*, etsi diversus abeat in inquirenda utriusque populi origine, communem tamen eis stirpem tribuit: *Ex prisca Pelasgorum stirpe populum fuisse Tyrrhenos, qui usque ad seriora tempora Lemnum, Imbrum, aliaque vicina continentis quoque loca insederant, dubitari nequit.* E quibus auctoritatibus id unum modo praecapimus, quod ad Strabonis mentem *loc. cit.* adsequendam conducit. Ceterum persuasum habemus & Oscos, & Pelasgos, & Tyrrhenos, quandoquidem αυτοχθονας suspicari ridiculum esset, a primaevis illis erronibus ex Oriente alteris post alteros advectis originem duxisse. Sed id obiter.

(7) Hanc tamen sententiam oppugnat Halicarnassaeus *lib. I cap. 28* eo argumento, quod Xanthus Lydius magni nominis historicus de hac tam celebri popularium suorum migratione ne mutiverit quidem. Praeterea reponi etiam posset, eam Lydorum in Italiam migrationem ante Herculem natum evenisse ex Gelliani auctoritate apud Plinium, qui *lib. III cap. 12* sic scribit: *Gellianus auctor est, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya duce Lydorum.*

regrinius *pag.* 145 Herculeis Graecorum fabulis, eorumque chronologicis rationibus abductus, hosce Tyrrhenos in Italiam sero tandem post Graecum Herculem advenisse iudicavit; & propterea nescio quos alteros Pelasgos putavit a Strabone commemoratos, ab iis diversos, de quibus Conon, & Dionysius meminerant (8); Tyrrhenos vero ab ipsis relictas urbes occupasse. Quare concludit diversos fuisse Pelasgos Strabonis, a Dionysii Pelasgis, eosque non alios, quam insequutos Tyrrhenos fuisse dicendum; & inter utrosque Cumanis locum tribuit in harum urbium occupatione. Atqui vidimus a Strabone adposite fuisse nuncupatos *Tyrrhenos* & *Pelasgos*, quia, etsi non unus idemque populus, tamen origine, & incolatu (in eisdem enim regionibus vel simul, vel deinceps habitaverunt) pro uno eodemque haberi solebat.

VIII. Capuae fundatio ab Etruscis nostram opinionem firmat.

Hanc porro nostram opinionem a Peregrinio repudiatam (ut serum Herculis adventum cum praecepta Cumanorum ditione unice conciliaret) tuentur quoque ex veteribus ii omnes, qui Capuam a Tuscis sive Tyrrhenis primitus fundatam, & duodecim Campanae Etruriae urbibus praepositam scripserunt, quales sunt Livius, Cato apud Velleium, Plinius, Mela, & Servius. Id autem L fere annos ante U. C. evenisse satis compertum habemus. Siquidem Velleius Campanus adcuratissimus scriptor, qui eam suae patriae chronologiam ad trutinam revocaverat, suo calculo probavit, cum *lib. I* de Hesiodi aetate loquutus in haec verba pergit: *Dum in externis moror, incidi in rem domesticam, maximique erroris, & multum discrepantem auctorum opinionibus; nam quidam huius temporis tractu aiunt a Tuscis Capuam, Nolamque conditam ante annos ferme 830, quibus equidem adsenserim: sed M. Cato quantum differt? qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam, ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter 240; quod si ita est, cum sint a Capua capta anni 240, ut condita est, anni sunt fere 500. Ego (pace diligentiae Catonis dixerim) vix crediderim tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse.* Repudiata igitur Catonis aliorumque auctoritate, qui Capuam circa annum 282 V. C. aedificatam eo calculo conficiebant, Velleius probabiliorem illam iure reputavit, qua eius urbis fundatio ante V. C. extollebatur. Quorum auctorum discordiae opportune intercedens Peregrinius, & Velleii sententiam Halicarnassei testimonio fulcit (is enim narrat Cumanos aliquot Aristodemi tyrannide deturbatos Capuam se recepisse ante illum annum, cui eius fundatio a Catone adsignabatur, h. e. an. V.C. 261), & Catonis (a quo parum discrepant Livius, & Diodorus, & Eusebius) opinionem sic teneri posse adstruit, si eos loquutos intellexeris de quadam Urbis amplificatione, quae per id temporis facta fuit, cum & novam formam adcepit, & reliquis urbibus praeposita est. Cui conciliationi subscripsit Cl. Mazochius in suis adnotationibus ad Peregrinium. Atqui si ita se res habuit, atque Tyrrheni iam ante urbem conditam (h.e. surgente vix Cuma) in Campania & dominabantur, (ut e Scriptoribus liquet) & Capuam fundaverant, quam longa post aetate XII suis urbibus praeposuerunt (in quarum censu procul dubio Herculaneum, & Pompeii fuere); dicat Peregrinius, aliique, quomodo Cumani, qui vix, aut ne vix quidem de antiquitate cum Capua contendere poterant, ante id tempus domitis Oscis, in sua ditione binas nostras urbes tenuerint?

IX. Plinii & Dionysii auctoritas Peregrinio non favet.

Scio quid Peregrinius reponit. Tutum se ducit Plinii, & Dionysii auctoritatibus; eos enim latae Cumanorum ditioni per Campaniam favere putat. Nam quae de Strabone adfert, *fuisse deinde ab Osca gente occupata, quae a Cumanis pulsa inde sit,* non moramur; quippe eam opinionem a Geographo ipso repudiatam satis docuerimus. Atqui nec Plinii verba, nec Dionysii suae sententiae favent. Quid enim Plinius? Is *lib. III cap. 5* de variis Campaniae cultoribus, qui de eius possessione decertarunt, sic habet: *hoc quoque certamen humanae voluptatis tenuere Osci, Graeci, Umbri, Tusci, Campani.* Iis in verbis sibi videre visus est Peregrinius ordinem populorum, quo alii ab aliis deinceps pulsi in huius regionis ditionem venere; & proinde cum Graecos Oscis postpositos viderit, non ab aliis, quam a Graecis, & quidem Cumanis, eos pulsos secundum Plinii mentem concludit. Atqui si haec vera sunt; quid de Umbris faciet? num dicet Cumanos in Umbrorum ditionem venisse? Umbris Tuscos successisse? Quod si id ne fando quidem auditum est, dicendus Plinius mixtim ac sine delectu omnes populos, qui vel simul, vel deinceps de felicis huius telluris possessione contenderunt, recensuisse; imo

(8) Etsi ipsemet fateatur a Dionysio non alios, quam primos illos agnosci Campaniae dominos.

imo & eos, qui aliquando ea mente arma in Campaniam intulerant, ut soli partem obtinerent: quales nempe fuerunt Umbri, qui cum Etruscis Transpadanis a Gallis pulsi huc adventarunt, & inita cum finitimis societate, bellum Cumanis intulerunt, etsi ab istis devicti sua spe frustrati fuerint; quo digitum intendere Plinium ipsemet Peregrinius fatetur. Illud ergo *tenuere* παχυτερως est adcipiendum. Modo igitur verum sit Graecos, sive pro Cumanis adcipias, sive potius pro Pelasgis (quos Graecos dictos ab auctoribus scimus, & quos praeterire Plinius non debuit), sive pro utrisque, de obtinenda horum felicium agrorum parte contendisse, suamque partem facto ipso obtinuisse, Plinii auctoritas per nos in tuto erit.

X. Imo Dionysius aperte adversatur. Quid vero quod Halicarnasseus non modo Peregrinii sententiae non favet, imo & adversatur? Eius verba *lib.VII*: επι της ἑξηκοστης και τεταρτης ολυμπιαδος, αρχοντος Αθηνησι Μιλτιαδου, Κυμην την εν Οπικοις Ελληνιδα πολιν, ἡν Ερετριεις τε, και Χαλκιδεις εκτισαν, Τυρρηνοι δε οἱ περι τον Ιονιον κολπον κατοικουντες, εκειθεν θ' ὑπο των Κελτων εξελαθεντες συν χρονῳ, και συν αυτοις Ομβρικοι τε, και Δαυνιοι, και συχνοι των αλλων βαρβαρων επεχειρησαν ανελειν, ουδεμιαν εχοντες ειπειν δικαιαν προφασιν του μισους, ὁτι μη ευδαιμονιαν της πολεως· ην γαρ ἡ Κυμη κατ' εκεινους τους χρονους περιβοητος ανα την ὁλην Ιταλιαν, πλουτου τε, και δυναμεως ενεκα, και των αλλων αγαθων, γην τε κατεχουσα της Καμπανων πεδιαδος την πολυκαρποτατην, και λιμενων κρατουσα των περι Μισηνον επικαιροτατων, quae sic ab ejus interprete vertuntur: *sexagesima & quarta Olympiade Archonte Athenis Miltiade, Cumas, Graecam urbem in Opicis ab Eretriensibus, & Chalcidensibus conditam Etrusci, qui Ionium sinum habitabant, inde a Gallis temporis progressu pulsi, & una cum illis Umbri, & Daunii, & multi alii barbari evertere sunt conati, cum nullam aliam iustam odii causam, quam ipsam urbis felicitatem afferre possent. Cumae enim illis temporibus tota Italia celebres erant ob divitias, & potentiam, & alia bona, quod totius Campani agri fertilissimam partem possiderent, & opportunissimos circa Misenum portus haberent.* Ex his autem Dionysii verbis duo prono veluti alveo fluunt, I nimirum tunc temporis Etruscos, excepto uno agro Cumano, Campaniam, qua late patebat, tenuisse: II Cumanos numquam ne tentasse quidem ab antiqua ditione Etruscos deturbare, & singillatim Pompeios, & Herculaneum ad ipsos numquam pertinuisse. Namque etsi, uti in editis prostant, Dionysii verba intacta relinquamus, facile tamen inde coniicere licet, Etruscos illos a Transpadanis regionibus pulsos non alia de caussa huc permeasse, quam quia ibi congeneres sui dominabantur; ideoque non odii auctores fuisse, sed in alienigenas Cumanos sedem quaerendi studio arma movisse finitimorum Tuscorum manu adiutos, quibus utique floridae Cumanorum res invidiam creaverant. Id vero disertissimis verbis Dionysium protulisse persuasum nobis est. Conruptum enim eius textum esse, unde aliquid exciderit, infitiari nequit. Quid enim sibi volunt verba in narrationis initio illa Κυμην ελληνιδα πολιν.. Τυρρηνων δε οἱ περι τον Ιονιον,,, επεχειρησαν ανελειν h.e. *Cumas Graecam urbem, Tyrrheni autem evertere adgressi sunt?* Illa sane particula δε coniunctiva, quam, cum reddere interpretes nequirent, neglexerunt, satis aperte clamat, aliud in textu deesse, cui adiungendum sit illud Τυρρηνων δε. Lege igitur per me Κυμην πολιν οἱ Καμπανοι, Τυρρηνων δε κ,τ.λ. *Cumas Campani, & Tyrrheni, qui a Gallis pulsi fuerant, evertere adgressi sunt.* Campanos enim respiciunt verba illa: *cum nullam iustam odii caussam proferre possent, praeter urbis felicitatem.* Quippe finitimis, non exteris tum primum adventantibus iustam aliquam odii caussam praetendere oportebat, eosque ipsos invidia Cumanarum opum adcenderat. Atqui, si per Dionysium nullam iustam odii causam in Cumanos obtendere poterant, numquam profecto finitimos ipsi lacessiverant, multoque minus eorum ditionis urbes subegerant. Quomodo ergo cum Peregrinio dicemus Orientem versus Pompeios usque imperium protendisse? Sed quid opus est coniecturis? Quae tandem eorum potentia per Dionysium erat? *Campani agri fertilissimam partem possidebant, & opportunissimos circa Misenum portus habebant.* Quorum verborum etsi prima indefinita sint, ut quota fuerit ea pars, in dubio relinquant; altera tamen sic definiunt, ut quisque inferre valeat, nihil minus quam Herculaneum, & Pompeios in Cumanorum ditione fuisse. Si enim portus tantum circa Misenum opportunissimos habebant, non totam fere Campaniae oram, non perquam opportunos Pompeiorum, & Herculanei portus in sua ditione censebant. Ecquis enim Pompeios circa Misenum positos dixerit? Neque cavilleris id dici propterea, quia continenti tractu portus ii Misenum sequebantur. Num Neapolitanum portum etiam, qui eo sensu circa Misenum foret, Cumanorum iuris erat? Peregrinius ipse *Disc. II.* vix Puteolanum portum Cumanorum fuisse ostendit. Si excedas igitur a por-

portubus Puteolano, Baiano, Misenate, qui adposite satis circa Misenum fuisse dicuntur ab Historico, non alios utique portus Cumani possederunt; iisque terminis eorum potentia coërcebatur.

XI. Nullus igitur Cumanis locus.

Id ipsum Strabo tribus expressit verbis, cum ait: πρωτερον μεν ευτυχει, *principio quidem floruit*, δευτερον δε οἱ Καμπανοι κυριως καταστaντες της πολεως ὑβρισαν πολλα, *postea cum Campani urbe potiti essent, multis contumeliis adfecerunt*. Id enim satis erat, ut nossemus eam aliquando opibus ex portuum opportunitate abundasse; neque ab aliis, quam a Campanis, h. e. finitimis Etruscis (9) eius felicitati invidentibus fuisse domitam. Ecquis vero inde coniiceret adeo invaluisse, ut etiam in finitimas urbes pulsis antiquis dominis dominationem extenderet? Atqui Strabonem non latebat, fuisse, qui putarent, Cumanos Oscorum regionibus increvisse. Si ergo siluit, eorum opinionem parvi fecisse patet, ut superius conieceramus. Pro certo igitur habendum est, eas urbes a Phoenicio primum duce fundatas (quem Herculem Graecis adpellare placuit) Oscos, h. e. antiquissimos Campaniae cultores (qui fortasse non alii, quam Phoeniciae illius manus progenies) principio tenuisse: hos deinde a Pelasgis pulsos, qui ante Troiam captam, & ante V. C. heic floruere, quique postea cum advenientibus indidem ex Oriente Tyrrhenis congeneribus suis immixti *Pelasgi Tyrrheni* dicti sunt, nullo interim Cumanis illuc patente aditu.

XII. Samnitibus deinde cesserunt.

Post illa vero, eas in Samnitium ditionem venisse docuit Strabo: id quod communi aliarum Campaniae urbium fato evenisse necesse fuit. Campani enim Etrusci, aeque ac Circumpadani, luxu & mollitie fracti Samnitium robore e tota Campania depulsi fuere, ut idem Strabo *lib. V p. 242* testatur: δια την τρυφην εις μαλακιαν τραπομενους, καθαπερ της περι τον Παδον χωρας εξεστησαν, οὑτω και ταυτης παραχωρησαι Σαμνιταις, τουτους δ' ὑπο των Ρωμαιων εκπεσειν, *cum per luxuriam ad mollitiem se transdidissent, sicuti e regione ad Padum pulsi fuerunt, ita Samnitibus Campania cessisse, quos Romani postremo inde profligaverint*. Sed quo id potissimum tempore factum fuerit, reticuit Geographus. Videamus igitur, an ex aliis scriptoribus expiscari liceat.

XIII. Quo id tempore evenerit.

Diodorus Siculus *lib. XII* cum de Consulatu T. Quintii, & A. Cornelii Cossi egisset (fuerunt hi Tribuni militares anno V. C. 328) subdit: *Per idem tempus in Italia Campani magno exercitu contra Cumas ducto, Cumanos, pugna conserta, fundunt; mox ad obsidendas Cumas se comparantes crebris expugnationibus adorti, tandem per vim potiuntur*. Tempus vero a Diodoro laxius indicatum, Livius definit, cum de Tribunatu militari L. Quintii Cincinnati, Sext. Turii Medullini, M. Manlii, & A. Sempronii Atratini (h.e. anno V. C. 333) agens, ait: *eodem anno a Campanis Cumae, quam Graeci Urbem tenebant, capiuntur*. Hi autem *Campani*, ut monuimus, per ea tempora Etrusci erant, qui Campaniam obtinebant; vix enim, aut ne vix quidem Samnites in eam pedem intulerant. Livius enim ipse *lib. IV* narrat sub Consulatu C. Sempronii Atratini, & Q. Fabii Vitulani h.e. anno V. C. 330 primum Samnites ab Etruscis Capuae incolis in societatem admissos: *Peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta. Volturnum Etruscam Urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye, vel quod propius est, a campestri agro adpellatam. Cepere autem prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque adcepti, deinde festo die graves somno, epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti*. Quod si quis cum Peregrinio, aliisque opponat Livium hac in re falsum fuisse, quippe, quod Nolae adciderat, Capuae factum narraverit, non intercedimus. Semper enim e conspirantibus tribus hisce locupletissimis testibus id constabit, ad usque annum V. C. 330 Etruscos & floruisse, & fere totam Campaniam obtinuisse, excepto tantum Neapolitano, & Cumano agro, quo etiam paullo post potiti sunt: exhinc vero paullatim a Samnitibus domitos ab eo imperio excidisse, & in horum ditionem urbes Campaniae fere omnes venisse. Quo referamus oportet Strabonis verba *loc. cit.* Σαμνιται προτερον μεν και μεχρι της περι Αρδεαν εξοδιας ποιουμενοι, μετα δε ταυτα αυτην την Καμπανιαν πορθουντες πολλην εκεκτηντο δυναμιν, *Samnitae factis primum ad Ardeam usque excursionibus, deinde hanc ipsam Campaniam vastan-*

(9) *Campanos* ea aetate non alios fuisse, quam Etruscos docet Diodorus, qui *lib. II* narrat an. V. C. 274 coss. Cesone Fabio, & T. Virginio bellum Cumanos inter, & Tyrrhenos gestum, ex quo iterum victores Cumani emerserunt: quod bellum (nisi idem, ac illud sit a Dionysio relatum, licet de tempore differant) alterum profecto fuit, ab illo, quod ann. 220 inceptaverant; siquidem ab armis Tusci non destitere, donec Cumas expugnarent circa an. 328, ut idem Siculus refert, *lib. XII*, ubi eos *Campanos* adpellat.

ſtantes ad multam potentiam evecti ſunt. Cum ſemel igitur circa annum 330 Samnites in Campaniam pedem intulerint, ſenſim eam fere totam domuerunt ad uſque annum 412 Coſſ. M. Valerio Corvo, & A. Cornelio Coſſano, quo tempore primum cum Romanis manus, Campanorum cauſa, conſeruerunt; *eo enim anno*, ait Livius *lib. VII*, *adverſus Samnites gentem opibus armisque validam mota arma*. Exinde enim, cum tantum illis belli pondus a Romanis incubuerit, quod per centum ferme annos perduravit, donec vicies quater triumphati, & deleti penitus fuere, credibile non eſt ſuam amplius ditionem prolataſſe. Igitur paullo poſt annum U.C. 330, capta Nola (10), & Acerra, nihil iis antiquius eſſe potuit, quam Pompeios capere, quorum emporio ambae urbes ſubſtentabantur, cui facile adcedere debuit parva Herculaneum: qua in re libenter eruditiſſimi Peregrinii rationibus adquieſcimus.

XIV. Flori mens explicatur. Hinc facile Flori mentem adſequeris, qui *cap. XVI* de bello Samnitico verba faciens, quod Campanorum gratia Romani ſuſceperant, poſt multas Campaniae laudes, plures enumerat maritimas eius urbes, quas inter Pompeios, & Herculaneum, quarum omnium caput olim fuerat Capua; deinde ſic concludit: *pro hac urbe, iis regionibus Pop. Rom. Samnitas invaſit*. Non enim, quod Peregrinius acriter obiurgat, id perſuaſum Floro fuit, omnes eas urbes, quas commemorat, praeſertim vero Herculaneum, & Pompeios, tunc temporis in Campanorum ditione fuiſſe, quaſi putaverit eas omnes, deditis Campanis, ſtatim in Romanorum poteſtatem venire debuiſſe; ſed id tantum innuere voluit, Romanos tanta, & tam pulchra Samnitium ditione permotos, libentiſſime eam occaſionem adripuiſſe, quae ſibi a Campanis oblata eſt, movendi in eos arma, futurum ſubinde ſperantes id, quod re vera adcidit, ut debellatis olim Samnitibus tota Campania potirentur. Florus igitur noſtras rationes minime obturbat; imo ab eo illud ipſum diſcere licet, ante coeptum Samniticum bellum noſtras urbes Samniticas fuiſſe, ab iiſque belli iure victores Romanos paullo poſt abſtuliſſe.

XV. Samnitica monumenta in effoſſis urbibus inventa. Verum noſtras urbes Samnitici olim iuris fuiſſe, etſi veterum teſtimonia deeſſent, perſuaderent indubia Samnitica, quae in utraque urbe monumenta, effodiendo invenimus. Herculanei enim litterata menſa illa marmorea, de qua Venutus, Paſſerius, Gorius, Remondinius, & nuperrime Lanzius, aliique verba fecerunt, inventa fuit: quae cum Oſcam, & preſſius Samniticam inſcriptionem exhibeat, procul dubio Samnitici imperii reliquias in ea urbe nobis indigitat. Id eruitur ex litterarum forma N W Я ꟻ T, quam Oſci & Samnitici peculii propriam eſſe cum eruditis fateri debes. Habes autem graphice delineatam eam menſam *Tab. II* cum exactiſſima duarum inſcriptionum forma, in quibus deſcribendis laudati auctores peccarunt. Scriptus is lapis, ut opportune Lanzius Feſti auctoritate fultus monet, ſacra menſa *erat, ubi rem divinam facerent*; quod diſcere eſt ex ipſo canaliculo, qui ad effundendum victimarum ſanguinem in ſiniſtro eius angulo, quem hiantem adpoſite cernis, habetur. Pompeiis vero, prout eruta eſt, proſtat Oſca epigraphe in pariete rubro colore picta. Deſecari autem non potuit, quin murus deiiceretur (non enim tectorio opere paries inducitur, ſed ex ſolido lapide, quem dicunt *travertino*, affabre exſtructus eſt); protegendam propterea, qua potuit, ne ſub dio maneret, & pluvio imbre penitus deleretur, curavimus: ſed aëris, ſolisque inclementia quomodo protegas, ne in dies evaneſcat? Murum ipſum *Tab. III* expreſſum habes cum epigraphis duabus, altera Samnitica ſive Oſca, altera Latinis ſiglis concepta, quae nunc noſtra minime intereſt. Ea autem vivo adhuc colore rubebat, cum eruta fuit: quod argumento eſt, non admodum longe ab eius urbis excidio fuiſſe propoſitam; adeoque in ea urbe hactenus vernaculam Oſcam, ſive Samniticam linguam cum ſuis characteribus ſuperfuiſſe; ſiquidem non eam antiquiſſimam Opicorum linguam, & characteres dixeris.

XVI. Variae Herculanenſis epigraphes interpretationes. Quid autem de earum ſcriptionum ſententia reputem, paucis expediam; ſed prius quid docti alii ſenſerint, tene. Paſſerius in media Herculanenſi menſa cum optime legiſſet: HERENTATEIS SUM, vertit: *Junonalis ſum*, ab *Hera* ſcilicet, quae apud Graecos eſt *Juno*, nomen detorquens: cetera, quae in menſae labio ſunt, cum non recte ubique legiſſet (11), vertit: *L. Slabius, L. Auchilius Mediaſtutici Junonali Praefecti proferunt*. Mazochius *in Addit. ad Voſs. Etym. in voce Tuticus*, cum ſcalptoris defectu

(10) Quae utique inter primas Samnitibus manus dedit; ſi de Nola adcipias, quod de Capua Livius ſcribit.

(11) Paſſerii lectio eſt: L. SLABIIS. L. AVCHIL. MERRISS. TVCTIKS. HERENTATE. PRVKINAI . . . PRVFFER. Habes in *Vol. I Symbol. Gorii Florent.* cum menſae ſchemate, ſed non fideli manu expreſſo.

fectu verum abaci schema producere non potuerit, illud retulit ex exemplo, quod festinans quis exscripserat. Itaque legit: L. SLABII . LAVKIL . MERRIX . TVF-TIKS . HEDENTATEIS . RVKINAI . PRVPHPHER . Fatetur tamen *marmoris scalpturam* ante vocem RVKINAI *corruptam vetustate*; etsi diligentius intuenti ibi marmor sub artificis coelo ita diffissum adparet, ut quadratarius interstitium unius litterae vacuum linquere coactus fuerit, aliasque non tam nitide exsculpere quiverit. Vertit ergo *Lucius . Slabius . Laukil . Meddix . Tuticus . Mensam . Rukinae . posuit*. Rukinam autem idem, ac *Runcinam* Deam satorum runcinationi praesidentem putavit. Illud vero lemma in abaci medio interpretatur: *Abaci dedicatio*. Multiplicem Orientalem eruditionem, qua suam tuetur interpretationem, videsis *l.c.* Nobis sane, ut, quod est, libere fateamur, nimis longe petita ea omnia videntur; praesertim cum plura falsae lectioni innitantur. Lanzius porro *Tom. II pag. 608*, licet non admodum Passerii interpretationem improbet, tamen quasi haesitans illud *herentateis sum* vertere mallet, *Sacerdotis* vel *Sacerdotalis sum*, nempe ab ἱερος *sacer* detrahens: infra vero illud, quod ex aliorum relatu legerat, *herentate procinai*, putat verti posse *sacerdote Procinia* sive *Procinio*: & in altero sui operis indiculo, qui Oscarum vocum est, novam coniecturam protulit: προκιναι *si è interpetrato per nome proprio, e precede un vuoto, che basta al prenome: mi si permetta però di dubitare, che quel dono sia fatto* τῳ πρυτανειῳ. Re tamen vera nos, qui marmor sedulo inspeximus, ad eiusque fidem typum exactissimum dedimus, neque spatium ad praenomen recipiendum invenimus (etenim ante eam vocem interstitiolum quidem est, sed quod nullum litterae vestigium exhibet, ut tute vides), neque illud *prucinai*, nec *prytaneo*, nec *rucinai* usquam adparuit.

XVII. Nostra lectio & interpretatio.

Verissima autem lectio est: L.SLABES (12). L. AVQIL. MEDDISS. (13) TVHTIKS. HE-

(12) Geminum II pro E valere eruditi iampridem observarunt non modo apud Etruscos, & Oscos, sed & apud Latinos antiquiores. Nos modo addimus, eamdem litterae figuram apud Latinos ad sera usque tempora perdurasse, ut *Parte III*, cum de veterum orthographia disseremus, locupletissime demonstrabimus.

(13) Elementum R Latino D respondere in ambobus hisce monumentis pro certo habemus, ideoque legendum MEDDISS, non MERRISS, ut in altero AMVIANVD non AMVIANVR; etsi contra senserit Cl. Lanzius, qui utrumque elementum ꓷ & Я pro R adcipiendum esse duxit. Principio enim ecquis inducere in animum potest, barbaros illos, inopesque linguae populos, quibus litterae D sonus esset ignotus, pro una canina exprimenda duplici elemento abundasse ab antiquissimo usque aevo, ut patet e marmore Nolae in Viventiorum pomario eruto anno 1792, quod magnam antiquitatem redolet; atque adeo in una brevissima epigraphe exaranda, quin & in eadem voce huiusce unius elementi divitias ostentasse, ut videre est in vocibus PRVPPHED, & AADIRES? Quid vero quod constantes eos in eiusdem vocis scriptura animadvertimus? HERENTATE bis in Herculanensi mensa cum eodem elemento ꓷ insculpta visitur: contra MERRIS cum duplici elemento Я scribitur, aeque ac in Nolano lapide, quem vide apud eumdem Lanzium *T. II p. 609*. Certa igitur ratione, ni fallor, non arbitrio sic fecisse videntur. Praeterea si Osci, cuius fundi erat illa vox MERRIS, teste Festo (*Meddix apud Oscos nomen magistratus est*) cum canina exprimebant, cur Ennius, cui cor praeter Graecas, Latinasque litteras, Osce sapiebat, in Latinum transtulit MEDDIX? Cur Livius, aliique Latini hunc ipsum Campanorum magistratum dixere *Meddixtuticum*, vel ut alii legunt *Mediastuticum*, & non potius ex naturalium ore *Merrixtuticum*? Atqui Volsci, qui Latinis litterarum formis utebantur, fatente eodem Lanzio, MEDIX scribebant: id quod exploratissimum habemus non modo ex aenea lamina Veliterna apud Lanzium *pag. 616*, sed & ex alia lamina quantivis pretii, quae quarto abhinc anno in Lucaniae pago, cui nomen *Oppidum*, inventa est, & munificentissimus Rex noster hujusmodi monumentorum sagacissimus aestimator quadringentis aureis ab inventore redemtam in Herculanensi gazophilacio adservat. Utraque enim eius facies insculpta est, altera archaica Latina lingua legem de iureiurando a novis magistratibus intra certos dies praestando exhibet; altera vero Latinis item litteris, quae a Veliternis non sunt absimiles, sed Volsco idiomate concepta est: utriusque autem schema exhibemus *Tab. IV*, & *V*, ut interpetrum ingenia exerceantur. In hac autem quinquies vox MEDDIS, & MEDDIX, bis vero MEDDIXVD, semel MEDICIM legitur; ita ut dubitari nequeat, quin cum D ea vox constanter scripta, & pronunciata fuerit. Hisce igitur argumentis fractus elementum Я in Oscis & Samniticis monumentis pro D Latinorum esse adcipiendum, eiusque sonum populis illis minime fuisse ignotum suspicor. In eam autem suspicionem κριτικωτατος Mazochius iam venerat, adeoque in suis *Vossiano Etymologico Additamentis* in voce *Tuticus* Oscam Herculanensis abaci epigraphen interpretans sic scripsit: *Illud vero praecipuum, quod cum in Tyrrhenicis ceteris monumentis D pro Latino R adcipiatur, contra in topho Campano, inque Herculanensi mensa duo sint elementi canini simulacra, tum D, tum etiam R Latinum, sed inversum: ut facile suspicer, D quidem non idem, ac R fuisse (ut adbuc aliis persuasum), sed esse Latinum D blaesum: sicuti & R Latinum inversum R non caninum, sed molle ac blaesum exprimere.* Ego vero, pace tanti Viri, contra senserim, & licet concedam lenem blaesamque caninae litterae pronunciationem adeo Oscis placuisse, ut saepe R pro D commutarent; non secus ac Neapolitana plebecula R pro D usurpat, adeoque pro *Madonna* pronunciant *Maronna*; tamen crediderim figuram R inversam Latinorum D apud eos respondisse. Et proinde in hac epigraphe

HERENTATEN . HERVKINAI . PRVPPHED . Quare cum aperte ibi legatur *herentaten Herucinai*, cumque, ut optime idem Lanzius, & Mazochius viderunt, dandi casus in ea sententia requiratur, scilicet cui donum oblatum fuerit; & manifestus in *Herentaten* adcusandi casus adpareat, sic vertendum putamus: *L. Slabes* (14), *L. Auqil Meddixtutici Sacram mensam Erycinae proferunt*. *Erycinam* Venerem dictam esse quis ignorat? An vero eodem adgnomine ipsam Divam Osci, & Samnites salutaverint; vel cur Veneri Erycinae, quae ab Eryce Siciliae monte, ubi colebatur, (si vera sunt, quae adcepimus) nomen adepta est, donarium Herculanenses obtulerint, videant otiosiores. Nec te moretur adspiratio, quae *Herucinai* praefixa visitur, contra quam vulgo *Erycinam* sine spiritu scribunt. Etenim, praeter quam quod mirifice in adspirandis vocibus antiquorum monumenta variant, ecquis negare ausit Oscos eam vocem adspirasse, quam sine spiritu Graeci, & Latini efferrebant? Sed si adhuc exemplum quaeris, en tibi laterculum, quod in Farnesiano Regis nostri Museo adservatur, in quo habetur: VENERVS . HERVC . h. e. *Veneris Erucinae* (15). Cum igitur huiusce epigraphes tota syntaxis, & sententia constet: nempe propria duo nomina in recto casu *L. Labeo*, & *L. Aquilius*, qui *Meddixtutici* munere ornati dicuntur; tum verbum *proferunt*, quod eos donarium obtulisse notat; tum dandi casus *Erycinae*, unde cui numini oblatum fuerit, pateat; quid remanet interpretandum, nisi quartus ille casus *Herentaten*? Is autem meo iudicio facillimus intellectu est. Atque utinam in plura incideremus huiusmodi monumenta, e quibus certam Oscarum vocum intelligentiam hauriremus! Quid enim sit *Herentateis* sub oculos habemus, scilicet sacram illam mensam donario Erycinae oblatam: eam igitur rem sic Oscos adpellasse certo novimus. Quid autem refert, nominis etymon divinando investigare, quando certam eius significationem tenemus? Quod si quis hariolationes amet, hanc nostram coniecturam expendat. *Herentateis* fortasse dictum Osce, quasi *Ferentatis* a *ferendo*, quod verbum *fero* apud Oscos in usu fuisse praeter alia monumenta haec ipsa epigraphe docet: itaque responderet Latinorum *ferculo*, vel *feretro*, ubi scilicet Diis fercula sive dapes inferrentur. Et quidem Cl. Lanzius *Tom. II pag. 682* observat in Tabulis Eugubinis SVFERAKLV esse parvum *ferculum*, quasi *sufferculum* duobus vasibus substinendis; aliud vero maius tribus lancibus recipiendis idoneum dici FERETRV. Eccur idem sacrum ferculum Osce FERENTATIS, sive HERENTATEIS dici non potuit? Quis Oscas desinentias in numerato habeat? Quae si ita sunt, nemo abnegaverit, illud *herentateis sum*, quod in tabulae medio legitur, non aliud sibi velle, quam *sacra mensa sum*.

XVIII. Pompeiana epigraphe legitur, & interpretatur.

Quod vero ad alteram Pompeiani parietis epigraphen adtinet, ea procul dubio programma est ad aliorum instar, quae in illius urbis aedibus adpicta visuntur, de quibus infra fusius agemus. Sed illius sententiam ecquis certo adsequi valeat? Nos tanti fortasse non sumus. Nutantem tamen coniecturam doctis viris proponere non dubitabimus. Itaque sic legimus: EKSVK . AMVIANVD . EITVNS . ANTER . TIVRRI . XII . INI . IIEI (16) . SARINV . PVP . PHAAMAT . MR . AADIRES . V. Interpretamur autem: EXHINC (17) VIATOR (18) IENS

graphe legendum PRVPPHED, & in Pompeiana AMVIANVD; non secus ac in Volsca Oppidana tabula quamplurimae voces ita cadunt: *preivatud*, *actud*, *licitud*, *contrud*, *amnud* pro *annus*, & *dolud malud* pro *dolus malus*; nam alibi est *dolom malom* pro *dolum malum* in adcusandi casu. Nec aliter veteres Latini dixerunt: cuiusmodi desinentia postea mansit in *istud*, *illud*, *aliud*. Itaque in numis, non utique legerem *Beneventor*, *Tianur*, *Larinor*, sed *Beneventod*, *Tianud*, *Larinod*; illud enim R finale, quod consonans est, pro D adcipiendum videtur; ut sit *Beneventum*, *Tianum*, *Larinum* (sicuti exstat in alio numo apud *Eck.*) non vero *Larinorum*; secus dicendum esset *Beneventorum*, *Tianorum* repugnante horum nominum analogia. Haec autem obiter dicta sunto; nec enim huiusmodi pronunciatione interpetratio nostra fulcitur.

(14) Haec nomina si Latine emollias, erunt *L. Labeo*, & *L. Aquilius*.

(15) Consule eruditissimum Marinium in locupletissimo opere *de Fratrum Arvalium monumentis pag.* 418.

(16) Litteram] apud Oscos modo pro V; modo pro adspiratione H sumi infitiari non potest ex innumeris exemplis, quae Passerius, & Lanzius protulerunt: eamque ipsissimam esse, ac Hebraeum כ haud aegre mihi persuaserim; etsi Reinoldus ab Hebraico ו *vau* derivet. Itaque mirum non fiet, si eam pro V consono reddidimus in voce AMVIANVD, heic vero pro spiritu sumsimus.

(17) EXHINC, sive *ex hoc loco* reddi posse Oscam EKSVK confidentissime pronunciamus. EKS enim nihil ab *ex* Latinorum differre quisque videt. Quamplurimas vero horum populorum propositiones simillimas Latinis esse Lanzius abunde docuit. Quare idem sagacissimus auctor in saxo Nolano, ubi legitur EKKVMA reddit EX CVMA. Non mirum autem, si euphoniae gratia Graecorum more scripserint EKS sequente vocali. VK vero pro *hoc* sumendum nullus dubito. In Volsca Oppidana tabula, quam commemoravimus, habetur EXAC, EXEIC, EXAIS.

IENS (19) (h. e. ſi eas) ANTE (20) TVRRI (21) XII (22) INIBI (23) SA- RINVS (24) PVBLII (25) CAVPONA- TVR (26) VT (27) ADIRES (28) VA- LE

EXAIS. In Etruſca autem apud Lanzium VKRE, quod ipſe optime reddit *hoc re*, ſive *hoc rei*; & in epigraphe Cornetana apud eundem AMCE *hanc*.

(18) VIATOR appendi poſſe τo AMVIANVD rati ſumus. Compoſitam enim vocem ex AM, *circum*, & VIANVD, *viator*, h.e. *circumiens* ducimus. Quippe norunt omnes AM in Latinorum compoſitione pro *circum* ſumi ex Graecorum αμ-φι, ſive malis ex Oſcorum AMPH, quod legitur in Nolano ſaxo: ita in *Tab. Eugub. ambretus* eſt *circuitus*. V. Lanzium. VIANVD vero, a Latino *viator* parum ſane aberrans, ex FIA factum adparet; ſiquidem ea vox Oſcis non defuit, teſte eodem ſaxo ubi habetur *v.* 7. FIAM.

(19) EITVNS non aliunde, quam a verbo *eo* derivavimus, ut ſit participium pro *iens*. Eo enim verbo non indiguiſſe Oſcos arguimus ex voce INVD PATENS, quae legitur in Nolano cippo *v.* 25 pro *iter patens*, ut Lanzius vidit. Etenim, uti ex verbo *ire* Latini traxerunt *itus*, & *iter*, ſic Oſca ruſticitas fecit INVD eodem pacto, ac a *Via Vianud*. In noſtra tabula Oppidana habetur HAFIEAT, quod poſitum videtur pro *adeat*. Deſinentiam vero NS participalem Oſcis aeque, ac Latinis eſſe, ſatis oſtendit ea vox PATENS: in Volſca etiam tabula plures ſimiliter cadentes voces decurrunt, ut v.8. DEIVATVNS, DEICANS, *v.* 18. BANTINS.

(20) ANTER pro *ante* aperte legitur in eodem laudato ſaxo Nolano *v.* 28.

(21) TIVRRI pro *turri* adcepimus ſola adfinitate ducti. *Turris* vero pro aede excelſa heic poſitum arbitramur, ut apud Horatium *regum turres*, h. e., *palatia*. Hinc huius vocis etymon Voſſianum a Chaldaeo טררא, *aedes*, vel potius Mazochianum ad Hebraeo טור *Tur*, *arx*, *palatium* minime improbandum cenſemus. Hoc igitur programmate ex noſtra ſententia monebatur Viator, *Turri*, ſive *Aede* duodecima, quae ex eo loco, ubi adpicta epigraphe, progrediendo numeranda erat (non enim numeris ſignatas domos invenimus), Cauponam eſſe quaerendam.

(22) Numerales notas apud Etruſcos, & Umbros eaſdem, ac Latinorum eſſe obſervavit Lanzius. Idem nunc de Oſcis noſtra epigraphe docet: idemque Volſca tabula apud nos confirmat, ubi exſtant notae XXX, & XX.

(23) INI pro *in* ſumendum, nemo abnuet. In ſaepius citato ſaxo Nolano bis legitur INIM, ſed *v.* 29 aperte adparet praepoſitam accuſativo eſſe: habetur enim INIM NVFLANAM, *in Nolanum*. Quare arguimus Oſcos dixiſſe *inim*, cum accuſativo praeponerent, *ini* vero, cum ablativo, opportune per variam deſinentiam varia regimina diſtinguentes. In noſtra Oppidana tabula pluries occurrit IN Latinorum more. Praeterea HEI pro *eo* (ſup. *loco*) ab IS derivare nullus dubito. Siquidem in Nolano cippo *v.* 31 eſt EAI, & in Eugubinis tabulis legitur EAM, EO, & EVXE pro *eoſce*, h. e. *eos*. In iiſdem EM poſitum pro *eum* Lanzius putat. Adſpirationem non moramur. Quare INI HEI reddidimus *inibi*.

(24) SARINV proprium nomen eſſe prima fronte adparet. Huiuſmodi deſinentia in V familiarem illis populis fuiſſe ex Lanzio abunde diſces. Viſitur etiam in ſaxo Nolano; ſed neſcio, utrum poſita ibi ſit in recto caſu.

(25) PVP detruncatam vocem eſſe fortaſſe indicat punctum in gremio τoυ 8 infixum; niſi mavis per illud adſpiratae vim obtundi, ita ut pro *ph* vel *bh* reddat P, vel B, non ſecus ac lene Hebraeorum dagheſc, qui adſpiratas reddit obtuſas. Atque huiuſmodi fortaſſe punctum deſideratur, vel non animadverſum eſt in voce SA8INIM, quam legendam *Sabinim* Maffeius duxit in Samnitico numo, contradicente Lanzio, quem vide *T. I p.* 208. Decurtata autem haec vox *Pub* vel *Pup* pro *Publii* vel *Puplii* Latinorum more poſita eſſe adparet. Samnites enim in ſuis nominibus a Romanis parum diverſos abiiſſe teſtatiſſimum eſt. Quid vero, quod *Publii* etiam apud Etruſcos inveniuntur? Vide apud Lanzium *Tom. II p.* 382 nomina PVPLEIA, & PVPLECE. Oriuntur autem recte haec nomina ex POPLE, *populus*, qui paſſim cum ſuis obliquis, & derivatis legitur in Tabulis Eugubinis, & alibi etiam PVPLV. Quare fatendum cum Mazochio in *Tyrrhenicis*, hanc vocem *ab Etruria in Latium manaſſe*. *Poplum* dixiſſe etiam primaevos Latinos, unde *Poplicolae*, tritum eſt. Sic in averſa tabula Oppidana, quae, ut diximus, Latina eſt, legitur *Poplice* pro *Publice*, & *in Poplico*. Ergo SARINV PVP erit *Sarinus Puplii*, h.e. *Publii* filius.

(26) PHAAMAT haec vox negotium faceſſit. Tertiam verbi perſonam eſſe ad Latinorum inſtar deſinentia ſatis oſtendit, quae paſſim in aliis huiuſmodi monumentis occurrit. Sed quidnam valuit apud Oſcos verbum *phaamare*? heic opus, heic labor eſt. Mihi non aliud ſuccurrit, quam derivatio a voce *Phamel*, quam privi Oſcorum peculii fuiſſe Feſtus in *Famuli* teſtatus eſt: *Famuli origo ab Oſcis dependet, apud quos ſervus FAMEL nominabatur: unde &* Familia *vocata*. Ex *Famel* vero derivari poſſe verbum *famare* (duplex enim A morari quemquam non debet, qua de re vide Lanzium *Tom.I.*) nemo fortaſſe iverit inficias. Quid autem ſibi volet, quam *ſervire*, *miniſtrare*? Eccur non etiam coenam adparare? Opportuniſſime Voſſius in V. *Familia: Familia a Famel, quod Oſcum eſt a Fame, quaſi famis miniſter*. Quare mihi viſum eſt, non aliam artem Sarinum iſtum profeſſum eſſe, de quo monitos viatores volebat, quam Cauponariam. Igitur proſcriptione illa monſtrabat, ubi ſuum diverſorium quaerere advenae deberent.

(27) MR. Heic enim vero mihi aqua haeſit, cum illa duo elementa conſona MR nullum ſonum reddere valeant. Fortaſſe vocalis ſupplenda deeſt; fortaſſe etiam vel ſcriptor erravit, vel tempus ita detrivit, ut vera lectio non adpareat. Ego vero potius ſiglam duxerim; animadvertit enim Lanzius *P. I p.* 220 litteram M alicubi nexum eſſe, & ſumi pro NI, vel MV; itaque legerem NIR, vel MVR. Sed ne hoc quidem pacto tenebrae diſparent. Non enim praeſtare auſim *mur* apud Oſcos valere *ut*. Reddidi igitur VT non alia de cauſa, quam quia inſequens verbum *adires* huius particulae fulcro indigere videtur. Alii fortaſſe ſagaciores aliquid melius ex ea ſigla extundent, & cum eruditis communicabunt.

(28) AADIRES ſic lectum nullam difficultatem patitur, & textui adprime quadrare quiſque videt. Nemo enim puto ſoloeciſmi Oſcum Cauponem accuſabit, quod pro praeſenti *adeas* poſuerit imperfectum *adires*. Vidimus verbum *ire* Oſcis non fuiſſe ignotum. Praepoſitionem vero *ad* a veteribus hiſce populis, praeſertim in verborum compoſitione uſurpatam docet Lanzius *T.I p.* 393, & alibi; etſi putet pronunciatam fuiſſe *ar*, ut in voce *arfertur* pro *adfertur*. Nos vero, qui elemen-

tum

LE (29). Si placet, tene; neque Oſcum cauponantem de ſyntaxeos anacolutho adcuſes. Si vero quaeris, quo tibicine iſta interpretatio fulciatur, vide inferius in ſubiectis adnotationibus. Quomodocumque tamen de ea ſentias, illud utique extra dubitationis aleam erit, Samniticae dominationis veſtigia in vernacula popelli lingua (30) ad ultima Pompeiorum tempora perduraſſe.

XIX. Alia ſamnitica epigraphe Pompeiis nuper effoſſa. Haec cum ſcripſiſſem, typographicis formis incluſa iam iam praelum erant ſubitura, cum inſperato epigraphen aliam ignotis characteribus conceptam, & topho adfabre inciſam Pompeiis fuiſſe effoſſam nuntiatum eſt. Oſcam eam eſſe nullo negotio ſuſpicatus ſum: eamque ſuſpicionem, adcepto illius exemplò, a veritate minime abludere ſtatim patuit. Cum autem Pompeios veniſſemus, ſumma cum voluptate deteximus, eam in minoris cuiuſdam templi orbicularis coronide olim ſtetiſſe, quod bidental utique fuerat, & iam ante ultimum Pompeiorum fatum conlapſum, terraemotu fortaſſe, obrutum terra iacuerat. Sed ne heic feſtinantes operas moremur, huius bidentalis hiſtoriolam, ac deſcriptionem una cum epigraphes interpretamento in Cap. XIII opportuniſſime reiiciemus; ubi de Nuceriae Bidentali, cuius marmor noſtrum meminit, verba facere deſtinaveram; archetypum autem delineatum habes *Tab. XIV* partis huius. Illud modo animadvertere iuvat, huiuſmodi monumentum remotiſſimam antiquitatem oſtentare, ut neutiquam cum cauponaria epigraphe componas, ſed potius cum abaco Herculanenſi.

XX. Concluſio. Quod autem nunc noſtra intereſt, vide, quomodo in dies Oſca prodeant monumenta, certiſſima hiſtoricae veritatis teſtimonia; cum contra Graecitatis, vel Cumanorum ditionis neque vola, neque veſtigium alicubi adparuerit.

Ad Papyr. Vol. Diſſert. L

C A P. VII.

Quo tempore utraque urbs Romanis ceſſerit.

I. Quandonam Romani Pompeios occuparint. Pompeios & Herculaneum pari ſemper fato actas e Samnitium ditione in Romanorum denique poteſtatem veniſſe & Strabo docuit, & innumera monumenta dubitare non ſinunt. Attamen quo id potiſſimum tempore evenerit, operae pretium eſt inquirere. Et quidem de Pompeiis id admodum difficile non erit, ſi illud pro comperto habuerimus, quod modo diximus, anno U. C. 437, cum vicina Nuceria Samnitium partes ſequebatur, Pompeios in Samnitium ditione adhuc fuiſſe. Sex enim poſt annos h.e. ann. 444 in Romanorum poteſtatem iam veniſſe ex Livio eruitur, quippe qui *lib. IX* ſic narrat: *claſſis Rom. a P. Cornelio, quem Senatus maritimae orae praefecerat, in Campaniam acta, cum adpulſa Pompeios eſſet, ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vaſtatis, unde reditus ad naves eſſet, dulcedine, ut fit, praedae longius ingreſſi excivere hoſtes. Palatis per agros nemo obvius, cum occidione occidi poſſent, redeuntes agmine incauto haud procul navibus adſequuti agreſtes exuunt praeda, partem etiam occiderunt; quae ſuperfuit caedi trepida multitudo ad naves compulſa eſt.* Quibus ex verbis cum probe diſcamus, Pompeios iam Romanis tunc temporis ceſſiſſe, utpote qui tam libere in eius portu verſarentur; optime coniecit Peregrinius, eos ſtatim a ſubacta Nola domitos a Romanis fuiſſe; quippe cum tres ante annos, h.e. 440, Coſſ. L. Papirio Curſore, & C. Iunio Bubulco, ea capta fuerit, teſtibus Livio *lib. IX*, & Dionyſio *lib. XIX*. Et ſane admodum veriſimile fit, Nolae bene munitae urbis expugnationem vicinorum Pompeiorum fatum cele-

tum Я ab illis populis pro D adhibitum putamus, ſcriptum & pronunciatum fuiſſe *adfertur* contendimus. Et quidem Mazochius *in Tyrrhenicis Diatr. VI.* voculam AD ab Hebraico fonte derivans ita propriam Etruſcorum duxit, ut inde Latinos adcepiſſe opinetur. Sed ne de lana caprina contendamus, ſi lubet, ſcribe, & pronuntia ARIRES, ipſum vero idem eſſe, ac ADIRES fatearis oportet. Denique ſi quem forte offendat in Oſca epigraphe vox pura puta Latina, & nodum potius in ſcirpo quaerere malit; meminerit quaeſo Oſcam linguam, illis ſaltem temporibus, de quibus agimus, non admodum a Romana diverſam fuiſſe; quippe quae Romae in ludis ab Oſcis hiſtrionibus pronunciata vulgo intelligeretur. Ingenio enim a Latina minime diſtabat, ſed erat barbara, incomta, & ſcurrilis, fere ut Neapolitana plebeculae dialectus a purgato Italorum idiomate differt. Qua de re *Oſce* & *Volſce* loqui dicebantur, qui Romanam linguam barbariſmis, & ſoloeciſmis deturpabant.

(29) Elementum illud ℶ, quod V conſonans ſaepe valet, uti ſuperius diximus, ſiglam heic eſſe quis negaverit? Ariolando igitur, nihil aliud ſibi velle putavimus, quam clauſulam opportuniſſimam *Vale*. Non eſt enim, cur Oſcis verbum *valere* abjudicemus, praeſertim cum Mazochius noſter *in Addit. ad Voſſ.* ab Oriente ad Italos perveniſſe putaverit, h. e. ab Hebreo ועל *Vaal*, vel *Val*, quod eſt *valeo*. Indidem igitur tum Oſci, tum Latini adceperunt. Si tibi vero opportunius aliquid ſuccurrat, candidus impertire.

(30) Si cui tamen libeat opinari, hanc epigraphen non ideo propoſitam fuiſſe, quia vernacula adhuc foret Pompeiis Oſcorum lingua; ſed potius eo idiomate abuſum cauponam, ut ſcurriliter pro horum hominum more, viatores ad popinam adliceret, ita ire concedam; praeſertim cum alia monumenta non deſint, quae noſtram tueantur ſententiam.

celeraſſe; aeque ac, Pompeiis captis, vicina Nuceria paulo poſt cecidit. Siquidem haec ann. 445 Coſſ. Q. Fabio, & P. Decio Mure, etſi pacem ſupplex peteret, a Fabio expugnata fuit, ut narrat Livius ibidem : *Is* (Fabius) *profectus ad Nuceriam Alphaternam iam tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluiſſent, adſpernatus oppugnando ſubegit*.

II. Quando Herculaneum.

De Herculaneo res foret exploratior ex Livii teſtimonio, qui *lib. X* a Sp. Carvilio Conſule, h. e., anno U. C. 460 Herculaneum de Samnitibus captum narrat : hiſce verbis : *Iam Carvilius Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum ex Samnitibus coeperat : Volanam intra paucos dies : Palumbinum eodem, quo ad muros adceſſit: ad Herculaneum bis etiam ſignis collatis ancipiti praelio, & cum maiore ſua, quam hoſtium iactura dimicavit. Caſtris deinde poſitis, moenibus hoſtem incluſit : oppugnatum oppidum, captumque*. Sed Livii interpretes teſtimonium luculentiſſimum tenebris involverunt. Cum enim de Volanae, & Palumbini poſitu nihil prorſum noſſent, cumque eas res in Samnio geſtas a Livio adcepiſſent, alienum omnino a noſtro Herculaneo oppidum a Carvilio oppugnatum duxerunt ; & proinde neſcio quam aliam urbem Herculaneum in Samnio cum Volana, & Palumbino ſtatuerunt. Quibus ſubſcripſit Cellarius (1) tria illa ignota oppida in Samnium ablegans, hac ipſa Livii auctoritate fretus. Eruditis tamen viris fraudem fecit vox *Samnium*, ubi tum bellum geſtum Livius narrat. Sed hanc adpellationem latius aliquando ſumendam, pro univerſa Samnitium ditione, qui bonam felicis Campaniae partem ſubiugaverant, Strabo aperte docet *lib. V p. 249*, ubi cum fere omnes Campaniae urbes recenſuiſſet, ſubdit : ϗ ετι Σουεσσουλα, ϗ Ατελλα, ϗ Νωλα, ϗ Νουκερια, ϗ Αχερραι, ϗ Αβελλα, ϗ αλλαι ετι ελαττους τουτων κατοικιαι, ὡν ενιας Σαυνιτιδας φασιν ειναι. Σαυνιται δε προτερον μεν ϗ μεχρι της Λατινης περι Αρδεαν εξοδιας ποιουμενοι, μετα δε ταυτα αυτην την Καμπανιαν πορθουντες πολλην εκεκτηντο δυναμιν : *inſuper* (in Campania ſunt) *Sueſſula, & Atella, & Nola, & Nuceria, & Acerrae, & Abella, & alia his minora oppida, quorum aliquot Samnitica eſſe vulgo dicunt. Enimvero Samnites, cum aliquando in Latium ad Ardeam uſque excurſiones feciſſent, deinde ipſam Campaniam vaſtantes ad magnam potentiam pervenerunt*. Habes igitur e Strabone aliquot Campaniae oppida *Samnitica* dicta eſſe, h. e. in Samnio poſita, propterea quia Samnitibus paruiſſent, qui in Campania dominabantur. Et quidem Livius ipſe *eodem lib. IX* Nuceriam in Samnio locavit, cum ſcripſit: *Conſules partiti provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam . . . . oppugnando ſubegit*. Nola item in Liviana Epitome locatur in Samnio *lib. 89: Sylla Nolam in Samnio recepit* (2). Cum igitur & Herculaneum noſtrum eadem fortuna compulſus Samniticum iugum aliquando ſubierit, eccur in minorum oppidorum numero, quae *Samnitica*, teſte Strabone, dicebantur, non recenſebimus? Eccur aliud Herculaneum in alto Samnio comminiſcemur? Livius quidem *in Samnio* geſta illa narrat, ſed quouſque iſthaec Samnii adpellatio pateret, non deſignat. Si Nolam, ſi Nuceriam in Samnio, propterea quia Samnitibus parebant, locavit, eccur non eadem de cauſſa Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum? Atqui hiſtoricus ipſe, dum eam narrationem adgreditur, ſatis aperte indicat ea oppida a Samnio ſtricte ſumto diſſita fuiſſe; ait enim: *Itaque* (Conſules) *litteris miſſis ad Senatum Populumque Romanum de rebus geſtis, DIVERSI Papirius ad Sepinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt*. Cum igitur *diverſi* abierint, Volana utique non in vero Samnio, ubi Sepinum erat, ſed aliquanto longius fuit. Quo igitur argumento in Samnio Campano Volanam fuiſſe pernegaveris? Itaque nullus dubito, quin Livius de noſtra Herculaneo verba fecerit ; & proinde eo demum anno ab U. C. 460 ante Chr. 283, poſtea quam fere centum & triginta annos Samnitibus paruiſſet, Romanorum iugum ſubire coacta fuerit (3).

III. Utraque urbs iterum a Romanis devicta.

Deinde biſcentum fere annos ambae urbes quie-

(1) *In Samnio §. 517 : incertae poſitionis loca ſolis nominibus ex Livii hiſtoriis cognita.*

(2) Plura vide apud Camillum Peregrinium *in Campan. Diſc. II cap. 24*, ubi etiam *Fregellas*, *Calatiam*, & *Nolam* a Diodoro Siculo in Samnitibus recenſita animadvertit ; ita ut mirum ſit, hunc Livii locum de Herculaneo noſtro eius ſolertiam fugiſſe.

(3) Volana, & Palumbinum, ubi conſtiterint, ignorare cogimur. In Liviana Drakemborchii editione variantes aliquot lectiones in Volanae nomine habentur; ſed e quibus nihil elicere queas. Ego autem Volanam libenter tueor, eamque in Campana Etruria fuiſſe arguo, ex eo quod aliam *Volanam* in Traſpadana Etruria invenio, de qua ſic Plinius *lib. III cap. 151*, ubi de Padi oſtiis : *Proximum inde oſtium Caproſiae, deinde Sagis, dein Volane, quod ante Olane vocabant. Omnia ea flumina, foſſaſque primi a Sagi fecere Tuſci*. Ex quo diſcis, Volanen Tuſcanicum nomen eſſe, quo unum ex Padi oſtiis adpellabatur. Nihil autem veroſimilius, quam quod oſtium illud

quievere usque ad Marsici, sive Socialis belli tempora. Tum enim, cum ei bello ambae se immiscuissent Italorum partes sequutae, iterum a Romanis devictae fuere anno U. C. 663 ante Chr. 80. Velleii Paterculi sedulitati hanc historiae partem debemus, qui *lib. II cap. 16* sic scripsit: *Neque ego verecundia domestici sanguinis gloriae quidquam, dum verum refero, subtraham. Quippe multum Minatii Magii atavi mei Asculanensis tribuendum est memoriae: qui nepos Decii Magii Campanorum Principis, celeberrimi, & fidelissimi viri tantam hoc bello Romanis fidem praestitit, ut cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Herculaneum simul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L. Sulla oppugnaret.* Neu suspiceris tum primum in Romanorum ditionem venisse; ex hac enim historia satis superque discimus, eas iam ante Romanorum socias fuisse, aliter se illi bello non immiscuissent.

IV. Omnia [illegible] Ut igitur omnia in pauca contrahamus. Fundatae hae urbes ab usque remotissima ac mythica aetate a Phoenicum latronum manu, & ab Oscis habitatae LXX fere annos ante Troiana tempora, h. e. ante Chr. 1254, a Pelasgis & Tyrrhenis, deturbatis primaevis incolis, occupatae fuerunt, & in duodecim urbium Etruscarum numero, quorum caput Capua erat, conscriptae. Mox circa annum U. C. 330, h. e. ante Chr. 413 a Samnitibus occupatae, politico eorum systemati adcesserunt. Denique anno U. C. 460 h.e. ante Chr. 283 ambae a Romanis devictae, in sociorum numero censitae fuerant; cumque anno U. C. 663 ante Chr. 80 iterum arma in Romanos cum reliquis Italis sumsissent, rursus domitae fuere. Quo autem loco a Romanis tum habitae fuerint capite sequenti inquiremus.

C A P. VIII.

De politico Herculanei, & Pompeiorum statu praesertim sub Romanis.

I. Qua politia [illegible] Samnitibus. QUa regiminis forma antiquitus usae fuerint nostrae urbes, quis divinare valeat? Illud unum pro certo haberi potest, αυτονομους fuisse, quamdiu Osci eas incoluerunt. Mox subactae a Pelasgis, si vera sunt, quae Virgilius de Oebalo Rege, qui a Capreis in obversum litus suam ditionem prolatavit, eius regni partem constituerunt. Sed cum Etruscorum res in Campania floruerunt, h. e. cum condita Capua, sive potius ea in novae urbis formam redacta fuit, anno U. C. 310 (1) Campanam duodecim urbium dynastiam, aeque ac trans Padum fecerant, teste Strabone *l. c. V p. 242*, constituerunt; in earum numero ambas fuisse verosimillime ex eodem Strabone eruitur, ut iampridem observarunt Peregrinius, & Mazochius, quibus nuperrime Lanzius subscripsit. Eius autem τας πολιτειας leges, etsi prorsus ignoremus, nulli tamen dubium, quin omnes illae urbes sui iuris fuerint, sed in commune concilium, veluti amphictionicum, si quando gravius negotium universam gentem adficeret, omnes Capuae convenirent, quae propterea omnium caput dicebatur; non secus ac urbes, quas *anseaticas* hodierni homines adpellant. Ibi nimirum de pace & bello agebatur, & rata militum, impensarumque pars ab unaquaque urbium subpeditanda, atque huiuscemodi alia decernebantur. Nec alia profecto fuit earum conditio, cum Samniticae ditioni adcesserunt. Samniticae enim reipublicae corpus eisdem fere legibus, quibus plures liberae civitates, communi veluti vinculo, inter se colligarentur, constitutum erat.

Sed dissoluta tandem per victores Romanos Samnitium republica, Herculanenses, & Pompeiani cum reliquis Samnii civitatibus de more in Romanam societatem adcepti fuere. Quibus autem conditionibus ea foedera continerentur, quis silentibus omnino historicis definire ausit? Illud autem verosimillimum sit, non aequum foedus illud fuisse, ad quod cives illi obstinato bello edomiti invitati fuerunt, sed tale, *ut in ditione populi Romani essent* (uti de Teatinis scribit Livius *lib. IX c. 20*). Ad summam iure Italico vixerunt, sua quidem libertate usi, sed qui Populi Romani maiestatem ex pactis conventis reveren- II. Sub Romanis primum Sociae urbes.

illud a vicino pago Volane nomen traheret, sicuti ipsomet Plinio teste, *l. c.* aliud ostium dictum fuit *Vatrenum ab urbe Spina, quae fuit iuxta*, vel contra a Volane ostio, urbs, seu pagus proxima cognominaretur. Cum autem Transpadani Etrusci a Gallis pulsi in Campanam Etruriam, ut notum est, se receperint, quid prohibet, quam novam urbem Olanam, sive Volanam patrio urbis, unde exturbati fuerant, nomine adpellare? Eodem ferme pacto, ut alia, quae nota sunt, praeteream, Paterculi testimonio aliam in Campania urbem scimus Transpadanae cognominem, quae *Cosa* dicebatur, etsi ubi sita esset, aeque nesciamus. Novimus autem a Ptolemaeo fuisse in Etruria fluminis ostium, quod diceretur *Ossa*, sive *Cossa*, sive *Cosa*: Οσσα ποταμου εκβολαι, Κοσσαι: hodie nuncupatur *Osa*, de qua vide Cluverium, & Mazochium *in Tyrrhenicis Diatr. VI.* Unde autem Campanae urbi nomen *Cosa*, nisi ab advenis Etruscis? Sed de *Cosa* aliquanto laxius *Cap. XII* differemus.

(1) Vide, quae superius de Capuae fundatione protulimus.

rerentur. Coniicere tamen licet, aliquanto ante Sociale bellum Municipii iure Pompeios fuisse donatos, ut mox expendemus.

III. Deinde Municipia.

At saltem post Socialis belli exitum, qui huiusmodi fuit, ut civitas Romana populis Italicis daretur, Romana civitas, & iura Municipalia Herculanensibus, & Pompeianis haud dubie impertita fuerunt. Id testati sunt veteres fere omnes, qui de illis urbibus sermonem habuere. Et quidem Vitruvius *lib.II cap.6*, ubi de pulvere Puteolano disserit, *Municipia* diserte adpellat: *nascitur in regionibus Baianis, & in agris Municipiorum, quae sunt circa Vesuvium montem;* ubi & paullo post *Pompeianum pumicem* expresse nominat; & res ipsa dubitare non sinit, quin Herculanense, & Pompeianum agrum indigitaverit. Plinius item *lib. II cap. 51 Pompeianum Municipium* scripsit: *In Catilinanis prodigiis Pompeiano ex Municipio M. Herennius Decurio sereno die fulmine ictus est*. Atque hinc intelligis, cur Tullius de eo prodigio consulatus sui tempore verba faciens *I de Divinat. cap. 2* ipsum M. Herennium *Civem* salutarit his versibus:

Aut cum terribili perculsus fulmine Civis
Luce serenati vitalia lumina liquit.

IV. Tullius *Municipiorum* nomine designat.

Sed est & alius Tullii locus, quo sibi constans non Pompeios modo, sed etiam Herculaneum *Municipiorum* nomine designat. Etenim *Fam. ep. 25* ad Paetum scribens de Municipiis loquitur, quae procul dubio alia esse non poterant, quam Herculaneum, & Pompeii. Namque cum rumor increbuisset Iulium Caesarem meditari de dividundis agris, fundo suo timens Paetus Tullium, an quid sciret, interrogaverat, cui sic ille: *Non tu homo ridiculus es, qui . . . ex me quaeras, quid de istis Municipiis, & agris futurum putem*. Paetus ergo in cuiusdam *Municipii* agro fundum habebat. Atqui in Herculanensi fuisse idem Cicero pluribus in locis innuit, ut probe vidit Martorellius noster in *Theca Calam. cap. V p. 568* (2). Herculaneum igitur quis non Municipium ea aetate fuisse pernegaverit? Imo etiam, meo iudicio, & Pompeii; quippe ait plurativo numero *de Municipiis istis*. Ecquis enim dubitet, finitimis Pompeiis eamdem sortem fore, ut immineret, si quid Caesar fuisset molitus? Sed est praeterea, cur de Pompeiano loqui etiam Cicero deberet; quippe suum praedium celebratissimum ibidem habebat. Scripserat enim procul dubio Paetus: *quid de his Municipiis, & agris futurum putas, quae scilicet me, aeque ac te contingunt?* Cui Tullius: *ex me quaeris, quid de istis Municipiis futurum putem?* Idemque manifestius indicant sequentia verba, quibus se eadem fortuna cum Paeto esse involvendum, si quid accideret, ostendit: *imo vero, si me amas, fac, ut sciam, quid de nobis futurum sit*. Quapropter nullus dubito, quin hic de Pompeiano, ille de Herculanensi fundo dimicarent. Uterque autem fundus in Municipiorum agris esse Cicero edicit.

V. Marmora consentiunt.

Denique & in marmoribus apud Reinesium, quae *Cap. sequenti* enarrabimus, Herculaneum *Municipium* dicitur. Neve tibi negotium facessat Munatii Concessiani epigraphe, quae Martorellium nostrum movit, ut inter colonias Herculaneum locaret. Quo enim ea epigraphe pertinuerit infra *Cap. IX* expendemus.

VI. Tacitus Pompeianos *colonos* dixit.

Verum Cornelius Tacitus intercesserat, quominus Pompeii Municipalia iura pacifice tuerentur; is enim *Ann. XIV cap. 17* Pompeianos, aeque ac Nucerinos *Colonos* adpellavit. Integrum Taciti locum proferre non piget, utpote qui nostrae urbis historiae mirifice consulit: *Sub idem tempus* (hoc est anno Christi 59) *levi contentione atrox caedes orta inter colonos Nucerinos, Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus, quem motum Senatu retuli, edebat. Quippe oppidana lascivia invicem incessentes, probra, deinde saxa, postremo ferrum sumsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati sunt in urbem multi e Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum, aut parentum mortem deflebant. Cuius rei iudicium Princeps Senatui, Senatus Consulibus permisit. Et rursus res ad Patres delata, prohibiti publice in decem annos eiusmodi coetu Pompeiani, conlegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta. Livineius, & qui alii seditionem conciverant, exsilio multati sunt*. Cuius Historici auctoritate motus Cluverius, aliique post eum, Pompeios nonnisi latiore adpellatione a ceteris Municipiis fuisse dictos, verum inter Colonias esse recensendos suspicati sunt.

VII. Quomodo Tacitus intelligi possit.

Anne igitur hoc uno teste e Municipiorum censu Pompeios deturbabimus? Principio non ita luculentum testimonium est, ut aliqua interpretatione donari nequeat. Nam ubi ille *colonos Nucerinos, Pompeianosque* memorat, illud *colonos* ad vicinius, non item ad remotius nomen referri commode potest; ita ut sit, *inter colonos Nucerinos, & inter Pompeianos cives*. Et qui-

(2) De hac Paeti villa *Cap. XII* redibit sermo.

quidem Frontinus Nuceriam in Coloniarum catalogo, minime vero Pompeios, uti nec Herculaneum, inseruit. Et ipsemet Tacitus, quum *Ann.XV c.22* terraemotum, quo adflicta ea urbs fuit, commemoraret, non Coloniam eam adpellavit, sed *celebre Campaniae Oppidum Pompeii*. Verum Annaeus Seneca, qui eam ipsam terraemotus calamitatem summa diligentia enarravit in *Nat. Quaest. lib. VI* initio, Nuceriam quidem dixit *Coloniam*, sed Pompeios *Celebrem Campaniae Urbem*, & Herculaneum *Oppidum* nominavit (3).

VIII. Tullius difficultatem solvit.

Sed Tullius in *Orat. pro Sylla* huic controversiae tantam lucem adspersit; ut facile litem Pompeianis adiudicandam, eosque de iurium municipalium possessione minime deturbandos censeam, atque id sine gravissimi historici offensione. Ea enim oratione, ut notum est, P. Syllam accusatum, quod Pompeianos ad rebellionem instigaverit, hisce argumentis liberare studet: *Disiunxit*, inquit, *eos* (Pompeianos) *a Colonis, ut hoc dissidio ac dissentione facta, oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere. Primum omnis Pompeianorum, Colonorumque dissentio delata ad Patronos est, cum iam inveterasset, & multos annos esset exagitata. Deinde ita a Patronis res cognita est, ut nulla re a ceterorum sententiis Sylla discesserit. Postremo Coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos a Sylla magis, quam sese esse defensos. Atque hoc, iudices, ex hac frequentia Colonorum honestissimorum hominum intelligere potestis, qui adsunt, laborant: hunc Patronum, defensorem, custodem illius Coloniae, si in omni fortuna, atque honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu adflictus iacet, per vos tutari, conservareque cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambulatione, & suffragiis suis cum Colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent. Ac ne haec quidem P. Syllae mihi videtur silentio praetereunda esse virtus, quod cum ab hoc illa Colonia deducta sit, & cum commoda Colonorum a fortunis Pompeianorum P. Rom. fortuna diviserit, ita carus utrisque est, atque iucundus, ut non alteros dimovisse, sed utrosque constituisse videatur.* Nihil sane clarius, nihil apertius in rem nostram dici poterat. *Ad Papyr. Vol. Dissert.*

(3) Integrum Senecae locum infra *Cap. XI* adscribemus.

(4) Alii legunt *de ambitione*.

(5) Appianus etiam *de Bello Civ. XI* de Coloniis a Sylla deductis mentionem facit: *Sylla vero, & Caesar, quod Patria armis occupata, custodibus & satellitibus adversus eam egerent . . . . . . Italiae innoxiae, lege belli, agros, villas, sepulcra, & fana extorserunt . . . agros sociorum Latini nominis diviserunt, & vos in eos frequentes sub signis & ordinibus deduxerunt.*

Ex oratore enim ediscimus 1 Coloniam Pompeios fuisse deductam, & quidem a P. Sylla (sive solus is fuerit, sive Triumvirum deducendae Coloniae unus): 2 ea in deductione agri parte multatos Pompeianos fuisse, ut novis cederet Colonis; tantumdem enim valent verba illa: *cum commoda Colonorum a fortunis Pompeianorum P.Rom. fortuna diviserit*; quare Syllae laudi orator vertit, quod negotium illud tanta prudentia, & comitate gesserit, *ut carus utrisque fuerit, cum non alteros dimovisse, sed utrosque constituisse videretur*: 3 Pompeianos cives cum novis Colonis plures annos contendisse *de ambulatione, & suffragiis*; quidquid enim fuerit lis illa *de ambulatione* (qua in voce variant codices (4), & infra nostram sententiam aperiemus), procul dubio *de suffragiis* idcirco contendebant, quia Colonos a suis comitiis veluti extraneos exclusos vellent: 4 denique Colonos ipsos, qui *Patronos, Defensores*, & *Custodes* haberent, a Pompeianorum civium communi se distinctos gessisse, utpote qui in ea Syllae causa suos legatos Romam miserint a Pompeianis diversos.

Itaque per Tullium edocti facili negotio concludimus, Coloniam Pompeios vere fuisse deductam L. Syllae dictatoris auctoritate, postea quam ipsemet cum T. Didio eam urbem expugnaverat, ut Paterculus scribit. Et quidem inter alia privilegia, quibus honestatus Dictator ille fuerat, erat in primis illud Coloniarum deducendarum, teste Plutarcho in eius *Vita*, & Livio, in cuius *Epitome* sic habemus: *Sylla Nolam in Samnio recepit, XLVII legiones in agros captos deduxit, & eos iis divisit*; & eo etiam respexit Florus cum ait: *Municipia Italiae splendidissima hasta venierunt* (5). Has porro Colonias non *Plebeias*, vel *Togatas*, sed *Militares* fuisse res ipsa palam facit: quae nempe *cum signis & aquila, & primis ordinibus, ac Tribunis deducebantur*, ut loquitur Hyginus. Verum enim vero huiusmodi colonias neque *ius*, neque stricte cognomentum *Coloniae* illis oppidis, quo deducerentur, communicasse, satis superque constare ducimus; etsi id ab eruditis adhuc non animadversum iure indoleamus.

IX. Quaenam Pompeiana Colonia ex Tullio.

X. An militares Coloniae urbium conditionem immutarent.

Et re quidem vera si philologos harum rerum tractatores consulas, totos illos esse invenies in distinguendis triplicis generis,

ris, ſive civilibus, ſive militaribus coloniis vel *Romanis*, vel *Latinis*, vel *Italicis*; illud pro certo habentes, unamquamque urbem, quo vel *militaris*, vel *civilis* colonia deducta foret, ſtatim vel *Romanorum*, vel *Latinorum*, vel *Italicorum* iura recepiſſe: quare nimium, quantum se torquent, ut veterum loca huic praeceptae opinioni non conſonantia concilient. Et quidem cum rei ratio, tum ſcriptorum dicta falſam illam opinionem redarguunt. Credibile enim eſt, Romanos, cum in defectionis poenam agro urbes multarent, & illis colonorum veluti praeſidium imponerent, eo ipſo ſplendida Civitatis, vel Latinitatis iura communicaſſe? Atqui non illam eorum mentem fuiſſe Tullius declarat, cum *pro Domo ſua* ſic ſcribit: *Populus Romanus, Sylla Dictatore ferente, municipiis civitatem ademit: ademit iiſdem agros. De agris ratum eſt; fuit enim populi poteſtas, de civitate ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Syllani temporis arma valuerunt.* E quibus verbis luce meridiana clarius fit, tantum abfuiſſe, ut Sylla iis urbibus, quibus *agros ademerat* colonis tribuendos, aliquod ius communicatum vellet, ut etiam municipiis *civitatem adimeret*, cum cives colonos in eoſdem immitteret. Sed quoniam civitas Romana adimi non poterat; hinc neceſſe erat, ut novi illarum urbium coloni, qui cives Romani eſſent, a reliquis incolis, qui eo iure non uterentur, tamquam diverſum corpus conſtituerent. Quod utique ſatis nobis eſſet, ut diſceremus, quo pacto Pompeii, cum Syllanos colonos recepiſſent, neque ſtrictum *Coloniae* nomen, neque iura acquiſiſſent; namque, ſi lex Syllana valuiſſet, eius incolae civitate orbati Romanos, qui pro civibus ſe gererent, intra ſua moenia continuiſſent. Atque ea procul dubio Rulli mens fuit, cum ex Agraria lege, quam propoſuit, *permittebat Decemviris* (uti Tullius *Orat. II in Rullum*), *ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiae colonos deducerent, quos vellent; iisque colonis agrum dari iuberet.* Nec enim illarum urbium conditionem, & municipia in colonias immutare iubebat, nec novum tum primum ius moliebatur in nuda agrorum adſignatione. Secus Tullius ex hoc etiam capite eum inſequeretur; quare contentus fuit unam iniuriam, quae illis inferre parabat, exaggerare, cum *cap. 31* ait: *Calenum municipium complebunt, Teanum opprimeni, Atellam, Cumas, Neapolim, Pompeios, Nuceriam ſuis praeſidiis devincient.*

Id teſtatiſſimum eſt ex urbe Capua, quae in Praefecturae formam redacta, cum Syllanam coloniam recepiſſet, nihil in eius regiminis forma immutatum eſt (6), donec Caeſare legem ferente, *XX millibus civium eo deductis, ius ab his reſtitutum eſt poſt annos circiter CLII, quam bello Punico a Romanis in formam Praefecturae redacta erat*, ut loquitur Campanus hiſtoricus Velleius *lib. II.* Quare ὁ πάνυ Mazochius in *Camp. Amph. cap. I p. 30* ſic de Capuenſi Colonia Syllana fatur: *Syllanam vero deductionem nihil admodum in huius urbis politia immutaſſe: nec vero aliud cum Coloniis habuiſſe commune, quam agri novis colonis adſignationem: ceterum manſiſſe eamdem praefecturae formam, quae antea fuiſſet, ſupra eſt demonſtratum: ubi & eam dubitationem iniecι, an commune hoc fuerit militaribus pleriſque coloniis, ut excepta agri diviſione, nihil praeterea mutaretur, quamobrem reip. Romanae imaginem urbs illa referret.* Ipſiſſimum ergo de Syllana Pompeiorum Colonia dicendum. XI. Huiuſmodi fuit Colonia Capuenſis.

Verum non hanc Syllani tantummodo temporis conditionem fuiſſe putes, ſed & ab initio ita se rem habuiſſe, ut Coloniae iura ſolum illis oppidis, quae vel primum ſolemni ritu conderentur, vel lubentes & poſtulantes colonos adciperent (7), ut aratro circumductae, quaſi denuo conditae novam formam ad Urbis imaginem, cum novis iuribus adipiſcerentur. Id autem cum facerent Romani, urbibus de ſe benemeritis gratificari putabant. Contra cum bello urbes, praeſertim Italicae, devictae ſeſe illis dederent, tum vel in praefecturae formam redigebant, vel multatas parte agri emeritorum coloniis onerabant. Quod ergo ius illis oppidis adquiſitum dixeris? nullum profecto. Et quidem id ipſum coniiciendo adſtruxerat ſummus Mazochius *l. c. p. 8. An olim libera adhuc Republica, civium tantum Coloniae ad Romanae urbis faciem exigerentur, militum non item, haud facile dixerim: de quo viderint eruditi.* Nobismet igitur gratulamur, quod tanti viri coniecturam nec opinantes minime ſpernendis, ut reor, argumentis firmaverimus. Veriſſimam igitur illam contendimus, modo *militum* colonias XII. *Militum* Coloniae etiam ante Syllam ſtatum urbium non mutabant.

(6) Deducta quidem illuc ante Syllanam M. Bruti Colonia, quae regiminis formam immutaverat, de qua Tullius in *II Agrar.*; ſed haec ſtatim evanuit, & pro nulla habita fuit. Conſule hac de re eruditiſſimum Mazochium in *Camp. Amphith.*

(7) En tibi apud Livium *lib. XXXX* huiuſce poſtulationis exemplum: *Piſanis agrum pollicentibus, quo Latina Colonia deduceretur, gratiae ab Senatu actae: triumviri creati ad eam rem, cet.*

lonias non eas tantum intelligamus, quae vi & armis militari iure deductae fuere, ut postea a Dictatoribus, & Triumviris, sed universas, quae nec de integro conderentur, nec in benemeritorum agros propagarentur; verum e militibus emeritis, Senatu quidem auctore, conscribebantur, & a Triumviris, vel Decemviris agris dividundis antiquo more deducebantur. Tum enim, ut loquitur Appianus *de Bello Civili* ex Bruti persona: *Populus Romanus hostes victos agri parte multabat, in eamque Emeritos* (sive cives forent omnes, sive socii) *deducebat, ut essent quasi hostium, quos devicissent custodes*. Distinctio igitur per nos non aliunde, quam ab ipsa urbe, quae vel hostilis, vel amica foret, sumenda. Itaque, aio, in huiusmodi colonias deducti, qui cives essent, sedem tantummodo mutabant, ceteroqui unam Romam patriam agnoscebant, apud Romanos Censores profitebantur, & distinctae conditionis a reliquis eiusdem urbis incolis esse putabantur; adeo ut, si qui cum civibus Romanis in eamdem coloniam adscriptus fuisset, qui pleno civitatis iure non frueretur, non idcirco illud consequeretur.

XIII. Livii testimonium.

Id apertissime testatus est Livius *Lib. XXXIV cap. 42*, cuius verborum sententiam vir cetera magnus Ezechiel Spanhemius in *Orbe Rom. cap. IX* importune sollicitavit, ut ex Sigonii doctrina adversus Manutium civibus Romanis in Colonias Romanas deductis ius omne suffragii, & petendorum honorum abiudicaret. Historicus enim sic scribit: *Novum ius eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent. Puteolos, Salernumque, & Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant, cum ob id se pro civibus Romanis ferrent, Senatus iudicavit, non esse eos cives Romanos*. Quibus verbis, si quid video, illud ab historico narratur: Ferentinates, qui iure Latii vivebant, tentasse, ut pro civibus haberentur, si qui eorum in colonias Romanas, quae deducendae erant, nomina dedissent, plenamque civitatem consequerentur. Quare cum ipsorum aliquot *adscripti* (8), id est adiuncti Romanis, qui Puteolos, Salernum, & Buxentum in colonias profecti erant, ob id se pro civibus Romanis ferrent, Senatus iudicavit, non esse eos cives. Ex quo colligitur primo, quam male Spanhemius ex Livio inferat, cives Romanos, qui in colonias proficiscerentur, capite minutos suffragii, & honorum ius amisisse; cum contra testetur ille, Latinos solo eorum consortio ad illud adspirasse (9). Praeterea, quod ad rem nostram facit, quomodo dices, cives Romanos, qui ad agrum alicuius populi colendum mitterentur, universis conterraneis, quibus *pertica tristis* agrum abstulerat, coloniae iura communicasse, nisi expresse id Senatus indulgeret, cum ne Latinis ipsis, qui paullo a civibus distarent, etiamsi illis adscripti in novam coloniam nomina dedissent, ea via in civium tabulas licuisset irrepere? An dixeris, trecentos illos cives Romanos, qui, Livii (10) testimonio, Puteolos deducti fuere, coloniae Romanae ius Puteolanis omnibus communicasse, interea dum Latinis in eamdem coloniam *adscriptis* esset interdictum? Ius certe novo illo iure a Ferentinatibus frustra tentato novius, & Romanis prorsus inauditum induceres. Atqui urbs Puteoli (non secus ac Volturnum, & Liternum, in quas singulas eo anno trecentorum hominum coloniae deductae sunt) Praefectura fuit, teste Festo (11), & nonnisi demum sub Nerone ius coloniae adepta est. Sic Tacitus *Ann. XIV cap. 26*: *In Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae, & cognomentum a Nerone adipiscuntur*. Puteoli ergo trecentorum colonorum adcessione Praefecturae statum non immutaverant.

Et quidem nihil magis nostram opinionem firmat, quam ea, quae veteres de vario Puteolorum statu tradiderunt, cum contra ea ipsa crucem philologis fixerint. Cum enim e Strabone *lib. V* adcepissent, *sub tempus Annibalicae expeditionis* Puteolos coloniam Romanam fuisse deductam, & pressius a Livio l. c. anno ipso U. C. 556 id adcidisse, statim ex praeconcepta opinione, in colonorum Romanorum censu cum iuribus universis Puteolanos omnes transisse concluserunt. At cum eamdem urbem inter Praefecturas Festus enumeret; Tullius vero in *Orat. pro Coelio Municipium* adpellet; tum *in Rullum II* ita scribat: *Pu-*

XIV. Quae de Puteolis narrantur, nos confirmant.

(8) *Adscripti* enim, docente Festo, ii proprie dicebantur, qui ut ceteris colonis adiungerentur, nomina dabant. Romani igitur cives illi non erant, sed Romanorum consortio cives fieri contendebant.

(9) Alia testimonia, quibus idem probare satagit vir summus, ea sunt, quae levi brachio refellere possem, si id nunc agerem.

(10) L.c. *Coloniae civium Romanorum eo anno deductae sunt Puteolos, Volturnum, Liternum, treceni homines in singulas*.

(11) Praefecturarum *genera fuere duo: alterum, in quas solebant ire Praefecti decem populi suffragio creati: & erant haec oppida, Capua, Cumae, Casilinum, Volturnum, Liternum, Puteoli, Acerrae, Suessula, Abella, Calatia*.

Puteolos, qui nunc in sua potestate sunt, suo iure, libertateque utuntur; denique Tacitus *ius & cognomentum* Coloniae nonnisi a Nerone adcepisse testetur; inextricabilis nodus exsurgit, in quo dissolvendo diu Cl. interpretes operam luserunt. Si enim ab alterius belli punici aetate Colonia erat, quando, & quomodo Praefectura evasit? si Praefectura, quomodo suo iure utebatur? si suo iure uteretur, quomodo Municipium? & rursus quomodo non solum coloniae *iura*, sed etiam *cognomentum* Neronis beneficio tam sero non recuperavit quidem, sed adepta est? Hinc Camillus Peregrinius diu se torsit in omnibus hisce conciliandis, sed non feliciter ei successit. Quare eruditissimus Nicolaus Ignarra, nostrae Academiae decus, in sua *Palaestra Cap. VI* hanc impeditissimam controversiam sic extricare fategit: *Cum Puteoli iam inde ab initio Colonia exstiterint, & praedicarentur; difficile erat adsequi coniectura, eccur a Nerone tandem ius, & cognomentum Coloniae impetrasse Tacito dicatur. At vero quaestio facile componi poterat, si fuisset animadversum, Puteolos in aliam subinde, atque aliam reipublicae formam concessisse: ad similitudinem aliarum civitatum, quae praesentem statum exosae, ex iure coloniae, municipiive ad libertatem, & contra, prout libitum fuit, commeabant. Itaque Puteoli ab Hannibalicis ad Syllana tempora, & a Neronis Imperatoris aetate, ac deinceps in iure Coloniae conquievere: illo vero medio tempore, quod a Syllana tempestate ad Neronis imperium excurrit, libertatem suarum legum Civitatis Rom. privilegiis praetulerunt*. Verum, pace tanti Viri dixerim, huiusmodi libertas permutandi pro lubitu Reipublicae formam, & quod magis est, e statu Coloniae, vel Municipii civitatem legesque Romanas eiurando, ad proprias leges commeandi, Romano populo, cui admodum iniuriosa fuisset, nec aequo animo ferenda, inaudita prorsus fuit. Quid vero quod Puteoli *Praefectura* fuerant? Anne etiam Praefecturis eadem libertas erat? Denique semper diluendum restat, cur Tacitus, quem *Oppidi vetustas* non praeteriit, non modo *ius*, sed & *cognomentum Coloniae* Puteolos adeptos esse sub Nerone narret, siquidem vetustum saltem illud cognomentum esse debuerat. Quapropter sic rem commodius componendam reor. Puteoli post Capuam captam, fugatumque Annibalem Praefecto subditi fuerunt, non secus ac Capua ipsa, & vicinae Volturnum, ac Liternum. Dum in eo statu essent, colonia eo deducta est, idest eius agri pars Romanis civibus fortasse emeritis semel, atque iterum adsignata, aeque ac Volturni, & Literni factum novimus, uti patet ex Livio *lib. XXXII*, cum Coss. L. Cornelio P. Villio an. U. C. 554 secundum Sigonii Fastos, creati censores, qui *portoria venalium Capuae, Puteolisque item castrorum portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt, colonosque eo trecentos (is enim numerus finitus a Senatu erat) adscripserunt*. An hanc locationem, & trecentorum adscriptionem ad Coloniae statum Puteolos provexisse dices? Multo minus altera, de qua Livius eodem libro, quae non alia de caussa proposita fuit, an. U. C. 556, nisi ut maritimae Campaniae orae propugnaculum foret: *C. Acilius Trib. plebis tulit, ut quinque coloniae in oram maritimam deducerentur; duae ad ostia fluminum Volturni, Liternique: una Puteolos: una ad castrum Salerni: his Buxentum adiectum: tricenae familiae in singulas colonias iubebantur mitti. Triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati*. Sed eam nonnisi tertio post anno re vera deductam habes *lib.* 34 Coss. Scipione Africano, & Sempronio Longo: *Coloniae civium Romanorum eo anno deductae sunt Puteolos, Volturnum, Liternum, trecenti homines in singulas; item Salernum, Buxentum coloniae civium Romanorum deductae sunt* (12). Atque hisce ipsis colonis *adscripti* illi Latini Ferentinates erant, qui, ut supra vidimus, ob id in Romanorum civium censum inrepere contendebant. Quare cum illae coloniae in urbes nequaquam de Romanis bene meritas propagarentur, nec illis gratificaturus Rom. Populus mitteret, sed potius ut praesidium suspectis iam populis imponeret; quid mirum, si neque ius, neque cognomentum coloniae adquisiverint? Quin & sine auspiciis, saltem sollemnioribus, deductas huiusmodi fuisse ex eo coniiciendum, quod licitum non esset novam coloniam in ea loca deducere, quo altera auspicato fuerit deducta. Cum igitur Puteolos post primam altera, & post alteram tertia ab Augusto deducta venerit, non aliud, quam meras agrorum adsignationes fuisse adparet. Nec obstat *Coloniae* mentionem inveniri in Puteolano Lapide apud Grut. *p.* 207, & Capacium *lib. II* Coss. P. Ru-

(12) De Puteolana hac colonia alterius belli Punici tempore deducta verba facit etiam Velleius *lib. I cap. 14: eodem temporis tractu, quamquam apud multos ambigitur, Puteolos, Salernumque, & Buxentum missi coloni*.

P. Rutilio, & Gn. Manlio XC post illam deductionem annis insculpto (13). Puteolis enim Coloniam, & Colonos fuisse non negamus, sed Puteolos Coloniam, vel Coloniam Puteolanorum fuisse dictam, id vero inficiamur; & proinde ad illud usque tempus in Praefecturae forma mansisse contendimus (14). In hoc igitur statu Puteoli perdurarunt ad usque Marsicum bellum, post quod, communicata cum omnibus Italiae populis civitate, *Municipium* & ipsi tandem evasere, non secus ac Cumae, teste Tullio, quae itidem Praefecturae fuerant. Idcirco orator *Municipium* diserte adpellat in *Orat. pro Coelio*.

XV. Puteoli Municipium, sed non fundanum. Sed ex aliis modo recitatis eius verbis *II in Rullum: Puteolos vero, qui NUNC in sua potestate sunt, suoque iure libertateque utuntur*, id insuper discimus, recentiorem fuisse politici eius status mutationem, per illam particulam *nunc*, quam usurpat; & praeterea cuius generis municipium fuerit non obscure declaratur. Non enim aliam invenies rationem, cur Cicero ab aliis Municipiis, Coloniisque *Teano*, *Atella*, *Cumis*, *Neapoli*, *Pompeiis*, *Nuceria*, quas ibidem commemorat, Puteolos sic aperte distinxerit, nisi quia diversae ab illis conditionis fuerint. Putarem igitur, eam urbem adhuc sub dura Praefecturae conditione mansisse post sociale bellum, non secus ac Capua (quae teste Velleio, nonnisi post deductam a Caesare Coloniam ius suum recepit, ut supra disseruimus); sed postea id a Sylla impetrasse, ut in suum ius restitueretur. A Sylla inquam; namque eum Dictatorem Puteolanis benevolum fuisse novimus, utpote qui paucos ante obitum dies eorum dissentiones composuerit, eisque leges dictaverit (15). Si enim tam benevolo animo in Puteolanos Sylla fuit, pronum est suspicari, per eum ipsum Romano Praefecto liberatos suum jus recepisse (16). Sed quoniam Sylla & leges illis scripsit, ob quas constituendas, inter se diffidebant (quod alterum documentum est recentis libertatis), arguere nobis licet, eum populum nequaquam *fundum* factum fuisse, h. e. in Romanas leges iurasse; sed ex eo genere Municipium evasisse, *qui ea conditione cives Romani fuissent, ut semper rempublicam separatim a Populo Romano haberent*, ut loquitur Festus in voce *Municeps*. Propterea nuper libertate donati pro constituendis suis legibus disputabant; secus si *fundanum Municipium* evasisset. Praesto enim ipsis fuisset legum Romanarum pandecte, & sibi aliquis datus fuisset, qui *eas leges promulgaret, itemque, si videretur, adderet, mutaret, corrigeret*, ut docuit ὁ πάνυ Mazochius in *Tab. Heracl. part. III p. 468*, ubi totam controversiam de *Populis Fundis* pro sua eruditione in plenam lucem constituit. In hoc igitur rerum statu cum ea urbs fuerit, adposite Tullius a ceteris Municipiis distinxit, qui & antiquitate, & conditione excellebant; attamen non minus iniquum praedicabat fore, ut oppidum, *qui in sua potestate esset, suoque iure ac libertate uteretur, totum novo populo, atque adventitiis copiis occuparetur*.

XVI. Cur, & quando Colonia evaserint. Mox vero cum huiusmodi Municipium esset, eo nova militaris Colonia ab Augusto deducta est, ut Frontinus testatur: *Puteolos Coloniam Augustam Augustus deduxit. Iter uno latere populo debetur p. XXX: ager eius in iugeribus Veteranis, & Tribunis Legionariis est adsignatus*. En igitur aliam adsignationem, quae nec Politicum Puteolanorum regimen immutavit. Itaque in iure & cognomento Municipii, non secus ac Pompeii, Puteolorum oppidum mansit. Donec a Nerone demum ius Coloniae Oppidani universi impetrarunt, cum melioris conditionis Coloniae, quam Municipia haberi cepissent; ita ut mox, teste Adriano, antiqua Municipia in ius Coloniarum mutari gestierint. Idque fortasse facilius obtinuere eo obtentu, quod

(13) Marmor sic habet:

AB. COLONIA. DEDVCTA. AN. XC
N. FVFIDIO. N. F. M. PVLLIO. DVOVIRIS
P. RVTILIO. GN. MANLIO. COSS
OPERVM. LEX. II

In eo enim nonnisi de *Colonia deducta* fit mentio. Hinc vero minime universos Puteolanos in iura colonorum venisse concludes. Alias inscriptiones retulit Capacius noster *l. c.* in quibus *Coloniae Puteolanorum* fit mentio; sed eas Neronis aevo recentiores fuisse ne ambigas.

(14) Hanc ipsam coniecturam haesitans protulerat Peregrinius in *Camp. Dis. II c. 19*: *Giudicherei, che potrebbero ridursi a qualche concordia le discordi sentenze degli antichi Scrittori intorno la condizione di Pozzuoli, se si dicesse, che nè in Literno, nè in Volturno furono dedotte le Romane colonie nella maniera usata nelle altre; laonde non ripugno, che per quel tempo fossero state anche Prefetture, quali da Festo ci furono descritte.*

(15) Id Plutarchus in eius vita narrat, & opportunissime animadvertit Cl. Ignarra in *sua Palaestra p. 169*: δεκα ἡμερας εμπροσθεν της τελευτης, τους εν τῃ Δικαιαρχειᾳ στασιαζοντας διαλλαξας, νομον εγραψεν αυτοις, καθ' ὃν πολιτευονται: *decem ante exitum diebus, Puteolanorum dissentionibus compositis, scripsit eis leges, secundum quas gubernarentur*.

(16) Interea dum tamen *Colonia* Puteolis perseverabat, auctore Valerio Maximo, qui *lib. IX cap. 3* de Sylla sic narrat: *Puteolis ardens indignatione, quod Granius princeps eius* COLONIAE *pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius, animi concitatione nimia, atque immoderatae vocis impetu, convulso pectore, spiritum cruore, ac minis mixtum evomuit.*

re vera Coloniam Romanorum olim recepiſſent. Hoc pacto, niſi mea me valde fallit opinio, res belle procedit, & omnis ſcriptorum tollitur ἀντιλογία; & fides Tacito conſtat, qui ſub Nerone primum Puteolos *ius, & cognomentum coloniae adeptos* fuiſſe teſtatur (17). Plura etiam heic cumulare poſſem aliarum urbium exempla, quae in veteris regiminis forma perſeverarunt, etſi eorum ager Romanis Colonis fuerit adſignatus (18); ſed id non agimus. Ex dictis tamen conſtare ſatis poteſt, quod Mazochius ſuſpicatus erat, ne libera quidem republica, *militum* emeritorum deductiones in urbis alicuius agros ſemper ſecum tuliſſe, ut colonicum ius urbs illa adipiſceretur, niſi quando id plebiſcito, vel ſenatuſconſulto conceſſum fuiſſet.

XVII. Eiuſmodi Coloniae quomodo adpellandae.

Illas autem *militum veteranorum* potius, quam *militares* Colonias cum Mazochio commode appellabis. Etenim *Militares* Colonias eas proprie dictas a veteribus fuiſſe, quae non iuſſu vel auctoritate ſenatus, ſed Imperatorum arbitrio deductae in devictorum agros fuerint, teſtis eſt locupletiſſimus Velleius, qui ſic ſcribit *lib. I cap. 14*: *Statui . . . . hoc loco inſerere, quae quoque tempore poſt Romam a Gallis captam deducta ſit colonia iuſſu Senatus. Nam militarium & cauſas, & auctores, & earum praefulgent nomina.* Et mox: *Deducta in Vagineis Eporedia Mario ſexies, Valerioque Flacco Coſs. neque facile memoriae mandaverim, quae niſi* Militaris *poſt hoc tempus deducta ſit.* Hinc Villelmus Goëſius *Antiqu. Agrar. Cap. III* ſic concludit: *Sigonius, ut & nos, militarium Coloniarum initium a Sylla ducit, verum eo plane a nobis abit, quod militares exiſtimet, in quas miles veteranuſque deductus ſit: in quo plane fallitur; quandoquidem veteranis lege Sempronia, quae Syllae dictaturum anteceſſit, adſignatum in Frontinianis legamus agrum Ferentinatem, Abeſſinenſem, & forte plures alios.* Et recte quidem; nam *militarium* adpellatio non utique a deductorum hominum conditione, ſed ab ipſis auctoribus, qui militari arbitrio, non impetrata Senatus, neque populi venia, veteranos in hoſtilium agrorum poſſeſſionem immittebant, proficiſcebatur. Attamen inde non conficitur, *militum veteranorum* colonias dici non potuiſſe illas omnes, quae Senatus olim in devictorum hoſtium agros immittebat. Et quidem non alio pacto dici conſueviſſe ad aliarum diſtinctionem, Valerius Maximus diſerte nos docet, cum *lib. IX cap. 15* ſic ſcribit: *Herophilus equarius medicus C. Marium ſepties conſulem avum ſibi vendicando, ita ſe extulit, ut COLONIAE VETERANORUM complures, & municipia ſplendida, collegiaque fere omnia patronum adoptarent.* Hae autem nonniſi agrorum adſignationes veteranis factae cenſebantur; etſi lata adceptione Coloniae & ipſae dicerentur, ut colligi poteſt ex his Livii verbis: *Cum de agris militum relatum eſſet, qui ductu auſpicioque Proconſulis Scipionis in Africa bellum perfeciſſent, decreviſſe Patres, ut M. Iunius Praetor Urbis, ſi ei videretur, decemviros agro Samniti, Appuloque, quod eius publicum P. R. eſſet, metiundo dividundoque crearet.* Anne dicemus ex iſta agrorum diviſione veteranis facta totum Samnium, Apuliamque Colonica iura adquiſiviſſe? Minime quidem; ſed in priſtinae conditionis ſtatu earum regionum oppida poſt acceptos colonos perſeveraſſe, nemo fortaſſe ſanus negaverit.

XVIII. Municipiis aliquando iuridictio extra murum adempta.

Hinc autem factum eſſe concedes, quod Salmaſius *de Regionibus Suburbicariis* docuit, fuiſſe

(17) Sic utique Tacitum cum antiquioribus conciliandum putavit perſpicaciſſimus Lipſius in *l. c.*, illud ſcilicet Hiſtoricum narraſſe, tum denique *univerſum oppidum, incolaſque (plures autem inquilini eius loci ob commercia & mare) praeter eos, qui reſtabant ex colonis Auguſtis, colonico iure donatos.*

(18) Quid enim aliud Livio reponas, cum *lib. XXVII cap. 9* adſeverantiſſime ſcribit an. U.C. 541 ſecundum Sigonii faſtos, non amplius, quam triginta colonias populi Romani fuiſſe. *Triginta tum coloniae populi Romani erant: ex iis duodecim . . . . . . negaverunt conſulibus eſſe; unde milites, pecuniamque darent: Eae fuere Ardea, Nepi, Sutrium, Circeii, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna . . . . Pro duodeviginti Coloniis N. Sextilius Fregellanus reſpondit, & milites ex formula paratos eſſe, & ſi pluribus opus eſſet, plures daturos . . . . Signini fuere, & Norbani, Saticulanique, & Brunduſini, & Fregellani, & Lucerini, & Venuſini, & Adriani, & Firmani, & Ariminenſes; & ab altero mari Pontiani, & Paeſtani, & Coſſani; & mediterranei Beneventani, & Aeſernini, & Spoletani, & Placentini, & Cremonenſes.* Vides in tam exacta recenſione effugium non eſſe, & ne ſuſpicari quidem mendum in numerali nota poſſe. Attamen Sigonius in *h. l.* ſic adnotat: *Placet autem omnes colonias, quae huc uſque, Livio auctore, deductae ſunt, & quo quaeque anno deducta ſit, exponere, ut multo plures, quam triginta deductas fuiſſe probemus.* Adeo ne igitur ſomnolentus graviſſimus Hiſtoricus fuit, ut non modo in enarrando tam memorabili Romanae hiſtoriae capite, cum, ipſomet teſte, *tantus pavor animis omnium eſt iniectus, ut magna pars actum de imperio diceret*, tam graviter erraverit, & pro LIII, quot Sigonius recenſet, vix XXX numerarit; ſed etiam eorum, quae ſcripſerat, oblitus fuerit? Putent alii, non ego. Igitur LIII deductae fuerant, ſed vix XXX ius & cognomentum Coloniae obtinuerant. Si enim quaeras cum Seneca *de Conſolat.*: *Populus Romanus, quot colonias in omnes provincias miſit?* cum eodem reſpondeo: *ubicumque vicit Romanus, habitat.* Non idcirco tamen totus orbis *Colonia fuit.*

fuisse scilicet oppida, quae territorii quidem proprietatem habebant, sed nullum ius territorii, id est nullam iurisdictionem in territorio; interdum vero universum territorium ablatum oppido sine iurisdictione. Id autem postremum etsi Goësius *Cap. IV* neget, concedit tamen Hygino, *esse nihilominus quaedam municipia, quibus extra murum nulla sit iurisdictio. Verum*, subdit *hoc nusquam de Coloniis dictum invenies. Nam quotiescumque deducta est Colonia, toties etiam additus adsignatusque ager, in quem, ut in ipsam urbem, magistratus iurisdictionem exerceret. Quomodo autem id adciderit, quod quaedam municipia extra murum nullam habeant iurisdictionem: id indicat Siculus. Nempe auctores divisionis, cum conquirerent agros, quos adsignarent, aliquid* „ reliquisse aliquando eis, „ quibus agros abstulerunt, quatenus ha- „ berent iurisdictionem, aliquos intra mu- „ rum cohibuisse". E quibus omnibus luce meridiana clarius evincitur, tantum abfuisse, ut agrorum adsignationes Coloniae iura oppidanis agri parte multatis communicarent, ut etiam iurisdictione in agros ipsos orbarentur; atque id etiam Municipiis aliquando obveniret, teste Hygino: Atque haec nempe Pompeiani Municipii conditio fuit, cum Syllana lege agri parte multatum novos colonos admisit. *De Coloniis* autem stricte sumtis *id dici* non potuisse iure Goësius negat; tum enim oppidani omnes in ius, & nomen Colonorum transibant, & proinde in totum agrum, aeque ac in urbe iurisdictionem servabant: id quod nostram opinionem quam maxime firmat.

Sed quidquid de antesyllanis temporibus fuerit, id certe, quod nostra interest, extra dubitationis aleam positum esse reor, Syllanas militares colonias meras agrorum adsignationes fuisse, quae neque ius, neque nomen Coloniae urbibus, in quas recepti veterani fuerint, tribuerent, etsi Colonia ibi constituta diceretur. Sparsas igitur conligamus sarcinulas. Fuerunt quidem, teste Tullio, coloni Pompeios per L. Syllam, dictatoris Syllae auctoritate deducti, sed non idcirco Pompeii Colonia fuit, hoc est Colonico iure regebatur, sed Municipali. Erat ergo Municipium (19), in quo Colonia continebatur, & suas separatim rationes habebat: cuius autem generis Municipium fuerit *Cap. X* videbimus. Atque hinc dissidiorum occasio. Contendebant Coloni communia esse loca, quae publica dicerentur, ut *ambulatio* (20); Pompeiani negabant, quippe ipsis nihil aliud, quam adsignatus ager deberetur. Rursus de suffragii iure in municipalibus comitiis contendebant Coloni. Pompeiani nullum ipsis ius esse in eis, quae ad sui Municipii regimen spectarent, reponebant. Quomodo autem ea lis diremta fuerit, ignoramus, sed ex Tullii verbis arguere licet, Colonis potius fuisse adiudicatam. Nisi enim Pompeiani de causa cecidissent, non utique ipsis iecur intumuisset: qua de re suspicio oborta est, eos novas res cum L. Sylla molitos fuisse. Itaque opportune, ut eum purgaret, aie-

XIX. Pompeiani adcepta Colonia Municipes manserunt.

(19) Laetamur in huiusmodi opinione consentientem nobis invenisse nuperrimum scriptorem Georgium Henr. Martinium in suo *Specimine Historiae urbis Pompeiorum* Germanica lingua conscriptum Lipsiae 1779, cuius libri excerpta tantum cognovimus ex *Biblioth. Philolog. vol. II p. 213 Lipsiae* 1780. Cum enim de eius civitatis forma loqueretur, Municipium ad extrema usque tempora perdurasse docet, etsi *suffragia Romae ferre, & honores gerere* contra nostram sententiam ei deneget; denique sic concludit: Excerptoris verba sunt: *Neque vero forma civitatis mutata est, deducta eo militari colonia, sed paulo ante interitum adhuc a Macrobio, & Plinio numeratur in Municipiis.* Haec autem eousque valere debent, ut doceant militarem coloniam politicum Pompeiorum statum non immutasse; alia enim de causa ius & nomen Coloniae postea adquisiverunt.

(20) *Ambulatio* apud Latinos idem erat, ac Graecis περιπατος, h. e. locus ambulando & otiando comparatus, qui partim subdivalis erat, partim porticibus ad arcendam pluviam contegebatur. Hinc *Porticus* etiam, ut apud Graecos στοα, cum *Ambulatione*, & περιπατῳ synonyma censebantur. Sic Liviae Porticus a Strabone *lib. V* dicitur ὁ της Λιβιας περιπατος. Erat autem Ambulatio ex earum rerum genere, quae *Universitatis* dicebantur, ut gymnasia, palestrae, balnea, theatra. Ita apud Plut. in *Pyrrhi Vita*: αποκλεισε τα γυμνασια, και περιπατους, *occlusit* (Cyneas Tarenti) *gymnasia, & ambulationes*; & Tull *Ep.* 1. *ad Q. F.*: *nihil restabat praeter balnea, & ambulationem*. Quare non mirum, si Pompeiani ab ambulatione Colonos prohibere vellent, utpote quos ab eorum Universitate alienos censebant. Dignus est, quem huc proferamus, Strabonis locus ex *lib. XIII p. 623*, ubi, qua de caussa Cumaei stoliditatis vitio notati fuerint, enarrans, hanc historiolam refert, unde & *ambulationum* apud veteres usum, & penes quos earum ius esset, probe disces: Εϛι δε και αλλος λογος, ότι δανεισαμενοι χρηματα δημοσια, τας στοας ύπεθεντο· ειτα ουκ αποδοντες κατα την ώρισμενην ήμεραν ειργοντο των περιπατων. ότε μεν τοι ομβρος ειη κατ' αιδω τινα κηρυττοιεν οί δανεισται κελευοντες ύπο τας στοας ύπερχεσθαι. του δη κηρυκος ούτω φθεγγομενου, ύπο τας στοας ύπελθετε, εκπεσειν λογον, ὡς Κυμαιων ουκ αισθανομενων, ὡς εν τοις ομβροις ύπο τας στοας ύπελθετεον, αν μη σημηνη τις αυτοις δια κηρυγματος. *Alia fertur ratio, publico Cumaeos nomine pecuniam mutuam cepisse, pignori oppositis porticibus, quam cum non reddidissent ad diem dictum, prohibitos fuisse ambulationibus: imbribus tamen accidentibus, creditores verecundia ductos praeconis voce eos invitasse, ut sub porticus subirent; proinde cum praeco clamaret, sub porticus subite: redditum sermonem, nescire Cumaeos imbribus decidentibus subeundum esse sub porticus, nisi praeconio admonerentur.*

aiebat Orator: *ita a Patronis res cognita eſt, ut nulla in re a ceterorum ſententiis Sylla diſceſſerit.*

XX. Idem evincitur ex eius Coloniae Patronis.

Et quidem ex hiſce *Patronis, Defenſoribus*, & *Cuſtodibus* Coloniae Pompeianae, quos Tullius commemorat, & de quibus etiam in epigraphis Pompeianis fit mentio, (ut *Cap. X* docebimus) noſtrae opinionis veritas magis elucet. Non enim ipſi erant ex eorum Patronorum claſſe, qui degentes Romae apud Senatum, & Populum res Municipiorum, & Coloniarum tuebantur, ſed Pompeiis domicilium habebant, ut ſi qua lis, vel diſſentio oboriretur, inter duos populos, quorum rationes diverſae erant, opportune auctoritate ſua occurrerent, & a Colonis numero paucioribus iniurias populoſae urbis prohiberent. Quod minime neceſſarium fuiſſet, ſi Pompeiani cum Colonis, ut unus idemque populus eodem iure fruens haberetur. Sed de his, deque eorum numero infra citato *Cap. X* fuſius diſputabimus.

XXI. Cur Sylla Pompeianis infenſus.

Eccur autem Dictator Sylla Pompeianos agri parte multaverit, facile eſt divinare; quippe ex Paterculi narratione diſcimus, Pompeios obſtinatius Romanis armis in ſociali bello reſtitiſſe, utpote quos Magius non quidem *cepit*, ut Herculaneum, ſed *cum Sylla oppugnavit*. Et quidem hoc ipſum indicat Tullius verbis illis: *cum commoda Colonorum a fortunis Pompeianorum Pop. Rom. fortuna diviſerit*, fortuna ſcilicet, qua bello victores evaſerunt. Qua de re ferox Syllae animus exaſperatus eos cum aliis obſtinatioribus impunes abire non ſivit (21), agrique partem ademit; quod Herculaneo nuſquam factum legimus.

XXII. Etiam civitatem, qua iam fruebantur, ademtam voluit.

Nec porro una illa agrorum multatione contentus fuerat, ſed ſimul civitatem adimendam ſanciverat, ut modo ex Tullio adcepimus: *civitatem Municipiis ademit: ademit iiſdem agros. Etſi de agris ratum fuit . . . . de civitate ne tamdiu quidem lex valuit, quamdiu illa Syllani temporis arma valuerunt.* Et ſane quomodo valuiſſet, ſi Populus Romanus bello fatigatus, ut diſcordiae ſemina in perpetuum compeſceret, Italos fere univerſos in civitatem adſciſcere cenſuit? Itaque & Pompeiani in civitate manſerunt. At ſi Municipia ea fuerant, quae duplici hac poena plectenda decreverat, hinc Pompeios & ante Sociale bellum Municipium fuiſſe conliges. Si enim agrorum ademtio Syllana lege cum civitatis ademptione copulabatur, hoc profecto indicat, eam poenam a Dictatore inrogatam fuiſſe illis oppidis, quae cum Municipali honore, etſi non pleno civitatis iure, iam fruerentur, & propterea nullam rebellandi occaſionem haberent, tamen Italorum partes ſequi adverſus Romanos maluerant; ſociis civitatibus non item, quae cauſſam aliquam habuerant, & ad Romanam civitatem tum vocabantur. Quare cum Pompeios agri parte multatos cognoverimus, quidni eos vetus Municipium dixerimus? Fortaſſe pari iure & Herculaneum gaviſum fuerat, ſed praeſtare non audemus.

XXIII. Fortaſſe novos Colonos ab Auguſto Pompeii adceperunt.

Suſpicamur etiam rurſus ſupplementum veteranorum ab Auguſto Pompeios adcepiſſe, nec immutata tamen regiminis municipalis forma. Unde autem huiuſmodi ſuſpicio oborta ſit, *Cap. XII* cum de *Pago Auguſto Felice* ſermo erit, aperiemus (22).

XXIV. Sed non ante Neronem colonica iura adquiſiverunt.

Id autem abunde, ni fallor, ex dictis conſtat, utramque urbem poſt bellum illud inter Municipia fuiſſe recenſitam, etſi Pompeii colonos receperint; quo autem iure poſtea videbimus. Quare cum *Colonos Pompeianos cum Nucerinis* congreſſos ex Cornelio Tacito audis, pronum eſſet reponere, Colonorum nomenclatione non univerſos Oppidanos contineri, ſed tantum Colonos illos, qui illuc deducti fuerant, quos inter & Nucerinos oborta contentio erat; etſi fortaſſe Pompeiani univerſi pro ſuis Colonis tum arma ceperint. Verum, ut, quod eſt, fateamur, univerſos Pompeianos ſub *Colonorum* nomine Tacitum comprehendiſſe alia monumenta ſuadent; e quibus coniicere licet, recentiſſime Taciti aevo huiuſmodi cognomentum Pompeios fuiſſe adeptos, fortaſſe etiam Neronis indulgentia, non ſecus ac Puteolos; cum Colonica iura, & nomen honeſtiora, quam Municipiorum haberentur. Id autem totum ex Herculanenſibus, & Pompeianis epigraphis iam erutis mox eluceſcet. Ad eas igitur expendendas adgrediamur.

CA-

(21) Fuit fortaſſe & alia validior ratio, ſi verum eſt, quod laudatus Georg. Henr. Martinius ſcribit, *Pompeianos* ſcilicet *cum Mario feciſſe*, ut eius Excerptor habet. Veroſimile id quidem; ſed unde hauſerit doctus vir, plane ignoramus.

(22) Eadem ſuſpicio animum eruditiſſimi Georgii Henr. Martinii inceſſit, ſcribit enim eius Breviator: *Videtur tamen Auguſti temporibus veteranos recipere coacta eſſe*. Sed unde arguat, neſcio.

CAP. IX.

Ex erutis Herculanei inſcriptionibus politici eius regiminis forma luculentius adſtruitur.

I. Inſcriptiones Herculanenſes duplicis generis.

HActenus unica veterum Scriptorum face de politico noſtrarum urbium ſub Romanis ſtatu inquiſivimus: age nunc videamus, an ex litteratis monumentis indidem erutis res in pleniori luce conſtituatur. Huiuſmodi autem monumenta, quae ad Herculaneum pertinent, duplicis ſunt generis, alia quidem, quae a maioribus adcepimus ibidem fuiſſe inventa; alia vero, quae noſtra hac aetate feliciſſima, Regum noſtrorum providentia, e conſepulta urbe in lucis auras emergere ipſimet vidimus. De utriſque igitur ſuo ordine habendus eſt ſermo.

II. Lapis male a Capacio tributus Herculaneo.

Prioris generis ſunt, quas diligentiſſimus noſter Iulius Caeſar Capacius in ſua *Neapolitana Hiſtoria* impreſſa anno 1607 *lib. II cap. 9* retulit; ubi de Herculaneo ſic ſcribit: *Ubi ea urbs poſita fuerit, multos annos ignoravimus. Hac tamen aetate, dum ruſtici agrum colerent, & foderent, inventae ſunt concamerationes, tum vero pavimenta, parieteſque marmore tecti, & multae inſcriptiones, quae plurimum lucis adtulerunt.* Eas autem concamerationes, & rudera Capacium αυτοπτην non luſtraſſe, ſed fando tantum adcepiſſe, ſatis liquet ex eo, quod neque urbis, neque illarum effoſſionum ſitum definit. Quapropter primam recitat inſcriptionem *L. Munatio Conceſſiano* poſitam (1), quae ſi ad Herculaneum pertineret, inter *Colonias* utique foret adcenſendum. Sic enim habet:

L·MVNATIO CONCESSIA
NOV·P·PATRONO COLO
NIAE PRO MERITIS EIVS
ERGA CIVES MVNIFICA
LARGITATE OLIM HONO
REM DEVITVM PRAESTAN
TISSIMO VIRO PRAESENS
TEMPVS EXEGIT QVO ETIAM
MVNATI CONCESSIANI FILII
SVIDEMARCHIA CVMVLATORE
SVMPTV LIBERALITATIS ABVN
DANTIA VNIVERSIS EXIBVIT CIVIBVS
OB QVE TESTIMONIA AMORIS SINCERIS
SIMI · REG PRIMARIA SPLENDIDISSI
MA HERCVLANENSIVM PATRONO MIRA
BILI STATVAM PONENDAM DECREVIT

 Sed

(1) Refert etiam Ianus Gruterus *p. 143 num. 6* cum lemmate: *In agro Neapolitano in Villa Bernardini Martirani Petra-alba dicta.*

III. Cur Herculaneo abiudicandus.

Sed in ea falsus est vir eruditus. Sua enim aetate illud epigramma, ut ipse testatur *ad Divi Antonii Neapolim translatum iam fuerat*, ubi hodieque prostat; unde autem vere desumtum fuerit, ipse ignorabat; sed tantummodo noverat, quod verissimum est, ex ea regione huc advectum. Non idcirco tamen ex Herculanensibus subfossionibus prodiisse adfirmare debuerat. Lapidis enim aetas ab Herculanei ruina mirum, quantum distat, ut eius dictio, orthographia, & characterum forma vel mediocriter versatum apertissime monent. Nos tamen ne hisce quidem argumentis indigemus, ut Herculaneo marmor illud abiudicetur. Unde enim desumtum fuerit, cum Neapolim translatum est, novimus e Georgio Fabricio, a quo & Gruterus didicit, qui usque ab anno 1587 suos *Antiquitatum* libros ediderat (2). Is enim *lib. I p. 50 num. VIII* ipsam epigraphen adscripserat cum hoc lemmate: *Neapolitanum descriptum a me in agro Neapolitano, in villa Bernardini Martirani, quae Petra-alba dicitur, antea non impressum*. Iam igitur viginti & amplius annos ante Capacium ea inscriptio non modo in lucem venerat, sed & Martirani villam (3) exornabat, neque unquam fando audiverat Fabricius vel ab ipso Martirano, quem latere non debuerat, e proxima Herculaneo erutam fuisse. Quare meritissime Petrus La-Sena in suo *Gymnasio p.182* Capacium redarguit, quod sibi imponi siverit, & marmor Herculaneo adiudicaverit, quod Neapolitanum esse docet: quidquid Martorellius in *Theca Calam.* obganniat, qui absurdissima quaeque apertis, ut aiunt, ulnis excepit potius, quam Neapolim aliquando Coloniae iure, vel nomine fuisse distinctam fateretur. Etenim *lib. II cap. 5 p. 440* ridicule nimis statuit Herculaneum Coloniam evasisse post Titum, cum Imperator ille post excidium misit, teste Dione, *duos viros consulares* οἰκιστὰς, h.e. ut ipse explicat, *coloniae duces*: itaque edicit, marmora illa nominibus inscripta, quae in Regio Herculanensi Museo adservantur, *esse seriem eorum hominum, quos colonos ad Herculaneum habitandum, atque excolendum viri consulares a Tito missi deduxerunt, iisque praedia oppressorum in Vesuvio adtributa fuisse*. O lepidum caput! Titus igitur novos Colonos in eam urbem immisit, quae sub altissima cinerum strue iacebat, ut ipsemet alibi fatetur. In *additamentis* enim *pag. XXXVII* contendit ea potissimum esse *abdita loca*, e quibus Saemilanus Consularis Campaniae sub Alexandro Severo statuas extraxerit ad thermas Severianas exornandas (ut habet marmor (4) a se relatum); nam illam urbem una cum Pompeiis, Stabiisque fatetur, *sub Neronis & Titi imperio accisam*, & ea loca *abdita cineribus*. Apage igitur has nugas; & marmor illud, etsi Herculanensium peculii, alibi olim positum, quam in veteri Herculaneo iam a Titi aevo consepulto, cum eruditissimis La-Sena, Mazochio, Ignarra, aliisque fateamur. Sed de eo infra *Cap. XIII* redibit sermo, cum sua inlustratione donabitur.

IV. Alia inscriptio a Capacio edita.

Alteram porro inscriptionem, quam Herculaneo adpendit Capacius sic concepta est:

PRIDIE . K . MARTIAS . IN . CVR . SCRIBENDO . ADFVERE
CVNCTI . QVOD . VERBA . FACTA . SVNT . M . M . MEMMIOS
RVFOS . PAT . ET . FIL . ET . VIRI . ITER . PEQVNIA . PON
DERALI . ET . CHALCIDICVM . ET . SCHOLAM . SECVNDVM
MVNICIP . SPLENDOREM . FECISSE . QVAE . TVERI . PVBLICE
DECRETO . D . E . R . I . C . PLACERE . HVIC . ORDINI . CVM
M . M . RVFI . PAT . ET . FIL . II . VIR . ITER . IN . EDENDIS
MVNERIBVS . ADEO . LIBERALES . FVERINT . VT . EORVM
MONVMENTA . DECORI . MVNICIPIO . SINT . ADEO . DILI
GENTES . VT . VITIEIS . PONDERVM . OCCVRRERINT . IDQ.
IN . PERPETVVM . PROVEDERINT . PLACERE . DECVRIONIB.
M . M . MEMMIOS . RVFOS . PAT . ET . FIL . DVM . II . VIVE
RENT . EORVM . POS . . . . M . ET . SCHOLA . ET . CHALCIDI
QVAE . IPSI . FECISSENT . PROCVRATIONEN . DARI . VTIQVE
SERVOS . EIVS . . . . MPIVS . EST . . . . NEGOTIO . PRAE
PONERENT . NEQVE . INDE . ABDVCI . SINE . DECVRIONVM
DECRETO . ET . M . M . MEMMIIS . RVFIS . PAT . ET . FIL
PVBLICE . GRATIAS . AGEI . QVOD . ITERATIONI . HONORI
EORVM . NON . AMBITIONEI . NEQVE . IACTATIONI . SVAE
DEDERINT . SED . IN . CVLTVM . MVNICIPI . ET . DECOREM
CONTVLERINT

E Ca-

(2) Eius operis titulus est: *Georgii Fabricii Chemnicensis Roma. Antiquitatum libri duo ex aere, marmoribus, saxis, membranisque veterum collecti ab eodem. Itiner. lib. I Basileae typis Oporinianis* 1587.

(3) Bernardini Martirani villa Caroli V hospitio celebris ipsa est hodierna Torellae Principis, quae a veteri Herculaneo sesquimilliare Neapolitanum distat.

(4) Hoc alterum marmor *Parte II* producemus, & enucleabimus.

E Capacio eam tranſcripſit Reineſius, & *Claſſi VII num.* 15 *pag.* 484 inſeruit, & mendis detergere ſategit. Itaque in linea 3 pro ET VIRI reſtituit II VIRI: optime quidem, ſed ſyntaxis requirit II VIROS: in linea 4 pro PONDERALI, reponit PONDERALE: in linea 13 pro voce POS . . . eraſa, reponit PONDERVM, ut ſit ſententia *eorum Ponderum, & Scholae, & Chalcidici*. Sed ego malim cum Gorio reponere PONDERALIS, ut ſenſus ſit, *eorum* (ſup. *locorum*) *Ponderalis, & Scholae, & Chalcidici, quae ipſi feciſſent;* fecerant enim non Pondera, ſed Ponderale. His addenda erat alia emendatio, quae ſponte ſua oritur in linea 18, ubi pro ITERATIONI . HONORI, reponendum ITERATIONEM . HONORIS, ut ſyntaxis conſtet. Sic emendata, tota eius ſententia perſpicua eſt. Nam, quae manca & conrupta ſunt verba linea 15, ſententiae non officiunt. Legeſis tamen per me: *ſervos, quos ipſis erit libitum,* vel quid tale.

V. Haec utique Herculanei Remmiis poſita fuit.

Hanc enimvero e conſepulta Herculaneo prodiiſſe pro certo habemus; ſed exſcriptorem in *Memmiorum* nomine peccaſſe; non enim *Memmios*, ſed *Remmios* illos inluſtres viros cognomine *Rufos* Herculanei floruiſſe, alia eruta per nos marmora docent. Duos enim *M. Remmios Rufos* Patrem, & Filium in ea urbe viros Principes fuiſſe dubitare non ſinit altera epigraphe Regii Muſei, in qua ſic legitur:

M . REMMIO . M . F . RVFO . PATRI . MVNICIPES

Non enim adſcripſiſſent PATRI, niſi filius eodem praenomine *Marci* gauderet, & dignitate aeque conſpicuus foret (5). Sic e binis titulis binis ſtatuis Noniorum ſubſcriptis, Patris & Filii, qui eodem praenomine adpellabantur, alter praefert: M. NONIO . M . F. BALBO . PATRI . D. D. alter vero: M . NONIO . M . F . BALBO . PR . PRO . COS . D . D. Praeterea in Herculanenſium catalogo *M. Remmios M. libertos* duos habemus *Tab. XVI* ſic: M . REMMIVS . M . L . NICANOR . M . REMMIVS . M . L . FELICIO, qui illorum Remmiorum liberti eſſe videntur (6). Legitur quoque ibidem: M . REMMIVS . SVCCESSVS, ut noſcas Remmiorum gentem Herculanei valde propagatam: contra unus viſitur P . MEMMIVS . PRIMIGENIVS.

VI. *Ponderale* Herculanei extitiſſe noſcimus.

Adhaec *Ponderale*, quod alibi dicitur *Ponderarium*, h. e. aedificium, ubi publica pondera adſervarentur, & ubi alia in venditorum uſum exigerentur, Herculanei extitiſſe etiam Regii Muſei monumenta teſtantur. Duas habemus ſtateras, quarum manubria epigraphis ſignantur, ut habes *Tab. VIII num.* 1, 2. Et altera quidem dicitur *exacta in Capitolio*:

IMP . VESP . AVG . IIX
T . IMP . AVG . F . VI . C
EXACTA . IM . CAPITO (ſic)

altera vero *exacta cura Aedilium*:

TI . CLAV . CAES . AVG . VITEL
III . COS . EXACTA . AD . ARTIC (7)
CVRA . AEDIL

Ergo non tantum Romae in Capitolio, ſed & in ipſa Herculaneo res ponderaria curabatur. Praeterea in ſaxeo centumpondio (praefert enim inſculptam notam C.) legitur epigraphe, quam habes in eadem *Tab. VIII n.3*,

TI . CL . . DIO . C . . SAR . AV . . S . IIII
L . . TELLIO . III . COS . PONDER . EXACT
. P . . . EF . III CVR . AED . H

eamque ſic interpretor: *Ti. Claudio. Caeſare. Auguſto. IIII. L. Vitellio. III. Cos. Pondera. Exacta. A. Praefectis III* (8) *Cura. Aedilium. Herculanenſium* (9). Denique in aereo ſextario haec ſiglae inſculptae ſunt. *D. D. P. P. HERC.* Has autem, ſi interpretaberis ex noſtra ſententia: *Decurionum. Decreto. Praefecti. Ponderali*, vel *Ponderibus. Herculanenſium*, nihil tibi deerit, quin pro certo ſtatuas, Pon-

(5) Eidem Remmio poſitum videtur & aliud marmor, quod murilum invenimus:

. . . O . M . F . RVFO
. . . P . POST . MORT

(6) Item apud Reineſ. *Cl. X n.* 49 *p.* 894 haec legitur epigraphe:

M . REMMIVS . M . L . PHILER
POMPEIA . Ɔ . L . PRIMA
SEX . POMPEIVS . Ɔ . L . STATIVS

quam & noſtro Herculaneo iure vindicamus.

(7) Sic utique lego, atque interpretor *ad articulos*, h. e. *minutatim*, ſive per partes vel minutiſſimas exacta. Norunt Latinitatis tyrones *articulos* a Latinis dici minimas partes alicuius rei, veluti periodi *articulus* (*ut Auct. ad Herenn. l. b.* 4 *c.* 19) *dicitur, cum ſingula verba intervallis diſtinguntur:* & apud *Plin. lib. II c.* 16: *ſtationes in mediis latitudinum articulis, quae vocant ecliptica*, ubi articuli non aliud ſunt, quam latitudinis partes, ſeu eclipticae puncta.

(8) Nulli dubium, quin detrita haec vox proprium, vel adpellativum nomen eius ſignaverit, a quo pondera fuerunt exacta. Etſi autem nihil certi ex eius reliquiis extundi poteſt; ſi quid tamen video, ſic legendum, ut aliae inſinuant inſcriptiones. Itaque Praefectos Ponderario tres numero fuiſſe diſcimus.

(9) Vox autem illa LIGVR, quae in oppoſita centumpondii ora legitur, nihil aliud, puto, notat, quam nomen eius, cuius peculii illud erat.

Ponderale aedificium Herculanei ſtetiſſe, ubi ſtaterae, pondera, & menſurae exigerentur publica auctoritate, ipſumque eſſe, quod Remmii *ſua pecunia* fecerant (10).

Quod ſi quaeras, an *Schola* etiam, & *Chalcidicum* Herculaneum exornaverint, id vero praeſtare tute poſſumus, & in altera huius diſſertationis parte documenta dabimus.

VII. Herculanenſes igitur Municipes.

Cum igitur exploratum ſit eam epigraphen, prout Capacius teſtatus erat, ex Herculaneo prodiiſſe; an dubitabis amplius, quin Municipii iure gaviſi Herculanenſes fuerint? Quid vero, quod poſt eam aliae nuper erutae, quae Regis noſtri Muſeum exornant, id ipſum teſtatiſſimum faciunt?

VIII. Id ipſum aliae inſcriptiones teſtantur.

Et quidem praeter titulum marmoreum iam adſcriptum, quod poſuere *M. Remmio M. F. Patri MVNICIPES*, duae exſtant aereae laminae, in quarum altera legere eſt:

MAMMIO . MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES . ET . INCOLAE
AERE . CONLATO

In altera vero:

TI . CLAVDIO . DRVSI . F
CAESARI . AVGVSTO
GERMANICO
PONT . MAX . TR . POT . VIII
IMP . XVI . COS . II
PATRI . PATRIAE . CENS
EX . TESTAMEN . MESSI . L . F . M . N.
SENECAE
MILITIS . COH . XIII . VRBANAE . ET
DEDICATIONI . EIVS . LEGAVIT .
MVNICIPIB
SINGVLIS . HS . IIII . N

Ad haec marmorea tabula in laeva tantum parte mutila ſic habet:

M . CALATORIO . N . *f*
QVARTION*i*
MVNICIPES . ET . IN*colae*
AERE . CONLATO

Itaque cum paſſim ſe *Municipes* dicant Herculanei cives, vel ſimpliciter *Herculanenſes*, & Coloniae, vel Colonorum nomen ne hiſcant quidem; nemo putem, tam laevus erit, qui titulum Munatio Conceſſiano poſitum a priſcis Herculanenſibus fuiſſe cum Martorellio contendat, ut inter Colonias oppidum noſtrum adcenſeat.

IX. Magiſtratus item Municipales.

Quae cum ita ſint, *IIviri I. D. IIviri Quinquennales*, *Aediles*, *Decuriones*, *Auguſtales*, qui in Herculanenſibus lapidibus ſaepe occurrunt, non utique Coloniam, ut eruditiſſimus Valeſius duxit, ſed Municipale inſtitutum confirmant. Tritum eſt enim huiuſmodi magiſtratus Municipiis aeque, ac Coloniis fuiſſe communes. Id autem certius erit, ſi docuerimus pleno Municipii iure Herculaneum gaviſum fuiſſe, quippe fundus factus fuerat in Romanas leges iurando.

X. Fundanum fuiſſe Municipium inſcriptio docet.

Et quidem Iul. Caeſ. Capacius *l. c.* tabulam aeneam clavis parieti adfixam ibidem repertam narrat, in qua Senatus Conſultum perſcriptum erat Claudio imperante factum, GN . HOSIDIO . GETA . L . VAGELLIO . COS . X . CAL . OCTOB . quo poena infligeretur, & irritae fierent emtiones eorum, qui villas, domoſque negotiandi cauſa emerent, ac diruerent. Quo recitato, alterum ſubditur VOLVSIO . P . CORNELIO . COS . VI . NON . MART . De poſtulatione *neceſſariorum Alliatoriae Celſiliae*, qui a Senatu petierant, ut Celſiliae ſua *aedificia longa vetuſtate dilabentia vendere, & emtori ſine fraude ſua ea deſtruere, tollereque liceret*. Quae S. CC. cum publice in eo Municipio propoſita fuerint, quis negaverit fundanum eum fuiſſe?

XI. Herculanenſes Romanis tribubus adlecti.

Quare & in tribus Romanas fuiſſe Herculanenſes adſcriptos docent marmorea quantivis pretii fragmenta, quae dedimus *Tab. XIV, XV, & XVI*, in quibus bene longus quadringentorum & amplius civium catalogus cum tribus nomine, cui fuerant adſcripti, habetur. Pluribus autem tabulis catalogus conſtabat, quae clavorum ope muris erant adfixae. Earum, quae prima procul dubio erat, etſi prae aliis detrita, incipit: ADLEGERVNT ... deinde ſequuntur nomina in tres columnas diviſa. In his autem cernere eſt aliquot ruſticis Romanis tribubus adſcriptos, duos ſcilicet *Meneniae*, unum *Tromentinae*, tres *Maeciae*, alterum *Falerinae*. In altera vero poſt plura inſcripta nomina vacuum ſequitur, in cuius medio grandioribus litteris eſt VENERIA, deinde eodem ordine ſubſequuntur civium nomina.

Illud

(10) In veteri marmore apud *Grut. pag.* 1026 *n.* 10, & Donium *cl.* 2 *n.* 67 habetur: C. CAESIVS C. F. OVF. SILVESTER P. P. PONDERARIVM S. P. P. S. F. ET CHARISTIONEM AEREVM POS. Siglas autem illas *P. P.* Scaliger *ad Manil.* legit *Praefectus Ponderarium*: aliis ea lectio non probatur, utpote quae ſequentibus non congruat, ideoque legunt *pro Praetor*. Ego vero Herculanenſi epigraphe doctus quam modica mutatione Scaligero adſenſerim, itaque epigraphen legendam reor: C. *Caeſius* C. *F. Ouf. Silveſter Praefectus Ponderibus Ponderarium ſua pecunia Ponderibus ſignandis fecit*, &c. Quid enim vetat, quin idem, qui Ponderarium ſua pecunia feciſſet, Praefectus Ponderibus fuerit merito ſuo renuntiatus? Proba autem *Ponderarii* vox habetur & in alio inedito, quod ſciam, lapide, qui Sulmone in privatae domus limine teritur: SVLMONII. PRIMVS. ET. FORTVNATVS. PONDERARIVM. PAGI. INTERPROMINI. VI. TERRAE. MOTVS. DILAPSVM. A. SOLO. SVA. PECVNIA. RESTITVERVNT.

Illud autem *Veneria* (11) Romanae tribus nomen esse, nemo fortasse dubitaverit. Quare concludat oportet, Herculanenses Municipes in tribum fuisse relatos; atque adeo suffragii iure gavisos.

Ex aliis item lapidibus id ipsum discimus de Herculanensibus *Meneniae* adscriptis;

M . SPVRIVS . M . F
MEN. RVFVS. (12) II. VIR
I . D . MACELLVM . D
S . P . F . C . EIDQ . PRO

L . MAMMI . . .
MEN . PATRI . . .
DECV . . MVN . . .
MV . . . ERAI . . .

---

(13) L. ANNIO. L. F. MEN
IIVIR . ITER . QVIN
. . . VIR . EPVLONVM

M . CALATORIO . L...
MEN . RVFO . FRAT...

Ex his autem M. Spurii lapidem longe ante eius urbis fatum positum fuisse, praeter characterum formam, certissimo argumento est, quod is iamdiu ante illud tempus antiquatus fuerit; nam suo loco motum, obversaque facie cuiusdam templi muro infixum invenimus. Quippe Macello a Sp. Rufo aedificato (cum fortasse terrae motu obrutum fuerit) aliud successerat ornatius a Mammio Maximo exstructum, ut alius lapidis fragmenta testantur, quae haud difficile est sic supplere:

L. *mam*MIVS. MAXIMVS. MACELL*um*
*cum. o*RNAMENTIS. ET. ME*ri*TO*ria.s.p.f.*
*eid*EMQ . DEDICATIONE*m celebravit*

Dubitari igitur non potest, quin iam antiquitus pleno civitatis iure Herculanenses fruerentur.

Quid vero, quod etiam Romanas Provincias sortiti aliquando sunt Herculanenses? Testatum id faciunt plura epigrammata M. Nonio Balbo posita, & in Regium Museum inlata. Primum eorum est, quod tantopere eruditos interpretes defatigavit, & variis admodum lectionibus mactatum fuit, ut videre licet in *Symbolis Gorianis*; sed quod citra ullam dubitationem sic se habet, ut Paciaudius olim legit, & in iisdem Symbolis Florentiae editis *Vol. I p. 68* in equestris Nonii statuae schemate exhibetur: XII. Munera Romana gerunt Herculanenses.

M . NONIO . M . F
BALBO . PR . PRO . COS
HERCVLANENSES

Siglae autem illae PR . PRO . COS idcirco eruditis crucem fixerunt, quia cum Balbum domo Herculanensem (14) iure opinaren- XIII. An Balbus fuerit Proconsul.

(11) Nunc tantummodo *Veneria* legitur. Sed eruditissimus Iacobus Belgradius, qui αυτοπτης haec loca, cum primum eruerentur, invisit, in *ep. II*, quam Scipioni Maffeio dedit, quaeque in *Symbolis Gorianis Rom Vol. I* exstat *p.* 55 testatur non modo *Veneria* legisse, sed & *Concordia*. Etsi igitur e fragmentis marmoreis illud alterum hodie deperierit, ac tantummodo exstent residuae litterae IA, ut vides *Tab. XIV*, tamen de optima eius fide minime dubitamus, utpote quem prae omnibus veracissimum in narratis invenimus. Quapropter in dubium revocari nequit, quin sub Imperatoribus praeter eas Libertinorum tribus, quae ipsorum Principum nominibus adpellabantur, aliae etiam peculiari nomenclatione veteribus fuerint adiunctae. Cuiusmodi fuere, quae in lapidibus comparuere VOT. & VER., quas sagacissimus Marinius in *Arval. Tab.* 35 *p.* 482 interpretatur *Voturia*, & *Verginia*, sive *Vergilia*, sive *Venna*. Sed harum alteram siglam VER. nisi αυτοπτην se vidisse testaretur tam sollers vir in epigraphe sic concepta C. PETRONII. C. F. VER. RVFI, ego libenter refingerem VEN, & interpretarer *Veneria*, praesertim quia *Petronius* ille *Rufus* Herculaneo oriundus esse potuit; quippe in illorum Municipum catalogo, nec *Petronia* gens, nec *Ruforum* familiae desunt. Quid, si scalptor erravit?

(12) Ruforum gentem Herculanei floruisse, cum Municipum catalogus, ubi quatuor *Rufi* leguntur, tum alii lapides eiusdem Regii Musei ostendunt, ut hic:
L. ANNIVS. MAMMIANVS. RVFVS. II VIR.
QVINQ. THEATH. ORCHESTR. DE. SVO
Idem dic de *Mammiis*, & *Calatoriis*. Etenim in catalogo praeter *L. Mammium Cilium*, & *M. Calatorium Diodorum* ingenuos, legimus duos *Calatorios M. L. Picum*, & *M. . . .*, & tres T. L. *Fortunatum*, *Ianuarium*, & *Suavium*, quinque vero *Mammios L. L. Synetum*, *Festum*, *Evhodum*, *Peplum*, & *Thiasum*.

(13) Apud Gorium *Vol. I Symb. Rom. pag.* 121 & apud Murat. Thes. *pag.* 2021 *n.* 1, cuius nunc prima tantum exstat linea, reliquum malo fato periit; etsi doctissimus Iacobus Belgradius in iisdem *Symbol. p.* 48 iure dubitet, an postrema illa verba *Vir Epulonum* ad eumdem lapidem pertineant.

(14) Hosce Nonios Balbos domo Herculanenses fuisse abunde nostri lapides testantur. In Herculanensium enim Municipum catalogi fragmentis, etsi M. Nonius Balbus non compareat, plures tamen *M. Nonii M. L.* recensentur, h. e. *Pyrrhus*, *Ianuarius*, *Celer*, *Nedymus*, *Felicio*, *Heracia*, *Tarentinus*, *Anthus*, *Chronius*, *Genialis*. M. Nonius ergo, qui eos libertate donaverat, Herculanensis erat. Id ipsum *credibile reddit titulorum decus, quod in ea civitate nacti sunt eius parentes*, ut apposite scripsit Scipio Maffeius *Ep. 1 ad Bernard.*

de

narentur, sibi persuadere non poterant, Proconsulem in eo Municipio, vel Colonia fuisse, & quidem recte. Sed epigrammata alia *Proconsulem* luculenter Balbum adserunt, Sub eius statua togata;

M . NONIO . M . F . BALBO
PR . PRO . COS
D . D

Alibi:

M . NONI . . .
BALBO . PR . P . . .
COMMVNE . C . . .

Alibi:

. . . NONIO . M . F
. . . bALBO . PR . PR . . OS.
. . . ORTYNIFI . . . N . . . .

Alibi:

M . N . NIO . M . F .
BAL . . . PRO . COS .
. . . . SIVM

Alibi:

M . NONIO . M . . . .
BALBO . PR . PRO . . .
. . . . A . IVLIA . . . .

Alibi:

M . NONIVS . M . F . BALBVS . PROCOS
BASILICAM . PORTAS . MVRVM .
PECVNIA . SVA .

Alibi denique, quod omnem difficultatem enodavit:

BALBO . PRO . COS .
CRETENSIVM . PATRONO

Balbus ergo non Proconsulatum Herculanei gesserat, sed Cretae, quae cum Lybia Cirenaica iam ab Augusto proconsularis provincia facta fuerat, ut Lipsius in *Tac. Ann. III* observat, & Cl. Scipio Maffeius *cit. Ep. I* ad *Bernardum de Rubeis in Symb. Gorian. Rom. Vol. I.* animadverterat.

XIV. An Praetor?

Sed quid sibi vult alia sigla PR? Maffeius ibidem interpretatur *Praetor*. Nec enim mirum, quod idem Balbus antea *Praetor*, postea *Proconsul* fuerit, & ambobus titulis decoraretur, ut aliarum inscriptionum exemplis eruditissimus vir probat (15). Qua in opinione magis confirmor, cum videam in duabus ex adlatis epigraphis *Proconsulem* illum tantummodo salutari. Nec enim necesse erat illum omnibus usque titulis onerare.

XV. Balbus Patronus.

Si quaeris vero, cur tot titulis, atque statuis hunc suum civem honorarent Herculanenses, ipsimet docent in adlata epigraphe; quippe *Patronum* (& quidem benemerentissimum) eum salutant. Unde etiam discis, quanta cum dignitate Nonius iste Romae versatus fuerit. Nisi enim in magnam dignitatem ac potentiam Romae venisset, non eum sibi patronum Municipes illi delegissent. Quod ideo animadversum volo, ne huiusmodi *Patronum*, cum *Pompeianis Patronis*, de quibus Tullius loquitur, ut *Cap. praecedenti* disseruimus, quique etiam *Defensores* dicebantur, confundas.

XVI. Ergo Herculanenses pleno iure Municipes.

Exploratum est ergo Herculanenses Romae summos etiam Magistratus cepisse. Quod si hunc Nonium Balbum eius Nonii Balbi Tribuni Plebis nepotem fuisse dices, de quo Dion *lib. L* meminit (16), iam inde ab Augusti aetate istos Herculanenses cives factos, & Romanis Magistratibus ornatos fuisse concludes (17).

Huc

de Rubeis in *Symb. Gor. Rom.* Et quidem praeter titulum Patri positum, quem retulimus, etiam eius Mater statuam cum epigraphe obtinuerat.

VICIRIAE . A . F . ARCHAD
MATRI . BALBI
D. D.

Praeterea Vespasiano titulum hunc mutilum a M. Nonio Herculanei positum invenimus:

IMP . T . VESPA . . .
CAESARI . AV . . .
TRIB. P. COS. II. CEN . . .
M . NONIV . . .

Eccur autem Herculani posuisset Imperatori titulum, nisi sua Patria foret?

(15) *Salmas. in Adrian. cap. 3* hanc refert: Q. ASCONIVS . GABINIVS . MODESTVS PRAETOR . PROCOS . PRAEFECTVS . AERARI . SATVRNO.

(16) Eamdem coniecturam fecerat Cl. Gorius in suis *Symbol. Florent. p. 166*; sed male opinatus est, illum Tribunum Plebis Augusto coaevum ipsum Nonium esse, cui *pedestrem statuam togatam Herculanenses Decuriones dedicarunt*, & quem Patrem Nonii Proconsulis praedicant. Nam primo nullum ei honoris titulum adscribunt: praeterea Balbus filius, nisi decrepitum dixeris, contra quam eius effigies indicat, sub Augusto florere non potuit; in vivis enim agebat sub Vespasiano, cui titulum posuerat, & *Basilicam*, *Portas*, *Murum* Neroniano terraemotu, h. e. XV ante annos conlapsa, restituerat, cum ultimum Herculanei fatum advenit. Multo minus igitur adsentiendum cl. Maffeio, qui in *Ep. 1 ad Bernard. de Rubeis* in *Symb. Rom.* relata, putavit illi ipsi Tribuno Augustaeae aetatis equestrem statuam ab Herculanensibus fuisse positam.

(17) Id ipsum clarius, puto, innotescit ex Herculanensis albi fragmentis. Eorum enim primum, quod incipit ADLEGERVNT, grandem prae reliquis antiquitatem ostentat, quippe minutioribus, & satis inelegantibns litterulis exaratum: contra vero marmora reliqua, quae novarum tribuum *Concordiae*, & *Veneriae* nomina praefixa habent, grandiori, & elegantiori charactere scripta sunt; quin imo tota eorum scultura eodem tempore, eademque manu facta videtur, exceptis perpaucis nominibus, quae subdita identidem adparent. Atqui in primo illo frag-

XVII. *Tituli in Imperatorum honorem.* Huc etiam pertinent marmora quamplura in Imperatorum, aliorumque Augustae domus honorem posita, quae nonnisi Romanum Municipium devotissimum redolent.

DIVO . IVLIO
AVGVSTALES

DIVO . IVLIO
HERCVLANENSES

DIVO . AVGVSTO
AVGVSTALES

DIVAE . AVGVSTAE
L . MAMMIVS . MAXIMVS . P . S

GERMANICO . CAESARI . TI . F . DIVI . AVGVSTI . N
DIVI . IVLI . PRO . NEPOTI . AVGVRI . FLAMINI . AVGVSTALI . COS . $\overline{II}$. IMP . $\overline{II}$
L . MAMMIVS . MAXIMVS . P . S

ANTONIAE . AVGVSTAE . MATRI . TI . CLAVDI
CAESARIS . AVGVSTI . GERMANICI . PONTIF . MAX
L . MAMMIVS . MAXIMVS . P . S

FLAVIAE . DOMITILLAE
vESPASIANi . caESARis . AVG

IMP . T . VESPAsiano
CAESARI . AVgusto
TRIB . P . COS . $\overline{II}$. CENsori
M . NONIVS

DOMITIAE . GN . F
DOMITIANI . CAESARIS
D . D

XVIII. *Vespasianus de Herculaneo benemeritus.* Hinc contra Imperatores gratiam huic Municipio rependisse e marmoribus adcepimus; ut ecce tibi a Vespasiano templum Matris Deorum terrae motu conlapsum ibidem restitutum marmor docet:

IMP . CAESAR . VESPASIANVS . AVG . PONTIF . MAX
TRIB . POT . $\overline{VII}$. IMP . $\overline{XVII}$. P . P . COS . $\overline{VII}$. DESIGN . $\overline{VIII}$
TEMPLVM . MATRIS . DEVM . TERRAE . MOTV . CONLAPSVM . RESTITVIT

Quae omnia tanta sunt, ut de politico Herculanensium statu, eiusque Municipii splendore neminem amplius dubitare sinant.

CAP.

fragmento post verbum ADLEGERVNT, nullo interposito spatio, quod tribus nomen recipere posset, decem & octo integra nomina statim sequuntur (unum antiquitus abrasum est), e quibus sedecim tribus Romanae nomen adiunctum habent, sex videlicet MEN. *Menenia*, sex MAE. *Maecia*, duo FAL. *Falerina*, unum TRO. *Tromentina*, & alterum denique VOL. *Voltinia*: duo tantum Tribu vacant. Ex quo concludere licet, iam inde ab antiquis temporibus, fortasse ab ipsa Legis Iuliae aetate, pleno civitatis iure Municipes istos fuisse ornatos, & proinde aditum in Romanas tribus ipsis patuisse; etsi reapse non omnibus in rusticas honestiores, quo fortasse adspirabant, adscribi daretur, & multi incuriose nomen dare negligerent; subsequutis vero temporibus, adauctoque tribuum numero, turmatim reliquos omnes infimae conditionis, & libertinos in illas confluxisse.

CAP. X.

Pompeianae epigraphae ad declarandum politicum illius urbis statum quamplurimum valent.

I. Inscriptiones antiquitus erutae. E duabus Pompeianis epigraphis (1), quas Capacius noster in sua *Historia lib. II l. c.* edidit, nihil prorsus ad inlustrandum Pompeianorum regimen erui potest, neque apud alios inscriptionum collectores aliquid, quod sciam, invenitur huc pertinens. Solis igitur monumentis, quae nuper e Regiis effossionibus prodiere, lis resolvenda est.

II. Inscriptiones recenter inventae. Et primo quidem ad Pompeianam Coloniam spectantia monumenta quatuor habemus. Prima est epigraphe in pariete depicta, quaeque inde desecta Herculanense Museum exornat, & quam fidelissime delineatam habes *Tab. VIII num. 3*. Continet autem faustam adclamationem his verbis conceptam:

POPIDIO. RVFO. INVICTO. MVNIFI. R. III
DEFENSORIBVS. COLONRVM. FELICITER

Cuius siglas sic interpetror; *Popidio. Rufo. Invicto. Munifico. Reliquis. Tribus. Defensoribus. Colonorum. Feliciter.*

Altera insculpta exstat in marmoreo Pompeiani Theatri sedili (2), quae sic loquitur:

M. HOLCO	NIO. M. F. RVFO
II. V. I. D	QVINQVIENS
ITER. QVINQ	TRIB. MIL. A. P
FLAMINI. AVG.	PATR. COLO. D. D

Huius siglae obviae sunt. Negotium tantummodo facessit illud COLO. de quo mox.

Tertium est marmoris fragmentum in eodem theatro inventum, in quo sic legitur:

. . . II. RVFVS
. . BVNAL. THEAT . . .
. . . . COLONI . . .

Reliquum periit, ex quo fortasse controversia resolvi tutius potuisset.

Quarta est epigraphe in pariete depicta, quam habes *Tab. VIII n. 6*, ubi legitur P. COLONIA.

III. Primae inscriptionis sententia. Iam vero ex hisce epigraphis sat lucis offunditur Pompeianorum Coloniae, ut proinde primitus eam fuisse, quam ex Tullianis verbis eruimus, deinde veram Coloniam evasisse putemus. Prima enim tibi exhibet quatuor *Defensores Colonorum*, h. e. Popidium Rufum cum *reliquis tribus*; quod quam Tullianae narrationi conveniat, tute vides. Erant enim plures, quam duo ex Tullii verbis, qui & *Patroni* dicebantur, quorum unus L. Sulla, qui a *ceterorum sententiis* in cognoscenda Pompeianorum cum Colonis caussa *non dissensit*. Praeterea Pompeiis morabantur, ut Colonos ipsos tuerentur, imo ex ipsis Pompeianis civibus seligebantur. Quamobrem non erant, ut iam animadvertimus, e Patronorum illorum classe, qui Colonias, & Municipia apud Populum, & Senatum Romanum patrocinabantur, quos ad eum numerum numquam excrevisse legimus, sed unum fuisse marmora docent, uti Balbus unus Patronus Herculanensium erat. Sed in primis observanda est vox COLONRVM. Epigraphes enim illius auctor data opera vitasse vocem *Coloniae* adparet. Quippe licet angustia loci breviorem vocem *Coloniae* potius, quam longiorem *Colonorum* adpingi pateretur; tamen satius habuit per compendiarias siglas COLONRVM, quam COLONIAE inscribere. Nec alia de caussa, putaverim, quam quia oppidum illud *Coloniae* cognomento non gaudebat. In quo etiam mirifice Tullio respondet, qui semper *Colonos*, nunquam *Coloniam* dixit.

IV. Quid ex altera eruatur. Quod cum ita esset, in altera M. Holconii Rufi epigraphe legendum rebar: *Patrono Colonorum*, potius quam *Coloniae*; etsi ne hoc quidem pacto incommodaret. Ex ea etiam id erui videbatur, huiusmodi Patronatum Colonorum deferri solitum fuisse primoribus Pompeianorum, quandoquidem de Holconio isto dubitari non potest, qui *quinquiens* duumviratum I. D. in sua patria gesserat, & *iterum quinquennalis* fuerat: nec de nihilo esse, quod titulus ille *Patr. Colo.* ultimo loco adponeretur; quippe ex eo adpareret, alia munera municipalia prae hoc Colonorum Patronatu maioris habita fuisse a Pompeianis. Verum re melius perpensa, in alia omnia descendimus.

V. Tertiae supplementum. Et quidem tertia epigraphe, licet mutila, *Coloniam* exerta voce reclamare visa est. Etenim sic supplendam esse nullus dubito. Nam-

(1) Altera sic habet:
M. LVCRETIVS. L. F. DEC. D. RVFVS. DEC. DEC.
Altera vero:
IMPERIO. VENERIS. FISICAE. IOVI. O. M
ANTISTIA. METHE
ANTISTITI. PRIMIGENI
EX. D. D.
Has autem vere Pompeianas fuisse, plures cippi, qui *M. Lucretii Rufi* nomen ostentant, a nobis ibidem inventi, satis docent.

(2) Vide quae de inventa hac epigraphe enarrabimus *Parte II Cap. 5.*

M.M.HOLCONI.RVFVS.ET.CELER
CRYPTAM.TRIBVNAL.THEAT.S.P
AD.DECVS COLONIAE

Caſanova

Palmi due Napoletani

Namque, quod ad primam, & alteram lineam adtinet, ſupplementum non ex ingenio prodiit, ſed e quinque gemellis epigraphis, quas in eodem Theatro invenimus, in fruſta quidem diſſectas, ita tamen, ut e fragmentis patienter coagmentatis integerrimae in Regio Muſeo duae exſiſtant, in quibus cubitalibus literis habetur:

M.M.HOLCONII.RVFVS. ET.CELER.CRYPTAM.TRIBVNALIA.THEATRVM.S.P.

Et illas quidem ſupra ſcenam, & in porticibus ſtetiſſe cognovimus, hanc vero ſupra ipſam Theatri portam adpoſitam fuiſſe coronae terminatio docet. Quare etſi minutioribus elementis pro portae modulo inſcripta foret, ſententiam pleniorem praeſeferebat, h. e. Holconios ea omnia *ad decus*, ſive *ſplendorem Coloniae ſua pecunia* feciſſe; non ſecus ac in recitato Herculanenſi Remmiorum lapide habes: *ſecundum Municipii ſplendorem*. Nec enim, credo, reſtitues: *Patroni Coloniae*; extra chorum enim, ut aiunt, titulus ille ſaltaret. Quod ſi ſupplere malis: *Pompeiorum Coloniae*, etſi non probem, tamen non intercedo.

VI. Quonam tempore Pompeii *Colonia* evaſerint.

Ex ea autem ſic reſtituta, palam fit, tempus fuiſſe, cum re vera Pompeii *Coloniae* nomine gauderent; atque illud nempe, cum Holconii illi in vivis agerent; quorum unus *Coloniae Patronus* in adlato lapide ſalutatur. Enimvero id temporis cum primis Neronis annis coincidit. Documenta autem ex ipſo Pompeiorum theatro nobis ſubpeditantur. Illud enim, ut abunde demonſtrabimus *Parte II Cap. V*, primum Auguſto imperante exſtructum fuerat, opera praecipue, & ſumtibus Lucretii Rufi, & anno ipſius Tribunitiae poteſtatis XXII dedicatum. Deinde vero ſub Neroniani Imperii initia, h. e. ante Agrippinae caedem, inſtauratum, exornatumque fuiſſe ab Holconiis Rufo, & Celere oſtendunt duae protomae in ipſo Theatro inventae, quarum altera Agrippinam matrem, altera Neronem filium imberbem exhibet; adeo ut ſatis definiatur tempus, etſi alii lapides inſcripti diſperierint, h. e. paullo ante Chriſti annum 59, cum Agrippina ſublata eſt. Quandoquidem igitur per id temporis Pompeios Coloniam dictam invenimus, probabili, ni fallor, coniectura adſtruimus, ab ipſo Nerone huiuſmodi privilegium obtinuiſſe, non ſecus ac poſt unius anni intervallum, h. e. ann. 60 Puteoli impetravere.

VII. Aliam eiuſdem rei documenta, quae Tacito conciliunt.

Atque huic ſane tempori referri debet & alia epigraphe muro depicta (vide *Tab. IX num. 6*), in qua ludi indicuntur, & P. COLONIA, h. e. *Pompeii Colonia* adſcribitur. Et quidem Nerone imperante illud programma propoſitum fuiſſe, dubitari non poteſt. Namque Valens ille, qui munera daturus erat, dicitur *Flamen Neronis Aug. Perpetuus*. Quare veroſimillimum eſt, Pompeianos ob adceptum Coloniae ius & cognomentum a Nerone, Flaminem illi conſtituiſſe *Valentem*, eumque ob adceptum ſacerdotium ludos ediſſe. Itaque illi programmati adiectum aliena manu, ut videtur, *P. Colonia*, quaſi cauſam reddentis, cur ludi illi haberentur. Quod ſi ita eſt, conſultiſſime Cornelius Tacitus,

citus cum illam Pompeianorum, & Nucerinorum occidionem referret, ipso anno Chr. 59 peractam, utrosque adpellavit Colonos.

VIII. Quis novae coloniae Patronus.

Atque hinc Holconius ille Rufus *Coloniae Patronus* salutatur; nec quidquam commune habet cum priscis Colonorum Patronis, sive Defensoribus, quos abolitos iam fuisse ratio suadet. Is enim, etsi domo Pompeiis foret, & plura ibidem munera exercuisset, Romae etiam domicilium habuisse dicendus est, quippe *Tribunus militum a Populo* (3) fuerat renunciatus. Notum est enim Municipibus aditum ad Romanos Magistratus non patuisse, nisi Romae sedem figerent: his vero & in Municipiis dignitates gerere non fuisse interdictum. Romae ergo cum degeret Holconius, Patronum Pompeianorum agebat, non secus ac Herculanensium Balbus.

IX. Municipium Pompeiorum Fundanum.

Exinde etiam palam fit, cuius generis Municipium olim fuerint Pompeii, nempe Fundanum, utpote cuius cives plenum civitatis ius haberent, & munera Romae capere possent; neque deterioris fuisse conditionis, cum *Coloniae* cognomentum adepti sunt. Etenim praeter Holconium Rufum, etiam A. Veium Tribunatum militum a Populo cepisse marmor docet:

A . VEIO . M . F . II VIR . I . D
ITER . QVINQ . TRIB
MILIT . AB . POPVL . EX . D . D

X. Qui fuerint Tribuni a populo.

Norunt autem eruditi iam usque ab anno U. C. 393, ut docemur a Livio (4), coepisse Tribunos suffragiis populi creari, cum antea ab ipsis Consulibus fierent. Id autem moris, etsi aliquando variatum fuerit (5); tamen ad usque extrema tempora, etiam sub Imperatoribus viguisse Asconius testatur, qui de suo aevo in *Comment. ad Verrin.* ait: *Tribunorum militarium duo sunt genera. Primum eorum, qui Rufuli* (6) *dicuntur: hi in exercitu creari solent. Alii sunt Comitiati, qui Romae comitiis designantur.* Sed id luculentius e lapidibus (7) innotescit, in quibus diserte mentio fiebat Tribunorum A. P. vel A. POP. vel A POPULO, propterea quod honestiores ipsi, quam *Rufuli* habebantur, ut monuit Lipsius *De Mil. Rom. lib. II Dial. 9*.

XI. Pompeiani in tribus relati.

Idcirco & in Romanas leges Pompeianos iam olim iurasse nemo ambiget, cum & in Romanas tribus relatos fuisse, item ut Herculanenses, marmora doceant;

T . TERENTIO . T . F . MEN
FELICI . MAIORI . AEDIL
HVIC . PVBLICE . LOCVS
DATVS . ET . HS . ∞ ∞
FABIA . PROBI . F . SABINA . VXOR

XII. Pompeiani Magistratus municipales.

Quod autem ad eius urbis Magistratus adtinet, Municipales omnes, vel Colonicos fuisse, aeque ac Herculanei, cum marmora relata testantur, tum innumera programmata, quae passim in dealbatis aedificiorum parietibus loligine, vel minio picta invenimus, in quibus *Duumviri*, *Quinquennales*, & *Aediles* exhibentur. Sed de hisce programmatis fusius est differendum.

XIII. Programmata Pompeiana duplicis generis.

Et quidem duplicis generis videntur ea esse; alia quae publica Magistratuum, praecipue Aedilium, auctoritate proponerentur; alia privatorum libitu.

XIV. Quaedam publica auctoritate proposita.

Prioris generis sunt, quibus ludi vel gladiatorii, vel scenici, aliaque his similia ad dictam diem indicarentur. Huiusmodi autem plura habes *Tab.IX*, ubi *num. 1* exhibentur programmata, quae extra Portam urbis iam erutam ad introeuntium laevam proposita fuere, quorum characteres etsi partim deperditi, partim evanidi, tamen ex his, qui restant, qua de re agatur, satis ostendunt. Nonnisi enim *Gladiatorum paria, pugnas, venationes*, & certi dies adscripti comparent. Porro *num. 2* *Pugnam* in quatuor continuos dies, nempe *Quinto, Quarto, Tertio, & Pridie Kalendas Decembres* (8) fuisse decretam adcipis; itemque *Venationem*, etsi dies illi adscriptus interciderit. Sic *num. 4* habes N. POPIDII RVFI FAMILIA GLADIATORIA AD IV KALENDAS NOVEMBRES POMPEIS VENATIONE (sup. *exercebitur*) EX XII KAL. MAIAS MALA (9) ET VELA ERVNT. Deinde subditur

(3) Alia item inscriptio in ipsis Theatri ruderibus inventa eodem titulo Holconium decorat:

M . HOLCONIO . RVFO . D . V . I . D.
IIII . QVINQ
TRIB . MIL . A . POPVLO . AVGVSTI .
SACERDOTI . EX . D . D.

(4) *Lib. VII. Cum placuisset eo anno Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipsi faciebant) secundum in sex locum Manilius tenuit.*

(5) Idem Livius *lib. IX*: *Duo imperia eo anno* (U. C. 444) *dari coepta per populum, utraque ad rem militarem pertinentia. Unum ut Tribuni semideni in quatuor legiones a Populo crearentur, quae antea, per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum, & Consulum fere fuerant beneficia.* Plura vide apud Lipsium loco supra citato.

(6) Festus in hac voce: *Rufuli adpellabantur Tribuni militum a Consule facti, non a Populo: de quorum iure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, Rufuli, ac postea Rutili sunt adpellati.*

(7) Consule locupletissimum Caietani Marinii opus *Monum. de' Fratelli Arvali in Tab.XLI pag.*548.

(8) Per plures dies continuos huiusmodi pugnas & venationes haberi solitas fuisse etiam a Tullio discimus *Fam. VII ep. 1*: *reliquae sunt venationes binae per dies quinque.*

(9) Huiusmodi *mala* non alia procul dubio sunt, quam quae in Theatri fastigio infigebantur, & e quibus vela pendebant.

ditur *O. Procurator*, h. e. nomen (puta *Onesimum*, *Octavium*) eius, qui Procurator erat Ludi Familiae Gladiatoriae. Demum boni ominis ergo adclamatur; FELICITAS. Sic denique *num.* 6 legis; VALENTIS FLAMINIS NERONIS AVGVSTI FILII PERPETVI D. LVCRETII VALENTIS FILII .... V KAL. APRILES VENATIO ET VELA ERVNT. Deinde ad laevam, ut modo diximus; aliena manu adpictum P. (h. e. *Pompeii*) *Colonia*, quasi epocam huius venationis signare vellet, nempe cum Pompeii Coloniae cognomentum adepti sunt,

XV. Locationis programma describitur.

Eiusdem quoque generis esse videtur locationis programma, de quo superius *Cap. V* §. *XII* verba fecimus; & in quo tamen parumper immoremur, oportet.

IN . PRAEDIS . IVLIAE . SP . F . FELICIS
LOCANTVR
sic BALNEVM . VENERIVM . ET . NONGENTVM . TABERNAE . PERGVLAE
CENACVLA. EX. IDIBVS. AVG. PRIMIS. IN. IDVS. AVG. SEXTAS. ANNOS. CONTINVOS. QVINQVE
S . Q . D . L . E . N . C.

Graphice descriptum habes *Tab. IV* prout in Regio Herculanensi Museo adservatur. Est autem bene magna parietis pars albario opere obducta, in qua praeter ea, quae supra adscripsimus, nigris characteribus exarata, siglae aliae bene multae subduntur rubrica depictae, sed aliena manu, ut ipsa elementorum forma, & versuum dispositio primo statim obtutu demonstrat; ita ut a superiori programmate alienum esse totum id, quod postea subditum ipsi fuit, constet. Et tamen Eruditorum unus & alter id non adtendit, ne Cl. Mazochius quidem, qui in *Tabul. Heracl. p. 309 n. 3*, ubi de *Albo* veterum eruditissime differit, hoc ipsum locationis programma in exemplum profert, illudque alibi nigris, alibi rubris characteribus depictum narrat, quod falsum est. Hinc eruditus Winkelmannus in eodem errore versatus, superioresque siglas cum inferioribus male consarcinans, sic eas lepide interpretatus est (10): *Si Quis Dominam Loci Eius Non Cognoverit Adeat Lucium Svettium*. Quid autem de iis siglis, totaque programmatis sententia opinari liceat, brevi dicam.

XVI. Quo loco inventum.

In antecessum tamen sciendum est, hoc locationis programma fuisse inventum ab usque anno 1759 in externo perampli aedificii pariete propositum, quod in extrema Urbe Orientem versus exstabat, parum ab Amphitheatro disiunctum, qua scilicet parte Nuceriam Urbs spectabat, & Sarnus amnis praeterfluebat. In eo autem aedificio praeter conclavia multa, balneum, thermasque fuisse exploratum est; ibidemque positum erat sacellum illud, quod nunc integrum in Herculanense Museum translatum visitur, in cuius medio tripus exstabat tribus obscenis satyris subfultum. Quibus omnibus cum cetera supellectili, ornamentisque ablatis, aedificium rursus, prout illa ferebant tempora; obrutum fuit; sed exactissimam eius ichnographiam nobis servavit Caroli Weber diligentia, quam συν θεῷ cum reliquis Pompeianis suo tempore dabimus. Interea vel ex uno balnei indicio novimus, domum eam unum ex ipsis Iuliae urbanis praediis fuisse, cui fortasse reliqua in ea vicinia adiacebant; quaeque ingentem illum tabernarum numerum continebant. Locus autem opportunissimus mercatoribus erat, utpote Sarno proximus, cuius ope merces in mediterranea commercii gratia exportarentur. Illud tamen adhuc ignoramus, an intra pomerium id praedii foret. Quin imo oborta suspicio est, extra Urbis moenia fuisse positum, atque ad Pagum Augustum Felicem pertinere, de quo bina litterata marmora loquuntur, quae infra ad *Cap. XII* adnotabimus. *Felicis* enim Pagi agnomen, cum Iuliae *Felicis* nomine conveniens non spernendum indicium praebet, inde potissimum ortum, quod ibidem *Felices* isti possessores tot latifundia habuerint, quae sola pagum non minimum efformare possent.

XVII. Quid sit *Venerium*.

Sed ad ipsum programma adcedamus. Prima verba satis per se clara sunt: altera in voce *Venerium* difficultatem praebent. Sed nullus dubito, quin *Venerium* idem sit, ac Athenaei *lib. V cap. 10* Ἀφροδίσιον, ut iampridem vidit noster Mazochius in *Tabul. Heracl. p. 445 n. 120*, h. e. triclinium eleganter ad Venereas voluptates instructum, ad quod procul dubio sacellum illud cum obscenissimo tripode pertinebat. *Venerium* igitur heic balnei epitheton non est, sed locum indicat balneo adiunctum pro inquinatissimi eius temporis ratione, cum balneatores plerumque lenocinium faciebant; & proinde pluries in Romanis legibus balneatores cum lenonibus,

(10) Winckelman *Lettera al Conte Brühl* 1764.

bus, & balneum cum ganeo copulantur. Substantive igitur *Venerium* heic sumendum est, ut sit conclave, vel cubiculum Venerium, itaque Lexicis adiungendum. Quod dubitare non sinit, altera epigraphe isti respondens, quam modo explanabimus.

XVIII. Quid *tabernae, pergulae, coenacula.* *Et nongentum tabernae pergula cenacula*, h. e. tabernae cum suis pergulis, & coenaculis. Tabernas enim dici latine ea loca, ubi vel merces venderentur, vel artifices artem suam exercerent, *ut libraria, argentaria, cauponia, vinaria, meritoria cet.* tam notum est, quam quod notissimum. Tabernis autem pergulas fuisse adiunctas, h.e. exporrecta e pariete pulpita, ubi merces venales proponerent (11), & coenacula imposita, h.e. superiores contignationes, ubi mercatores, vel artifices cum familia degerent, non est ambigendum. Propterea copulativa & non ante *coenacula*, sed ante *nongentum tabernas* posita fuit; quia videlicet tria locanda proscribebantur, Balneum, Venerium, & nongentum Tabernae una cum pergulis & coenaculis, quibus singulae tabernae fuerant instructae.

XIX. An certa ubique forent locationum tempora. Sequitur: *Ex Idibus Aug. primis in Idus Aug. Sextas*. Duo, quae in hisce verbis observentur, digna sunt. Alterum scilicet, quo tempore mos fuerit urbana saltem praedia Pompeiis locari, nempe *Idibus Augusti*. Ut propterea facillime componi hinc possit quaestio illa inter Iuris Romani peritos agitata, an praeter Kalendas Iulias, etiam e Kalendis Martiis locationum tempus apud veteres inciperet. Hinc enim discimus, varias pro locorum varietate consuetudines fuisse. Itaque dicendum, Romae solemne fuisse ex Kalendis Iuliis domos, fundosque locari solitos, ut plura Digestorum, Suetonii, & Martialis exempla docent, quae videsis apud Heinecium, Reinesium, aliosque; alibi vero, praesertim cum de praediis rusticis ageretur, (ut Brissonius *de Form. lib.IV*) morem viguisse, ut e Kal. Martiis locarentur: quo sane spectat *l.58 pr. ff. de Usufr.* Exponit enim ibi Ictus Scevola legis casum, uti sibi propositum fuerat, cui de iure responderet, nempe: *Defuncta fructuaria mense Decembri, iam omnibus fructibus mense Octobri per Colonos sublatis, quaesitum est, utrum pensio heredi fructuariae solvi deberet, quum fructuaria ante Kal. Martias, quibus pensio solvi deberet, decesserit*. Ita, si Pompeiis lis orta esset, dixisset utique: *ante Idus Augusti*. Alterum porro est formula illa: *ex Idibus primis*, h. e. proxime advenientibus, qua concipi programmata solerent: quae sane respondet illi, quae in *leg. 9 ff. qui potiores in pign. hab: qui balneum ex Kalendis proximis conduxerat*: ubi intelligendas esse *Kalendas Iulias*, idem legis contextus declarat. Heic autem perspicuitatis gratia non tantum *ex Idibus primis in Idus sextas*, quod satis fuerat, sed plenius *ex Idibus Augusti primis in Idus Augusti sextas*. Nisi mavis dicere, idcirco mensis nomen adpositum fuisse, quia praeter morem alieno tempore ea locatio peragenda proponebatur. Quod tamen vel sic sufficit, ut concludamus non ita certum huiusmodi tempus fuisse, ut aliquando immutari non quiverit.

Hanc autem locationem ex Idibus primis, ad usque sextas in quinquennium esse, satis per se patebat, verum ad omnem ambiguitatem tollendam, subditum fuit: *annos continuos quinque*. Quod in exemplum locationum privatarum in *lustrum*, seu in integrum *quinquennium* stipulari solitas adiungi potest iis omnibus, quae fuse disputat Barnabas Brissonius *lib. IV. de Form. cap. 70.* XX. Locatio in quinquennium.

Sed hactenus non admodum implexa erat programmatis nostri sententia; id vero, quod negotium facessit, sunt postremae illae siglae *S. Q. D. L. E. N. C.* In iis autem nonnisi formulam solemnem, usuque tritam contineri posse, quisque statim videt. Ecquis enim mente sanus aenigma proponeret in re, quam clarissimam esse oportet? Tales igitur illae siglae esse debuerunt, quae statim a viatoribus inspectae, suam sententiam aperirent. Id autem certius evadet, si consideres huiusmodi programma Aedilitium fuisse, ut sagacissimo Mazochio suboluit, qui *Aedilitium* illud vocat *l. c. p.309 n. 3*, etsi, cur ita adpellaret, ostendere distulerit. Sed ratio procul dubio ea est, quod in programmate de *Balnei*, & *Venerii* locatione sermo fiat. Quippe explorata res est, eorum locorum curam Aedilibus fuisse peculiariter demandatam, ut colligere licet ex Suetonio *in Tiber. c. 34*, ubi legimus: *dato Aedilibus negotio popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent*: & e Seneca *ep. 87*, ubi festivissime *balnea & popinas loca Aedilem metuentia* adpellat: *Invenies voluptatem circa balnea, & popinas, & loca Aedilem metuentia*; nec non ex aliis, quos refert Lipsius *de Magistr. Vet. Pop. Rom. cap. XV*, & in *Comment. ad Tac. Ann. IV 85.* Nec porro tabernae venalium, XXI. Programma illud aedilitium.

(11) Vide Mazochium in *Tabul. Heracl. l. c.*

lium, & promercalium ab Aedilitia iurisdictione, ut omnes norunt, eximebantur, quales fuisse nongentum illas locandas verosimillimum est. Et quidem in programmate non a Iulia Felice locanda ea omnia proponebantur, sed in eius praediis illa esse sita notum fiebat; quippe locatio Aedilium nomine peragebatur.

XXII. Siglae explicantur. His igitur positis nonnisi Aedilitiam formulam in hisce siglis contineri ducimus, easque propterea sic interpretandas remur: SI QVIS DOMI LENOCINIVM EXERCEAT NE CONDVCITO. Quo interdicto Lenonibus, & Meretriculis vetitum erat, ne praeter *Venerium* aliqua ex illis tabernis ad ganeas parandas abuterentur, quas unice venalitiis, mercatoribusque addictas volebant. Neu dicas eas tabernas cum pergulis scortationibus minus idoneas fuisse. Novimus enim ex Plauto *Pseud.* *I 2 28* in lenonum pergulis scortilla venalia fuisse proposita. Ad summam lenocinium facere tantummodo Balnei, & Venerei conductores (notum est enim ex Romanis legibus balneatores infamem eam artem exercuisse) sinebant Aediles, aliis in *domibus*, sive tabernis interdicebant. *Adpellatione* enim *domus* (ait Papinianus *ff. in L. Iul. de Adulter. L. 8 c. 2*) *habitationem quoque significari palam est.*

XXIII. Paullo diversa explicatio. Quod si quis interdictum illud de Lenocinio universos conductores, & in primis balneatores, qui nequitiae artifices erant, spectare putet, tum paullo aliter sic legat: *Si quis damnatum lenocinium exerceat ne conducito.* Etsi enim lenones praeter infamiae notam, nulla alia tenebantur poena, cum eam artem profitebantur, & per quaestuaria mancipia exercebant; attamen liberis abuti, & puerorum stupra, vel matronarum adulteria conciliare severissime Lege Iulia de Adulteriis fuerat interdictum, interminata criminosis adulterorum poena. Sic *L. 8 ff. in Leg. Iul. de Adulter.* §. *1* statuitur; *Qui domum suam, ut stuprum, adulteriumque cum aliena matre familias, vel cum masculo fieret, sciens praebuerit . . . . quasi adulter punitur;* & *L. 9* §. 2 *eodem tit.: Sed & si quis in agro, balneove stuprum praebuisset, comprehendi debet.* Eo igitur interdicto cautum fortasse fuit, ne mangones *Venerii* conductores satis se tutos ea Aedilitia venia putarent, & damnata huiusmodi flagitia, & in primis monstrosam Venerem in suis officinis pararent. Hanc alteram lectionem, explicationemque, si cui adrideat, non improbo; sed primam tueor, donec alia fortasse opportunior eruditis succurrat. Atque de locationis programmate satis.

XXIV. Aliae epigraphae alterius generis. Veniamus nunc ad alias eidem parieti adpictas epigraphas. Eae ad minus tres sunt diversa manu diversoque tempore impositae, ut ex varia characterum forma, colore, & inscriptorum nominibus patet. Atque eae nempe sunt, quae ad alterius generis programmata, privata scilicet auctoritate proposita, referri debent. Ut autem ipsarum sententia, & usus intelligatur, noverint lectores eiusdem exempli epigraphas passim in Pompeianis domorum parietibus iuxta tabernarum portas inveniri, in earumque initio constanter quarto casu adscriptum legi proprium viri alicuius nomen, qui plerumque *Aedilis*, aliquando *IIvir I. D.* vel *Quinquennalis* salutatur; postea subnecti in recto nomen aliud vel proprium, vel adpellativum; denique fere semper claudi curtata voce ROG., vel hisce siglis O. V. F. vel una, quae per compendium tria illa elementa simul referat, ut cernere est post vocem PROBVM in eadem tabula. Has ergo siglas facili negotio interpretandas reor: *Orat, Vt Faveat,* sicuti alia procul dubio explicanda est *Rogat*, ut aperte legitur *Tab. XIII n. 6*, vel *Rogat uti faveat*, sicut habes *Tab. X num. 2*. Itaque *num. 2* sententia erit: *A. Svettium Verum Aedilem Metelli orant, ut faveat; num. 3: L. Ceium Secundum Aedilem orant, ut faveat, Pronius, & Canthus.*

XXV. Cur eae proponerentur. Qua vero de caussa id fieri soleret, facile est divinare. Nempe venditores, & artifices, ut novi Aedilis, in cuius iurisdictionem veniebant, vel aliorum Magistratuum gratiam sibi demererentur, huiusmodi epigraphas proponebant, quae adclamationis simul, & commendationis vices gererent. Non alios autem plerumque esse, quam opifices, & tabernarios, qui eas proponerent, ipsae epigraphae dubitare non sinunt; praeter enim locum, ubi prostant, adpellativa opificum nomina id declarant. Sic legitur *Tab. XIII num. 6*: PHOEBVS CVM EMPTORIBVS SVIS, *Tab. VII n. 2*: SALINIENSES, *ibid. n. 3, 4*: MVLIONES, *Tab. X num. 2*: FVRNACATOR. Imo & Corpora, sive Conlegia Magistratuum opem hisce programmatis etiam implorabant, ut *Tab. VII n. 8*: ISIACI VNIVERSI, quod programma Isidis templo adpictum erat; & *Tab. X num. 1, & 2* VENERI, h. e. *Venerii artifices*, de quibus paullo ante disseruimus. Aliquando nomen eius, qui Magistratus favorem imploraret, reticetur, ut *Tab. VII num. 5, & 6*, & *Tab. XI, & XII*, quod intel-

intelligi daretur ex loco ipso, ubi propofita erat epigraphe. Non alius enim effe poterat, quam opifex, vel venditor, ad cuius tabernam, vel domum adpingebatur.

XXVI. Honoris tituli figlis concepti. Hinc Magiftratuum nomina honorificis onerabant epithetis. Sic Aulum Svettium figlae V. A. S. P. P. D. R. P. falutant, h. e. *Virum Ampliffimum Servatorem Populi Pompeiani Dignum Rei Publicae Probum*: fic *Tab. XI*: *Caium Iulium IIvirum I. D. Polibium Dig. Rei Publ.*, quod manifefto indicat figlas illas D. R. P., quae pluries occurrunt, non aliud fignificare, quam *Dignum Rei Publicae*: fic eadem in Tabula vides: *Svettium cum Epidio IIviros* I. D. O. V. F. DIG. SVNT, h. e. *digni funt*. Alibi legitur V. B. h. e. *Virum Bonum*, ut bis in eadem *Tab. XI*, & *Tab. VII num. 6*.

XXVII. Adclamationes adiectae. His denique aliquando fubnectebant adclamationem in laetitiae argumentum quifque e fua arte petitam. Duas autem eiufmodi habes, alteram *Tab. X num. 2*, quae fic habet: A. VETTIVM FIRMVM AEDILEM ORAT VT FAVEAT DIGNVM REI PVBLICAE ORAT VT FAVEAT: haec utique repetitio exultationem fatis indicat: deinde fubnectitur: PILICREPI FACITE, h. e. qui pila heic luditis magno pilarum crepitu plaudite. Infcriptiones enim illae, quae ea tabula habentur externum balnei murum implebant, de quo modo fermonem fecimus. Hinc ibidem vides, quam epigraphen *Furnacator Secundo Aedili* pofuit; & alteram, quam *Paquio Duumviro I. D. Venerii*. Etenim *Venerii*, ut fupra docuimus, illi erant, qui *Venerio*, h. e. ganeo operam dabant, quod balneo adiunctum erat, non fecus ac *Furnacator*, qui balnei fornacem fuccendebat, pro quo apud *Paul. Ictum Dig. 33 tit. 7 leg. 14* legitur *Fornacator*. Eodem etiam *Pilicrepi* pertinebant, ut bene vidit Lipfius in *Senecae Ep. 56*: *Pilicrepos vult intelligi eos, qui luforia pila fe exercebant in balneis, fuper tabulatis valde ex ictu crepantibus*. Idque datur intelligere ex infcriptione apud *Gruter. pag. 637 n. 1*: VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA LVSI DECENTER CVM MEIS LVSORIBVS LAVDANTE POPVLO MAXIMIS CLAMORIBVS THERMIS TRAIANI THERMIS AGRIPPAE ET TITI MVLTVM ET NERONIS SI TAMEN MIHI CREDITIS EGO SVM. OVANTES CONVENITE PILICREPI. Itaque falfi funt, quotquot Pilicrepos effe duxerunt, qui pilos vellerent, ut Turnebus, Rhodiginus, aliique. Igitur *Pilicrepi facite* non aliud, puto, vult, quam pilas faciendo plaufum edite; quo etiam fenfu eft illud: *Ovantes convenite Pilicrepi*. Alteram vero habes *Tab. XIII num. 7*: POSTVMIVM PROBVM AEDILEM POTHINVS ROGAT. Deinde: FER TVNNVM, h. e. THVNNVM; adfpirationem enim Pothino Cetario excidiffe non mirum. Et quidem non alia Cetario exultationis vox opportunior fuppetebat, quam ut Thunni, h. e. maximi pifces in tanta laetitia fibi vendendi adferrentur.

Hifce etiam programmatis fimilia erant, XXVIII. Fauftae adprecationes. quae non privato quidem nomine, fed publico proponebantur, & quibus felicitas de republica benemeritis adprecabatur; etfi non publica auctoritate, fed privatorum arbitrio fortaffe id fieret. Tale eft illud *Tab. XIII num. 3*, de quo differuimus: POPIDIO RVFO INVICTO MVNIFICO III DEFENSORIBVS COLONORVM FELICITER. Eiufmodi etiam funt, quae habes *Tab. IX num. 3*: DVOBVS. FABIIS. FELICITER, & *num. 5*: SATRIO. LVCRETIO. VALENTI. MVNIFICO. IV. SIBI. LIBERIS (12). FELICITER. PRO. VALENTE. EX. ROG. Poftrema enim vox, quam interpretor *ex rogatu*, id, quod diximus, indicat, nempe propofitam fuiffe eam epigraphen in Valentis honorem ob eius munificentiam ex multorum *rogatu*; atque adeo contra ipfum Theatrum, ubi ludos ediderat (13), adpicta erat.

Ex hactenus autem dictis fatis fuperque XXIX. Conclufio. conftare opinamur, Pompeios vetus Municipium fuiffe cum pleno civitatis iure, non fecus ac Herculaneum; eofdemque a Nerone, h. e. viginti circiter annos ante ultimum fatum, ius & cognomentum Coloniae fuiffe adeptos: per quae tamen nulla τῆς πολιτείας facta eft immutatio, fed tantummodo honoris adceffio.

CAP.

(12) H. e. *quatuor eius liberis*.

(13) Exftat ea epigraphe illi parieti adpicta, qui pofticam fcenae portam refpicit. Alia vero (de qua paullo ante fermonem habuimus, fignata *Tab. IX num. 6*), qua ipfius Lucretii Valentis ludi indicuntur, eft contra pofita ad eius portae laevam.

CAP. XI.

De ultimo Herculanei, Pompeiorum, Stabiarumque exitio: deque illius vastitatis phaenomenis.

I. Quo anno Titiana vastitas adciderit.

SEd iam ad ultimum harum urbium fatum edisserendum adcedamus, in quo non pauca scitu dignissima investigare nobis licebit. Et primo quidem quo anno, qua tempestate, quo die tantae urbes ex hominum oculis disparuerint, inquiramus. Sane, quod ad annum adtinet, concors est veterum testimonium tantam cladem primo Titi imperantis anno consignantium. Ita Xiphylinus ex Dione *lib.LX cap.21, 24:* Eusebius *in Chronico*, Zonaras *ann. 82*, Nicephorus *Hist. Eccl. lib.II cap. 2*, Eutropius *Rer. Rom. lib. IX*, & Orosius *lib. I cap. 6*. Cum autem inter Chronologos constet, Vespasianum Patrem VIII Kal. Iun. anno U.C. 832 & vulgaris aerae 79 occubuisse, cui statim Titus suffectus fuit; eumdem annum tanto excidio infamem fuisse indolemus, siquidem ipsum Regni eius clementissimi initium funestavit.

II. Quo anni tempore, quo die.

Quo autem anni tempore excidium illud evenerit, ex Dionis epitome innotescit; ait enim l. c. κατ' αυτο το φθινοπωρον h. e. *autumno iam ad exitum vergente*, ut Leunclavius, & Tillemontius animadverterunt, praeeunte Stephano; seu pressius *sub ipsum Autumni exitum*; non vero *sub Autumni tempus*, ut Blancus Xiphylini interpres reddit. Is enim fortasse, ut C. Plinio, apud quem *ep. 16 lib.VI* notari solet *IX Kal. Sept.*, concineret, ita vertere maluit; sed in mendo Plinii textum cubare, plurima ex effossis urbibus arguunt indicia. Etenim inter alia tam remotae antiquitatis κειμηλια, quae in suo gazophilacio Rex noster beatissimus servat, non deest omnigena fructuum poenus, qui igne licet exusti, nativam formam nitidissime praeferunt. Hos inter fructus cernere est castaneas, caricas, uvamque passam, qui sane fructus in nostra Campania non ante mensem Octobrem & colliguntur, & exsiccantur: quod satis excludere valet in Plinio lectionem *IX Kal. Sept.* Sed & alia vulgaris lectio *Nov. Kal.* valde suspecta est. Etenim cernere est etiam in Regiis thecis pinus, earumque nucleos, quae non ante Novembris idus apud nos colligi mos est, nec ex antecedenti anno nuclei in pinu inclusi, quin putrescant, servari commode queunt: praeterea dactilos, qui non ante brumam ex Oriente huc adveniunt. Quid vero, quod minime dubia invenimus in excavationibus indicia, rigescente iam hyeme illarum urbium incolas Vesuvii adgestionibus fuisse oppressos? Pompeiis enim pavimentum musivi operis tapeto stratum fuisse deprehendimus, & in domus cuiusdam atrio extincti ignis, quo circumstantes calefieri oportuit, reliquias agnovimus. Quibus sane argumentis persuasissimum nobis est, verissime a Dione dictum κατ' αυτο φθινοπωρον, strictèque interpetrandum, *sub ipsum autumni exitum*. Hinc quando variae Plinii lectiones amanuensium erratum manifesto in notis numericis arguunt, obvium nobis erit refingere *IX Kal. Decembris*. In *nono* enim omnes fere lectiones conveniunt; siquidem ex ipsa nota IX, vel *Non.* alii eruerunt illud *Novembris*, & propterea verum mensis nomen, quod post *Kal.* sequebatur, eraserunt; alii vero de suo addiderunt illud *Septemb.* ut mensis nomen, quod fortasse evanuerat, supplerent; alii denique inepte nimis, sed religiosius illud *Non. Kal.* retinuerunt (1). *Nonus* igitur *Kal.* De-

(1) Ut pateat, quam variae sint hoc in κεμ-ματι Codicum tum manuscriptorum, tum editorum lectiones, libenter adscribam, quae eruditissimus diligentissimusque Auctor *Disquisitionum Plinianarum lib.V p. 18*, adnotavit: „ Ex Codicum „ inconstantia (quam primus omnium notavit „ Catanaeus) diem Pliniani obitus referre non „ posse indoluit Palermus, cum in uno *VIII. Kal.* „ *Septembr.*, in altero *III Non. Novembr.* obiisse „ ipso referente scriptitetur. Duo Ambrosianae „ Bibliothecae membranacea exemplaria, cum „ hanc Plinii iunioris epistolam exhibeant, ine„ pte legunt *Nonum Kal.*, nec differt alter Bi„ bliothecae *Capitularis* Mediolanensis, ubi *Non.* „ *Kal.* quod pariter in editione epistolarum prin„ cipe anni 1471 inrepsit. In pluribus naturalis „ historiae exemplaribus *VIIII Kal.* In Escoria„ lensi Plinii Caecilii codice *Nonas Kalendas*. In „ aliis *VIII Kal.* Adparet ex iis Aldino exem„ plari comparatis addendum *Septembres*: neque „ unicus in iis omissus lectorem a vera scriptione „ *IX Kal. Septemb.* debet avertere. Nescio igitur „ cur Baptista Palmerius, & Alexander Bene„ dictus exhibeant *Non. Kal.* nulla mensis habita „ ratione, quod insulsum omnino. Joannes Ar„ duinus habet *I Cal. Nov.*, alii *Kal.* seu *Cal.* „ *Novemb.*, quos inter Aldi nomine usurpato „ Andreas Asulanus pugnantia genero edens, „ qui in Plinii Caecilii epistolis ubique vulga„ vit *Non. Cal. Sept.* Asulano conveniunt Bru„ ciolus, Dalecampius, Recupitus, Proustius „ Gellii enarrator, Tillemontius, Sarnellus, Se„ thus Calvisius, Joh. Albertus Fabricius. Nea„ politana Plinii Caecilii Epistolarum editio ra„ ro exemplo in idem collineat *Novembris Ka*„ *lendar.* " Haec Cl. Auctor. E quibus vide quam multi conveniant in *Non. Kal.* vel *IX. Kal.* suppresso mensis nomine, quam pauci vero *Septembr.* exhibeant. Itaque vel legendum *Novembris Kal.* quid enim facilius, quam pro *Nov.* inrepserit *Non.* vel potius, si liberum est mensis nomen adponere, hoc mihi erit *Decembris*, non utique *Septembris*.

Decembris, cum autumnus iam inclinaret, exitialem harum Urbium fuisse verosimillimum adparet.

III. E quibus Historicis petenda.

Quanta autem ea clades fuerit, nosmet oculati testes ex earumdem effossionibus contemplamur. Iuvabit tamen & huc veterum loca adferre, ut mutuam ex nostris animadversionibus lucem adcipiant. Quam vellem ex Dionis adcuratissima historia, cuius magna ex parte iacturam fecimus, saltem frustum illud, quo Vesuvinae huius eruptionis descriptio continebatur, ad nos integrum pervenisset. Nam ex tantulo eius compendio, quod nobis Xiphylinus reliquit, potest intelligi primum, quam exacte Vesuvii, quae tum erat facies, ab eo descripta, deinde & inlata per eumdem Campaniae pernicies, quanta subtilitate narrata ab auctore diligentissimo fuerit: quem quidem, utpote in vicino (2) commorantem loca adfecta lustrasse omnia, & in rem praesentem contemplatum necesse est. Nunc Xiphylini breviario, quando aliud non suppetit, contenti simus oportet; praesertim cum adcuratissimas duas C. Plinii epistolas decimam sextam scilicet, & vicesimam *lib. VI* ad Cornelium Tacitum scriptas forte fortuna superstites habeamus, quibus & quae avunculo suo ad rei novitatem, & periculum cum classe Retinam adcurrenti adciderint, & quorum ipse Miseni relictus testis fuit, locupletissime narrat. Si enim cum hisce Plinianis epistolis Xiphylini narratio componatur, plenissimam memorandae illius cladis historiam habebimus, qua duce, omnia, quae in eruendis hisce urbibus phaenomena observare datum est, commode explicare poterimus.

IV. Plutarchi luculentissimum testimonium.

Quid vero, quod non desunt alia auctorum testimonia, quae lucem nobis offundunt? quos inter eminet doctissimus Plutarchus, qui eius calamitatis meminit in *lib. Cur Pythia nunc non reddat oracula carmine*, cuius pulcherrimum locum in antecessum recitare iuvat; paucis enim praecipuas illius eruptionis περιστασεις expedit. Itaque in eo Dialogo inducitur Zous vaticinationibus auctoritatem ex eo concilians, quod, quae recens ex Vesuvina sub Tito exardescentia vastitas Campaniae adciderat, ea Sybillinis carminibus tanto ante fuerit praenuntiata, atque ait: ταυτι τε τα προσφατα, και νεα παθη περι τε Κυμην, και Δικαιαρχειαν ουχ ὑμνουμενα παλαι και ᾳδομενα δια των Σιβυλλειων ὁ χρονος ὥσπερ οφειλων αποδεδωκευε; εκρηξεις πυρος ορειου, και ζεσεις θαλασσιας, και πετρων, και φλεγμονων ὑπο πνευματος αναρριψεις, και φθορας πολεων ἁμα τοσετων και τηλικετων, ὡς μεθ' ἡμερον επελθεσιν αγνοιαν ειναι, και ασαφειαν, ὁπε κατῳκηντο, της χωρας συγκεχυμενης. *Haec vero, quae recens (3) adciderunt circa Cumas, & Dicearchiam clades, nonne iam olim Sybillinis decantata carminibus tempus velut ea debens persolvit? eruptionem, inquam, montani ignis, ebullitiones marinas, saxa & flagrantium massarum tamquam ingentis vi spiritus eiectationes; ad haec tot, tantarumque urbium interitum, ut, qui ea loca interdiu adeunt, ubinam conditae fuerint, decernere nequeant: usque adeo regionis illius confusa est facies* (4). Quae Plutarchi verba Sybillini oraculi (quod utinam integrum recitasset!) sententiam continentia pro vera historia adcipere debemus, tum quia procul dubio post rem gestam carminibus per otium ab impostore aliquo consignata fuerant, tum quia ab adeo emunctae naris Philosopho, cuius aetate excidia illa evenerant, tamquam facta indubia, & nulli non cognita adlegantur.

V. Tria illius cladis phaenomena praecipua.

Habemus igitur tria potissima memorandae illius vastitatis phaenomena simul & caufas, ignis scilicet eruptiones, maritimas ebullitiones, & saxorum, pumicumque (id enim indicare vox φλεγμονων mox aperiemus) eiaculationes, a quibus tot, ac tantae urbes perierunt. His autem praelibatis nunc Plinio, & Xiphylino ducibus ad nostras excavationes adcedamus, ut ex istorum narrationibus, quae deprehendere licuit, explicemus, & illis invicem certior constet fides.

VI. Terraemotus praenuncii.

Principio igitur terrae motus eruptionis illius quasi praenuncios, & comites fuisse ambo narrant. Dion apud Xiphyl.: σεισμοι εξαιφνης σφοδροι εγινοντο, ὡςε και το πεδιον εκεινο παν αναβραττεσθαι, και τα ακρα αναπηδαν, *terrae motus repente ita graves facti, ut omnis ea planities fervore quodam succuteretur, & summa quaeque subsultarent*. Cui respondet Plinius *lib. VI ep. 20 §. 3: praecesserat per multos dies tremor terrae minus formidolosus, quia Campaniae solitus: illa vero nocte* (5) *ita invaluit, ut non moveri omnia, sed everti crederentur; & Ep. 16*, ait: *crebris vastisque tremoribus, & quasi emota*

(2) Idem Dio in Severiana eiusdem montis eruptione: *Per eos dies resplenduit in monte Vesuvio ignis maximus, in eoque tanti mugitus exstiterunt, ut Capuam usque exaudirentur: in qua equidem civitate, quamdiu in Italia commoror, habitare soleo; nam eum potissimum locum mihi delegi.*

(3) Προσφατα πατη, *recentes clades* vocat, quia, si haec Plutarchus sub Traiano scripserit, vix anni XX, vel XXX ab re gesta effluxerunt. Sub Tito enim tricesimum circiter annum ipse egisse videtur.

(4) De eodem, vel de plane gemello oraculo verba facit in *lib. de sera Numinis vindicta pag. 548.*

(5) Pridie iam occoeperat eruptio.

emota ſedibus ſuis nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videantur, eadem ſcilicet nocte, cum eius avunculus Miſeno eſſet profectus; & infra ſequenti mane *multas formidines* paſſos eſſe dicit: *Nam vehicula, quae produci iuſſeramus, quamquam in planiſſimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta in eodem veſtigio quieſcebant*. Terrae motibus igitur iam pridem adeo adflictae fuerant miſerae urbes cum tota vicinia, ut ipſis fere adſueverint; quare *Campaniae ſolitos* adpellat Plinius. Eoque reſpicit etiam Dion, cum ait: *repente ita graves facti*; antea enim, etſi non adeo graves, frequentes tamen fuerant.

VII. Quando terraemotus coeperint.

Occoeperat autem terrae motibus Campania labefactari iam uſque a decimo Neronis anno, h.e. ſedecim ante annos, & menſes IX, cuius rei meminit *Seneca Natural. lib. VI*: *Pompeios celebrem Campaniae urbem deſediſſe terrae motu vexatis; quaecumque adiacebant, regionibus . . . audivimus. Nonis Februarii fuit terrae motus his Regulo & Virginio Coſſ. . . .* (6) *& Herculanenſis oppidi pars ruit, dubieque ſtant etiam, quae relicta ſunt*. Hinc in erutis inſcriptionibus invenimus Pompeiis *Templum Iſidis terrae motu conlapſum a Popidio* fuiſſe reſtitutum, & Herculanei *Baſilicam, Murum, Portas a Nonio Balbo P. S.* facta (7), itemque *templum Matris Deum terrae motu conlapſum a Veſpaſiano reſtitutum*.

VIII. Inventa a nobis eorum indicia.

Non igitur penitus *deſederant* (8), ut Peregrinius, & poſt eum Reimarus putarunt; imo conlapſa aedificia partim actutum incolae reſtituerant, partim adhuc reficiebant, cum a Veſuvio oppreſſi fuerunt. Sic utraque in urbe theatra ſub aſcia eſſe deprehendimus. In Herculanenſi enim cementorum vim, & marmorum fragmenta, & epigraphas in orcheſtram comportatas invenimus, & theatrum ipſum a ſua primaeva forma deſciviſſe cognovimus, ut infra *part. II cap. 3* narrabimus. Pompeiis vero, etſi magnum theatrum, quod ſub dio exſtat, aliena manu iamdiu erutum, & marmoribus, ſignisque expoliatum invenerimus, in porticu tamen ſuperiori lapides, cementa, tegulaſque, imbriceſque inſata, uti etiam in ſubdiali ſepto, quod poſt ſcenam eſt, tegulas adgeſtas cum romanis numeris carbone ſignatis, nec non marmoreae ſtatuae truncum repoſita deprehendimus. In theatro autem tecto, quod ad laevam eſt, quodque intactum adhuc fuerat, magnam cementorum vim, & columnarum fragmina in locum unum prope ſcenam comportata adparuerunt, ut certo indicio fuerit, ea eſſe alicuius aedificii reliquias, quod iamdiu terrae motibus fuerat proſtratum, quodque reparare iam iam moliebantur. Quae omnia procul dubio indigitant, ruinas terrae motu partas, ſed longe ante ultimum illarum urbium fatum. Obſervare tamen licuit alias aedes proſtratas illarum concuſſionum vi, quae Veſuvii eruptionem vel ſtatim praeceſſerunt, vel comitatae ſunt. Rudera enim partim veteri urbis ſolo, partim ipſis pumicibus ſuperiacent (9). Neque dicas adgeſtorum pumicum, vel cineris pondere peſſum iviſſe; ſiquidem, ut erant inclinato tectorum fornice aedes omnes coopertae, huiuſmodi pumices reſidere in tectis non poterant, ſed ponderoſae grandinis modo in declive ferebantur. Id prae ceteris arguiſſe licuit in Iſidis templo. In eius enim poſtico ſcheletrum invenimus ad marmoream, quae inibi erat, menſam, cui erant impoſita gallinae oſſa, ovorum putamina, & lutea vaſa, ut inde certum argumentum capias, hominem iſtum, fortaſſe templi Aedituum, inter edendum camerae ruina terrae motu conlapſae fuiſſe oppreſſum, antequam pumicum imbre urbs foret conſepulta. Nec enim cenſemus, eum hominem tam placide menſae adcubuiſſe, dum ſua urbs illo grandine obrueretur, ut talia portenta negligeret. Non ſecus Herculanei unam atque alteram domum ſolo proſtratam invenimus, dum aliae circum rectae ſtarent: quod apertiſſime indicat, non pumicoſi illius torrentis, qui urbem totam obruit, impetu paucas illas ſparſim fuiſſe peſſumdatas, ſed ſubterraneis concuſſionibus, aliter omnes aeque proſtratae viſerentur. Sed iam ex praeludio ad ipſam tragoediam adcedamus.

Sequitur Xiphylinus: και ανεθορον πρωτον μεν λιθοι ὑπερμεγεθεις, ὥστε και ες αυτα τα ακρα εξικεσθαι, IX. Eruptionis exordium.

(6) Tacitus anno ante conſignat ſub Coſſ. P. Mario Celſo, & L. Aſinio Gallo *Annal. XI §. 22*: *motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompeii magna ex parte proruit*.

(7) Non alia ſane de cauſa, quam quia terrae motibus conlapſa. Nonium enim adhuc in vivis fuiſſe, cum urbs ſepulta fuit, arguimus ex inſcriptione in theatro inventa.

(8) Pincianus in ſuis optimis libris *conſediſſe* reperit: quod praeferendum puto. Nam alterum illud *deſediſſe* notaret, id oppidum hiatu terrae penitus abſorptum, quod falſum eſt; quia illi cladi ſuperfuit, ſtetitque ad Titi tempora. At *conſediſſe* tantumdem eſt, ac concidiſſe.

(9) Certe Miſeni teſte Plinio *ep. 20* illa nocte aedificia corruerant: *iam quaſſatis circumiacentibus tectis, quamquam in aperto loco, anguſto tamen, magnus & certus ruinae metus*.

κεσθαι, επειτα πυρ πολυ, και καπνος απλετος: *exilire primum praegrandes lapides, ut in ipſos montis vertices redirent, deinde immenſa copia ignis, fumique.* Habemus igitur praegrandes lapides, ipſos nempe disiecti montis parietes, qui interno impulſu in aëra ſubſilire, ſed ſuomet pondere in ipſos vertices redibant, Qua data porta ſtatim ignis cum fumo prodire; quae eſt ipſa εκρηξις πυρος ορειυ, *eruptio montani ignis* a Plutarcho commemorata, & a Martiali eruptioni coevo, qui ſatis adpoſite cecinit *lib. I:*

Cuncta iacent flammis & triſti merſa favilla;

& a Statio item *Silv. III:*

Non adeo Veſuvinus apex, & flammea diri
Montis hyems trepidis exhauſit civibus urbes.

X. Quae materies eructata.

Sed cuius naturae erat ignis ille? Falſo quidem putarunt non pauci, eiuſdem fere naturae fuiſſe, ac liqueſcentes ignis torrentes, h. e. materiae plus minus vitreſcentis, quos vulgo *lavas* adpellant noſtrates, quique poſtea frigefacti in duros lapides molares concreſcunt, uti Veſuvio ſollemne eſt; nullum enim huiuſmodi materiae veſtigium in obrutis urbibus adparet. Audiamus igitur Plinium, qui rem acu tetigit. Narrat enim avunculum ſuum, etſi recto curſu Retinam properaſſet, appellere tamen cum triremibus non potuiſſe, quia *iam navibus cinis inciderat, quo propius adcederet, calidior & denſior; iam pumices etiam, nigrique & ambuſti & fracti igne lapides: iam vadum ſubitum, ruinaque montis litora obſtantia.* E quibus verbis manifeſto eruimus igneum illum torrentem, a quo Herculaneum, & adiacens Retina periere, cinere & ignitis lapidibus conſtitiſſe, quorum leviores vento impulſi ſupervolarent, & *navibus inciderent*, maior vero pars ſpiſſitudine ſua gravior, praeceps per declive volveretur ad mare uſque; adeo ut *vadum ſubitum* (10) efformaret, & *litora* navibus *obſtarent ob montis ruinam.*

XI. Noſtrae in eam materiem obſervationes.

Quae quanta cum veritate Plinius dixerit, unicuique rerum naturalium amatori licet nunc deprehendere. Inveſtiganti enim cuique patet, ingentem illam materiae vim, cui ad palmos fere LXXX ſubeſt Herculaneum, aliud non eſſe, quam terrae congeriem modo plus, modo minus tenuem, alicubi etiam arenoſam, nigris, pellucidiſque micis, quod *talcum* vocitant, ſpiſſam: in ea autem intermixta invenies tum calcareorum, tum vulcanicorum lapidum ſchidia, in primis vero alborum pumicum vim figura ferme rotunda, vel certe angulis exeſis. Quae tota materiae compages ita hodie ferruminata eſt, ut verum tophum imitetur ſatis durum, qui ferro incidi oporteat, praeſertim qua parte plus lapillorum, ſive pumicum copiam continet: contra vero, ubi nihil, vel fere nihil pumicum eſt, minime compactum deprehenditur. Huiuſmodi autem materiae adgeſtio ad mare uſque protenditur, ibique ad palmos LXII adſurgit, ut videre eſt in portu Granatelli: longe autem tum in mare procurriſſe exploratum eſt: extenditur vero hinc inde ad milliaria ferme octo, h. e. a villa, quam vocant *Torre dell' Annunciata*, ad uſque Leucopetram, ubi Torellae Principis exſtat domus (11). Neque dubitari poteſt, quin uno eodemque tempore tanta ſoli ſuperficies fuerit contecta. Materies enim uniformis ubique eſt, & paſſim vetera aedificia eidem ſubpoſita inveniuntur; licet non ubique aeque alta ſit, praeſertim ad eius extremitates, quod magis noſtram firmat opinionem. Eidem vero topho alia ſuperiacet ſtratura palmorum fere trium terrae cuiuſdam ſubtilis, & argilloſae, de qua modo verba faciemus. Interim nemo inficias Plinio iverit, *qui cinere, ambuſtis pumicibus, & fractis igne lapidibus ſubitum in mare vadum* efformatum narrat; haec enim ipſa Herculaneum operuiſſe, & in mare procurriſſe deprehendimus.

XII. Ipſa materies dicta eſt ignis.

At eadem procul dubio materies e monte eructata ipſe ignis erat, qui cum a Xiphylino, tum a Plutarcho commemoratur, & qui ſatis apte a Martiale dicta eſt *triſtis favilla*, qua urbes ſunt ſubmerſae; illa enim non ſolum *calida*, ut Plinius in mare expertus eſt, ſed omnino inflammata, & candens e monte effundebatur. Huius rei idoneum ſane teſtem habemus ipſum Plinium, qui paullo infra narrans, quod inſequenti nocte avunculus Stabiis paſſus eſt, ait: *Interim e Veſuvio monte pluribus locis latiſſimae flammae, altaque incendia relucebant., quorum fulgor & claritas tenebris noctis excitabatur.* Quibus verbis, ut Philoſophum decebat, non modo *flammas* & *incendia* e Veſuvio erupiſſe teſtatur, ſed etiam cauſam adſignat, cur inter-

(10) Male quidem Tillemontius in *Titi Vita art. 6.* verba illa *vadum ſubitum* pro liqueſcentis ignis torrente interpretatur; quare opportune Cl. Seraus in *Veſuv. Hiſt. pag.* 48 ſic ſcripſit: *Potius putaverim immenſo cineris, arenae, lapidumque nimbo in eum locum incumbente maritimae orae fundum oppletum adceſſum quadriremi, ſtationemque opportunam negaviſſe.*

(11) A Veſuvio ad litus Herculanenſe ſunt ferme milliaria V; hinc hujuſmodi materies texit minimum XX milliaria quadrata.

interdiu Plinio avunculo ſuo ad Retinam adcedenti ea flamma, quae Herculaneum verſus ſe effuderat, conſpicua non fuerit; quia nempe nonniſi *tenebris noctis fulgor & claritas excitabatur*. Sed huius rei nos quoque teſtes ſumus locupletiſſimi, qui Veſuvii ignes nonniſi noctu rubeſcere cernimus, interdiu e fumi tantum veſtigiis, quo ignitus torrens proceſſerit, dignoſcimus. Idemque experti fuimus in primis anno 1779 cum VI Idus Auguſti Veſuvius noctu incredibili terrore univerſos Campaniae incolas perculit, flammas & incendia in miram altitudinem propellens, artificialis ignis inſtar; eiuſque ignis materies aliud non eſſe deprehendimus, quam inflammatos candenteſque lapides, & ambuſtos nigroſque pumices, qui in altum ſublati, nubiſque inſtar vento rapti ſeptentrionem verſus ſeſe effuderunt in Octaviani agros, & in Apuliam uſque devenerunt. Qua materie iterum inſequenti die ſeſe exoneravit; ſed eam eruptionem vix aut ne vix quidem noſtri homines in urbe Neapoli obſervarunt: non aliud enim, quam ingens fumi nubes tum nobis adparuit.

XIII. Eius inflammationis indicia.

Sed quando nec Plinium teſtem haberemus, nec longa nos experientia doctiores reddidiſſet, ipſamet effoſſionum Herculanenſium inſpectio ſatis nos de illius materiae inflammatione certos faceret. Inveniuntur enim paſſim in ea ligna exuſta, & in veriſſimorum carbonum naturam commutata, eodemque modo combuſta quotquot combuſtibilem habet naturam, cuius inſtar ſunt Herculanenſes Papiri (12). Metalla vero, & vitra minime quidem fuſa Herculanei invenimus, ſed tantum Pompeiis, cum alicubi duro lapidi adhaerent: id quod argumento eſt, non eam caloris vim a cinere, & ſpongioſis pumicibus in aperto aëre decurrentibus ſervari potuiſſe, quae a lapidibus igne fuſis contineretur, ac ſervaretur. Satis igitur & ex veterum teſtimonio, & ex recentibus inſpectionibus exploratum habemus, quo igne, quave materie adgeſta Herculaneum peſſum iverit: non quidem liquido ignis torrente, de quo aequalium nemo verba fecit (13), nec ullum invenimus veſtigium, ſed inflammato cinere, pumicibuſque.

XIV. Quomodo ea fuerit exploſa.

Unum fortaſſe cognoſcere quaerent naturalium rerum indagatores, quo nempe pacto tantum materiae in ſubpoſitam plagam inciderit, per aëra ne ventorum ope delatum, an per montis declive decurrens? Hoc alterum profecto adſtruimus; id enim produnt lapilli, qui pene ſphoerici in Herculanenſi topho inveniuntur; nonniſi enim attritu, & rotatione irregularis pumicum iſtorum figura, qualis alibi paſſim cernitur, in ſphoeroidicam mutari poterat, unde ipſius tophi coagmentatio. Norunt enim vel tyrones in phyſicis, huiuſmodi lapillos anguloſos in ſolidam maſſam coagmentari non poſſe, niſi attritu & anguli conterantur, & minutioribus fragmentis interſtitia oppleantur. Tum enim vero longo temporis tractu, aquis permeantibus, & ferri particulas, quibus ipſi pumices ſcatent, ſenſim diſſolventibus (id quod luteus tophi color ſatis indicat), tota maſſa plus minus ferruminatur, & in tophum concreſcit. Id autem liquido dignoſci poteſt ex ipſiſmet pumicibus, quos in eodem tractu eo minus conglutinatos obſervabis, quo ſuperius adſcendes, & ſub ipſum montem penitus diſſolutos; non alia ſane de cauſa, quam quia rotari, & frangi minus potuere. Sic etiam in toto illo tractu, qui a Pompeiis per Nuceriam, & Stabias ad uſque contra poſitos Apenninos, quo grandinis inſtar lapilli ciciderunt, horum vim invenies nuſquam coagmantatam, niſi ubi in praeceps devolvi, & atteri datum eſt (14).

XV. Nec aquis, nec vento fuit delata.

At quo pacto inquies huiuſmodi farrago e monte exploſa minime liqueſcens tanta celeritate, & tam longe per ſolum non admodum declive procurrere potuit? Id enim vero difficultatis caput videtur. Cave enim credas, quod aliquot ſibi perſuaſerunt, huiuſmodi materiem aquarum vi illuc devectam fuiſſe. Si enim aquis immixta defluxiſſet, nec eum caloris gradum ſervaſſet, quo ligna comburerentur, nec, quod caput eſt, omnia ex aequo obtexiſſet; ſed ex liquidorum lege ima petiiſſet; non ſecus ac eveniſſe didicimus anno 1631, cum valles omnes, & profunda quaeque vulcanicis eiectamentis aquarum impe-

(12) Inventa ſunt etiam alicubi ligna vix aut ne vix quidem uſtulata, ſed quae aedium ruderibus obruerentur.

(13) Etſi veteribus non eſſent ignoti liqueſcentis ignis fontes ab Aetna eructati, quos idoneis verbis expreſſerunt tam Graeci, quam Latini, ut Strabo *lib.VI*, & Virg. *Georg.IV*: *Vidimus undantem ruptis fornacibus Aethnam, Flammarum globos, liquefactaque volvere ſaxa*.

(14) Id obſervandum Stabiis, & proprie, qua ad Puteanum Templum aſcenditur, ubi in magno calcarei montis hiatu tophum concretum Herculanenſi ſimilem vides; qui tophus nonniſi a ſuperpoſitis pumicibus, qui aquarum impetu in praeceps delati, attritique fuerunt, coaluit. Contra vero poſt Pompeios Stabias verſus cernere eſt lapillos Sarni aquis perpetuo humeſcentes colorem quidem nativum in croceum, & ſubnigrum mutaſſe, ſed adhuc diſſolutos perſtare.

impetu propulsis oppleta, & complanata fuerunt. Nec temere tibi persuadeas e summo crateris hiatu materiem sic in altum fuisse propulsam, ut nostris oculis anno 1779 conspeximus. Eo sane pacto ventorum vi delata, parabolam describens, grandinis instar, in subiectas terras, exhausta omni vi primitus impressa, suomet pondere recidisset, uti Pompeiis paullo post decidit; sed quin huic hypothesi adquiescamus, obstant, quae observavimus. Nec ventus enim, qui tum spirabat meridionalis, ut ex secunda Plinii navigatione discimus, in Herculanei plagam lapillos detulisset, nec in tophum ipsi unquam coaluissent, ut modo diximus, sed omnino dissoluti, quales Pompeiis inveniuntur, mansissent.

XVI. Quo pacto infra descenderit. Restat igitur, ut rem sic evenisse concipiamus. Principio cum interno impetu ingens materiae vis e montis imo in altum propelleretur, obstructo adhuc hiatu, superimposita humus obsistere: hinc telluris tremor, concussiones, boatus. Mox tamen cum maiore nisu sibi viam aperuisset, & obstantem materiem extulisset, illa ingenti, qua erat, mole nec in multam altitudinem levari, nec ventis se credere potuit, sed recidere statim in ipsam voraginem, & exeunti obsistere; adeo ut e duplici hac vi, altera scilicet sursum materiem propellente, altera deorsum ferente fieret, ut collisione ista materies obliquo motu eiaculata, umbellae instar, expanderetur in montis girum, non secus ac aqua, cum e syphunculo exiliens in obicem incurrit. Verum cum in illo tantum montis latere, qua mare spectat, re vera expansa inveniatur, dicamus oportet, montis orificium vel non aeque complanatum ante eruptionem fuisse, & coni instar oblique truncati, meridiem versus inclinasse, vel potius hanc figuram primo impetu coepisse, cum disiecta orificii superficies fuit. Si enim ita concipias hiatum mare versus inclinatum, facili negotio adstrues, cur materiae inter se collidentis expansio tantummodo Herculaneum versus perficeretur, & quo pacto omnia subposita ex aequo operiret.

XVII. Disrupta tum montis latera. Sed & alia procul dubio fuit via, qua *exusta viscera*, ut Marcellini verbis utar, mons *evomuit* tam continenti impetu, ut ad inferam plagam brevissimo temporis spatio pervenerint; e disrupto scilicet eo ipso occidentali latere, quod fortasse debilius erat. Id solemne esse ignivomo huic monti, & maiores tradiderunt, & nos ipsi pluries testes fuimus, & ratio ipsa suadet; ita ut mirum fuerit, si in maxima omnium eruptione, cum incredibilem materiae vim congestam visceribus premeret, ex uno verticali meatu, & quidem obstructo, omnem eructasset, quin elastica conclusi ignis vi totus disiiceretur.

XVIII. Ante Titum rimae in monte exstabant. Quid vero quod veteres coaevi id apertissime testantur? Principio enim iam ante Titi tempora cavernosos meatus Vesuvium ad radices habuisse praeter summi crateris hiatum, discimus cum e Strabone, tum a Lucio Floro. Ille enim *lib. V pag. 247* cavernarum meminit: Ουεσουιος εκ δε της οψεως τεφρωδης, και κοιλαδας φαινει συριγγωδεις πετρων αιθαλωδων κατα την χροαν, ως αν εκβεβρωμενων υπο πυρος: *Vesuvius & adspectu cinereus est, & cavitates in fistularum morem ostendit, lapidibus colore fuliginosis, tamquam igne exesis.* Illae igitur fistulosae cavitates, per quas procul dubio olim eructaverat ignem, sic patebant adhuc, ut Geographus inde vulcanicae montis naturae indicium sumeret. Florus vero *lib. III Rer. Rom.* cavernas illas ad eius radices fuisse positas narrat, & in interna montis permeasse, ita ut Spartacus cum suis, *quum ibi obsiderentur a Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitigineis delapsi vinculis ad imas eius radices, & exitu invio, nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuerint.* Si igitur huiusmodi spiraculis patentibus iam antea mons praeditus erat, admodum verisimile est, in tanta inflammatione vel ex iisdem meatibus, vel ex novis rimis fatiscentem montem flammas eructasse.

XIX. Plinius, & Silius aperte testantur. Et re quidem vera non ex uno vertice flammas illum evomuisse Plinius narrat, sed e pluribus locis, cum ait: *interim e monte Vesuvio pluribus locis latissimae flammae, altaque incendia relucebant*; ita ut eius avunculus trepido Pomponiano *in remedium formidinis dictitaret, agrestium trepidatione igni relictas, desertasque terras ardere.* Observa autem verborum Plinii proprietatem: alias enim adpellat *flammas latissimas*, quae scilicet e radicibus erumpentes in subiectum solum late procurrebant, alia vero dicit *alta incendia*, quae scilicet in sublime ex alto vertice sustollebantur. Nec aliud profecto innuerat in recitatis superius verbis, cum ait: *ruina montis litora obstetisse*. Non enim ruinam montem passum esse diceret, nisi fractus disiectusque in costis mox adparuisset. Sed quo in loco huiusmodi ruina fuerit, tene ex Silio Italico, qui quasi Plinii verba commentans cecinit *lib. 22:*

Monstrantur Veseva iuga, atque in vertice summo
Depasti flammis scopuli, fractusque ruina
Mons circum . . .

Vbi

Vbi non poterat ſane adcuratius diſtinguere, quae ſua aetate monſtrabantur Veſuvinae cladis monumenta, hoc eſt *ſummum verticem*, unde emiſſi fuerant *depaſti flammis ſcopuli*, & montem ipſum *fractum ruina circum* latera. Eodemque prorſus ſenſu cecinit Claudianus *de raptu Proſerp. lib. III: fractum iugi compage Veſevum.* Cum igitur crateris os ſatis anguſtum explodendae tantae materiae eſſet, cumque maxima etiam foret telluris quantitas, quae infra vel ex internis parietibus avulſa praecipitaret, vel in altum propulſa recideret, & exeuntem moraretur, neceſſe fuit, ut qua data porta, per disiecti lateris rimas, veluti per ſyphones oblique erumperet, & in ſubiectam oram panderetur. Quod inflammatae telluris pondus, cum in miſeros uno impetu incumberet, montem in ſe *ruere* putabant; hinc *montis ruinam* Plinius, & Silius dixerunt, & aptius noſter Statius *fumantem ruinam Sylv. II, Carm. 6:*

. . . ſi vel fumante ruina
Ructaſſent dites Veſuina incendia Locros.
Ad Papyr. Vol. Diſſert.

XX. Caſſiodorus ſimilem eruptionem deſcribit.

Quod vero cinis, & diſſoluti pumices e Veſuvii latere exploſi tantum ſpatium torrentis inſtar percurrere quiverint; audi, quae Caſſiodorus *Variar. lib. IV ep. 50* refert de alia eruptione, quae Theodorici aevo adcidit, ubi Regis ipſius reſcriptum recitat de tributorum remiſſione ad Campanos, in quo inter alia haec habet: *Volat per mare magnum cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis transmarinas quoque provincias pulvereis guttis complevit. Et quid Campania pati poſſit agnoſcitur, quando malum eius in Orbis alia parte ſentitur. Videas illic quosdam quaſi fluvios ire pulvereos, & arenam ſterilem impetu fervente, velut liquida fluenta decurrere* (15). Non ſane ovum ovo ſimilius, quam iſta eruptio Titianae illi, de qua loquimur. Vides enim quo pacto eodem ſimul tempore cineris pars vento delata in longinquas uſque oras perveniebat, dum maior pars tanto impetu per declive ferebatur, ut *liquida* imitaretur *fluenta*.

XXI. Eius celeritatis indicia.

Et ſane non alio pacto explicaveris incredibilem celeritatem, qua materies illa

T mi-

(15) Valde me piget erudititiſſimum, atque in Phyſicis ſummum virum Franciſcum Seraum huiuſmodi Caſſiodori verba pro liquido ignis torrente interpretatum fuiſſe, contra quam Tillemontius, Macrinus, aliique, quos immerito caſtigat in *Veſuv. Hiſtor. cap. II*; &, quod peius, ipſam celeberrimam anni 1631 eruptionem eiuſdem liqueſcentis naturae duxiſſe; cum exploratiſſimum ſit, totam ex diſſoluta arena & glarea, quam hodie adpellant *terra di fuoco*, conſtitiſſe eam maſſam, quam aquae infra deportarunt. Hinc *cap. III* ſic ſcribit: *plures vel errore, vel perverſo loquendi uſu non ſatis huius materiae indolem cognoviſſe videntur, cum alteri pulverem, alteri cinerem, alteri glaream adpellarint; ut de Caſſiodoro, de Carafa, de Borellio, aliiſque dici poteſt.* Sed iſtos perquam proprie loquutos fuiſſe, res ipſa docet; nec ſane aliter fieri poterat, cum de re, quam non praetereuntes adſpexere, ſed quam ſub oculis habebant, & mature conſiderabant, ſcriberent. Idque adeo verum eſt, ut hinc Carolus Rueus, quem Seraus iure reprehendit, male interpretatus ſit Poëtae verba *liquefacta ſaxa, Georg. I. v.413*, ubi ſic adnotat: *ſaxa exeſa, & igne comminuta, ſeu pumices aridos, ac ſpongioſos, vel cineres.* Ex obſervatione enim eius, quod anno 1631 adciderat, falſam Rueus imbiberat opinionem, unius naturae ſemper Veſuvinas eiectationes fuiſſe, atque adeo Aetnaeas. Uſque enim homines ſecundum ea, quae oculis uſurpant, alienas narrationes expendere ſolent. Hinc etiam Maſculus Ieſuita *de incend. Veſ. an.1631 lib. 3* oſtendere conatur, eam diſſoluti cineris maſſam profluere per ſe potuiſſe ſine aquarum impulſu, idque perverſa interpretatione veterum, qui Aetnaeum ignem aquae inſtar profluere ſcripſerunt, quare ait: *Iam illud de fluxu flammarum* (Aetnae) *eſt diligentius advertendum; quippe nonnulli putant profluentem illum ignem, ac cinereum nuper e Veſuvii cratere profuſum curſum habere non potuiſſe ſine aquis immixtis; cum contra quidam ex iis, qui adfuerunt incendio viri non vulgari doctrina, negent primo torrentem illum igniti cineris promixtum aquis; licet negandum non ſit, montem ſub idem fere tempus aquas, imo marinos fluctus dediſſe.* Tanta eſt praeiudiciorum vis, adverſus quam ne doctiſſimi quidem viri ſatis tutari ſe queunt. Non erat igitur, cur tantopere miraretur idem Seraus de Thoma Cornelio Conſentino, quod in ſuo *de Senſibus Progymnaſmate* (eius ſunt verba ibidem) *poſtquam de Aetna, deque inſulis Vulcaniis, ac de ignitis ſaxorum fluviis inde manantibus verba feciſſet, miranti ſimilis Veſuvianam hanc ipſam incendii naturam ſuſcipit, velut ab ſe primum cognitam atque aſſertam. Ita enim inquit: „Quid quod „ipſe quoque Veſuvius eiuſmodi materiam (quod a „nemine ante nos fuerat animadverſum) ſemel ac „iterum large copioſeque eiectavit? Quo haec con„tigerit aevo latet penitus in obſcuro."* Ut enim *ſuperiorum aetatum homines nil tale unquam nec accepiſſent ipſi, nec aliis tradidiſſent; certe quidem quicumque memorabilis conflagrationis Veſuvianae anni 1631 commentaria reliquerunt, quae ſcilicet calamitas Cornelii memoriam multum praeceſſerat*, (fortaſſe dicere voluit *non multum*: vix enim ante annos duos ſupra quinquaginta, antequam Cornelius iſta ſcriberet, eodem teſte, illa evenerat) *ii aperte de immenſa quadam ignitae materiae colluvie meminerunt*. Immerito enim Cornelium minime ſpernendum Philoſophum obiurgat, quaſi quae paullo ante adciderant omnibus teſtatiſſima, ignoraſſet; cum contra ex illius verbis id inferre debuerat, minime illa aetate ſaxorum liqueſcentium torrentes profluxiſſe, adeoque recte loquutos fuiſſe, qui *pulverem, cinerem, glaream* decurriſſe ſcripſerunt. Namque adeo conſtans & vulgaris erat Cornelii aetate huiuſmodi notitia, ut errandi anſam etiam doctioribus praebuerit, atque opinandi numquam e Veſuvio, in Aetnae morem, ignitos liquenteſque torrentes prodiiſſe, veterum loca in eam ſententiam detorquendo; quare veriſſime ait: *a nemine* ſuae quidem aetatis, *ante ſe fuiſſe animadverſa certiſſima eius rei monumenta, lapidicinas ſcilicet molaris ſilicis per circumiectam radicibus montis planitiem continenter extentas.*

minime liquescens tantum spatium ad mare usque percurrerit. Siquidem Plinius avunculus vix circa horam diei septimam certior eruptionis factus fumi indicio fuit, & mox ante horam duodecimam (dies enim adhuc erat), cum Retinam adpropinquasset, vastitatem invenit. Conveniunt igitur belle omnia, & sua veteribus constat fides. Et quidem inspiciendo, nunc optime dignoscimus, quo impetu, quave celeritate pumicanus ille, cinereusque torrens proflueret. Aedificia enim diruere non valuit, utpote quae stantia fere omnia invenimus; sed signa, aliasque res magis mobiles suo ictu deiecit.

XXII. Pumicum, & cineris imber ex Dione. Inspecto hoc altero teterrimae tragoediae actu, ad tertium adcedamus, cum ingenti pumicum grandine, cinerisque imbre reliquum laetissimae orae vastatum fuit. Id Dion narrat his verbis: ταυτα τε ἅμα εγιγνετο, και τεφρα αμυθητος εφυσηθη, και την τε γην, την τε θαλασσαν, και τον αερα παντα κατεσχε . . . και προσετι και πολεις δυο ολας, το τε Ηρκυλανεον, και τας Πομπηιυς . . κατεχωσε. *Interea dum haec fiebant, simul ineffabilis copia cineris sursum exsufflata est, quae terram, & mare, & aërem omnem occupavit . . . duasque integras urbes Herculaneum, & Pompeios . . . obruit.* Qua in narratione duo peccavit Dion, vel certe eius breviator Xiphylinus, primum quod unius cineris, pumicibus silentio praetermissis, meminerit; quod non alia de causa factum remur, nisi quia post eruptionem in tota illa plaga nusquam pumices infra positi, sed superficies tota cinerea adparuit, ut modo enarrabimus: alterum quod Herculanei, & Pompeiorum excidium, uni eidemque causae adscribat; sed id fortasse brevitatis studio breviator. Laudandus contra, quod verbo εφυσεθη, sive (ut alii legunt melius) ανεφυσηθη claram rei imaginem suppeditavit, cinerem in altum *exsufflatum* exhibens.

XXIII. Ex Plutarcho. Melius tamen, etsi brevius, pseudo-sybillinum oraculum, quod cum primo designasset εκρήξεις πυρος, h. e. *effusiones ignis*, post recenset πετρων και φλεγμονων ὑπο πνευματος αναρριψεις, h.e. *eiaculationes sursum versum ope interni spiritus factas tum saxorum, tum materiei igne concoctae*. Namque id valere vox φλεγμονων, qua doctissima post eventum Sibylla adposite usa est, eruditi non abnuent. Φλεγμονη enim apud Graecos proprie est tumor cum inflammatione, ubi materies calore concoquitur, & deinde per suppurationem foras emittitur: ita in Cyrilli glossis explicatur *suppuratio*. Quae vox quam bene quadret Vesuvio suppuratas igne massas evomenti, nemo non videt; igniti enim Vesuvii torrentes nihil magis, quam *pus* ex longo collectum referunt. Hac igitur una aptissima voce explicavit Sibylla non modo pumices, sed etiam cinerem, qui ipsius naturae erat, imo ipsissima minutiora pumicum fragmenta.

Hunc ipsum lapillorum imbrem respexit etiam Statius, cum dixit *flammeam montis hyemem, Sylv.III, Carm.5*; & ab eo Flaccus Valerius *lib. IV*: XXIV. E Statio.

. . . tonuit cum forte Vesevi
Italiae lethalis apex, vix dum ignea montem
Torsit hyems; iamque Eoas cinis induit urbes.

Et εμφατικωτερως idem Statius *Silv.V Carm.3* montem ipsum in aëra sublatum in subiectas urbes decidisse cecinit:

Cum pater exemtum terris ad sidera montem
Sustulit, & late miseras deiecit in urbes.

Sed prae omnibus Plinius hanc alteram eruptionis partem graphice nimis describit. XXV. Ex Plinio. Subsequenti enim nocte, ut ipse narrat, cum eius avunculus Stabiis esset, etsi latissimas Vesuvii flammas, altaque incendia conspexisset, securus tamen se quieti dedit, verissimoque somno quievit. *Sed area,* (subdit) *ex qua diaeta adibatur, ita iam cinere, mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit . . . in commune consultant . . . sub dio rursus, quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur. Cervicalia capitibus imposita linteis constringunt: id munimentum adversus decidentia fuit. Tum dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque.* Ecce tibi cineris, & pumicum imber, sed qui nonnisi subsequenti nocte post montis ruinam, qua Herculaneum fuerat consepultum, decidit. Sed age inspiciamus loci faciem, & an Plinius vera narraverit, cognoscamus.

Huiusmodi pumicum vi constratas invenimus non Pompeios modo, & Stabias, sed illinc quantum soli clauditur circumpositis Vesuvio montibus Apenninis orientem versus, imo montes ipsos ab eo, qui dicitur *del Cardinale*, usque ad Surrentum; hinc vero usque ad pagum Turris Annunciatae. XXVI. Quae pumicani imbris monumenta habemus. Eius straturae altitudo Pompeiis ad novem circiter pedes excrescit, Stabiis ad sex, & sic pro distantiis decrescit. Praeterea certe est, pumices hosce maiori mole ad Vesuvii radices esse, quam in remotioribus plagis, ut argumento nobis esse debeat, non alio, quam venti impetu in tam dissita loca fuisse propulsa. Et quidem Eurus, vel

vel Auster, qui *secundissimus* Plinio avunculo flaverat, & Stabias adpellere siverat, pumicum nebulam boream versus impellere debuit; sed sub noctem, cum Eurus cecidisset, & ex opposito Corus flare coepisset, pumices Stabias versus propulit. Hi autem pumices Pompeiis fere unciam cubam non excedunt, sed sunt etiam multo grandiores, & qui duos, ac tres palmos cubos adaequant, ut colligere liceat reliquos casu ipso fractos fuisse: quo pacto nosmet conspeximus evenisse an. 1779 in Octaviani pago. Ut ut est, eorum casus nec aedificiis noxius, nec hominibus lethalis fuit; siquidem aedificia stantia ut plurimum inveniuntur, nisi quae terrae motibus deiecta fuere; & cadaverum sceletos non infra, sed supra pumicum solum Pompeiis positos deprehendimus. Licuit enim miseris incolis tegumenti alicuius ope, ut Stabiis Plinius *cervicalibus capiti impositis*, ab eorum ictu se defendere. Id quod etiam certo indicio nobis est, illos etsi candentes e Vesuvii cratere prodierint, tamen pro eorum levitate cum diu in aëre pendula fuerint, frigidos, vel certe levi calore praeditos decidisse; secus exitiales hominibus fuissent, & ligna, aliasque incensibiles materias exarsissent, quod nusquam factum adparet; nisi cum illa adhaereant saxis aliquot densioribus, quae passim intermixta iacent. Tunc enim ligna in carbones redacta (16) inveniuntur; imo etiam vitrea vasa prope posita compressa, & difformata alicubi reperta sunt: quod nos docet, huiusmodi saxa tanto calore percita decidisse, ut non solum ligna incenderint, sed etiam vitra liquefecerint, & mollem in massam redegerint. Nec secus evenire poterat, quippe saxa illa magis compacta & ponderosa maiorem caloris vim concipere, & citius in terram deferri debuerunt. Iam vero haec omnia, ni fallor, magnam Plinio lucem offundunt, eiusque dictorum veritatem mirifice firmant. Vicissim vero ab eo discimus, horum pumicum pruinam multa nocte occoepisse, & nonnisi mane facto cessasse, cum eam excepit longe funestior cineris, & aquae imber.

XXVII. Cinis aquis mixtus statim post pumices decidit.

Et quidem cineream pluviam diserte commemorantem vidimus Xiphylinum: nunc Plinium audiamus *Ep. XX Lib. eiusdem*. Cum enim in decimasexta narrasset, avunculum intercluso spiritu in Stabiano litore periisse post pumicum casum, finem scribendi fecit; sed in hac altera edisserens, quae ipse Miseni relictus cum Matre passus esset, tristi huic historiae mirifice consuluit. Refert igitur, tota illa nocte, & primo mane terrae motibus urbem fuisse quassatam, tum demum se urbe egressum cum matre, mox sequitur: *Egressi tecta consistimus. Multa ibi miranda, multas formidines patimur. Nam vehicula, quae produci iusseramus, quamquam in planissimo campo in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem vestigio quiescebant. Praeterea mare in se resorberi, & tremore terrae quasi repelli videbatur: certe processerat litus, multaque animalia maris in siccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra & horrenda ignei spiritus, tortis vibratisque discursibus rupta, in longas flammarum figuras dehiscebat: fulgoribus illae & similes, & maiores erant ... nec multo post illa nubes descendere in terras, operire maria. Cinxerat Capreas, & absconderat: Miseni, quod procurrit, abstulerat ... Iam cinis, adhuc tamen rarus: respicio; densa caligo terris imminebat, quae nos torrentis modo infusa terrae sequebatur ... vix consederamus, & nox non quasi illunis aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto . . . paullum reluxit: quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur: & ignis quidem longius substitit, tenebrae rursus; cinis rursus multus & gravis: hunc identidem adsurgentes excutiebamus; operti alioqui, atque obsiti pondere essemus.* Haec sane fidelissime, & adcuratissime Plinius, testantibus excavationum monumentis. Principio enim nullum notabile temporis intervallum inter pumicum casum, & cineream pluviam intercessisse cognovimus certissimis indiciis; nec enim alicubi submotos pumices invenimus, praesertim e domuum portis. Quin in cryptoporticu, quae est in domo pseudurbana, octodecim hominum sceleti reperti sunt, & duo puerorum, qui procul dubio illuc e pumicum grandine confugerant, quique profecto inde abscessissent, si ulla quies data fuisset. Vel igitur nullum temporis intervallum inter utramque pluviam intercessit, vel certe vehementioribus terrae concussionibus, quas Plinius commemorat, infestum fuit. Et quidem plures aedificiorum parietes supra pumices prostratos inve-

(16) Carbones, qui Pompeiis effodiuntur fragiles admodum & cinerei sunt, contra quam Herculanei. Ratio manifesta est, quippe Pompeiis pumicum massa nec ita calens decidit, nec ita compacta mansit, ut aëri impermeabilis foret, quo veros carbones efficeret, sicuti Herculanei adcidit.

venies, quorum caſum non aliunde, quam e terraemotibus repetendum. Praeterea cum ſuper pumicanum ſolum hominum cadavera paſſim iaceant, ut ſupra monuimus, prope ipſa lanternas alicubi invenimus: quod quidem non tantum indicat noctu fuiſſe deprehenſos, ſed potius denſiſſima nube ſolis radios penitus fuiſſe interceptos, cum nonniſi mane facto ad eam altitudinem pumices increverint, ut narrat Plinius, cui concinit Xiphylinus *loc. cit.*: ἐπειτα πυρ πολυ και καπνος απλετος, ὥστε παντα μεν τον αερα συσκιασθηναι, παντα δε τον ἥλιον συγκρυφθηναι, καθαπερ εκλελοιποτα. νυξ τε ουν εξ ἡμερας, και σκοτος εκ φωτος γενετο; *deinde magna copia ignis fumique, ita ut omnem aërem obſcuraret, occultaretque ſolem non aliter, ac ſi defeciſſet. Igitur ex die nox, & tenebrae ex luce factae erant*. En igitur cur lanternis muniti procedebant infelices illi.

XXVIII. Quid homines exanimaverit.

Sed quae eorum mortis cauſa, ſiquidem a pumicum caſu illaeſi abiverant? Inveniuntur ſane cineris altitudine contecti, ſed nemo ſanus credet cineris, & aquae pruinam, quae quinos non excederet palmos, homines obruiſſe, vel praeſocaſſe. Alia igitur eorum mortis cauſa, quam probe a veteribus diſcimus. Quare redeamus ad Plinii *ep. XVI*, ubi ſui avunculi mortem ſic exſequitur: *Ibi* (in maris litore) *ſuper abiectum linteum recubans, ſemel atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque: deinde flammae, flammarumque praenuntius odor ſulfuris alios in fugam vertunt: excitant illum. Innixus ſervis duobus adſurrexit, & ſtatim concidit, ut ego coniecto, craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho*. Viciſſim Xiphylinus cineri tribuit animalium, hominumque mortem, non quidem cinere oppreſſorum (inter animalia enim enumerat etiam aves, & piſces), ſed peſtilenti eius vi peremptorum; ait enim: και ανθρωποις, και χωραις, και βοσκημασιν ελυμηνατο, τους δε ἰχθυας, τα τε ορνεα παντα διεφθειρε, και προσετι πολεις δυο ὅλας . . . κατεχωσε: *& hominibus, & agris, & pecoribus exitium adtulit: piſces* (17), *& aves omnes peremit, & inſuper duas integras urbes obruit;* ubi *obrutas urbes*, non homines adverte. Et paullo infra etiam inde peſtem Romae obortam dicit. Vtcumque tamen ſit, id utique verum erit, homines, inter quos Plinius, non cineris pondere obrutos, ſed *vel obſtructo craſſiore caligine ſpiritu*, vel illo igne, qui fulminis inſtar per aëra debacchabatur, percuſſos (18), vel, quod fortaſſe verius, venefico halitu, ſive mephitico enectos (19), qui

(17) Fortaſſe piſces in ſicco poſitos putarunt cinere confectos, ſed falſo.

(18) Noſtra quidem non intereſt ediſſerere, quomodo in huiuſmodi eruptionibus, cum materia illa in aëra ſublevetur, crebri ignes fulgurum inſtar coruſcare videantur; ſed res exploratiſſima eſt, totaque noſtra civitas hoc phaenomeno exhorruit nocte illa anni 1779. Dum enim flammae cum ingenti fumo mixtae in immenſam altitudinem levarentur, tota montis ſuperficies crebris ignibus ſagittarum inſtar continenter coruſcabat. Iterumque hoc teterrimo ſpectaculo per biduum fere anno 1794 coſternati fuimus.

(19) De *Mephiti* eiuſque effectibus conſule Cl. Franciſcum Seraum, qui pro ſua in Phyſicis excellentia, hanc tractationem inſtituit *Cap. VI* elegantiſſimae, atque adcuratiſſimae *Hiſtoriae Veſuviani Incendii anni* 1737; ubi ſic eam deſcribit. *Mephitim dicimus exſpirationem quamdam, quae non putore, non calore, non frigore, nulla denique alia earum, quae ſub ſenſum, adſpectumque cadunt, qualitate; ſed vi alia prorſus occulta, cauſſaque obſtruſiore illico animalibus iuxta, & flammae noxia, atque exitialis exſiſtit*. Docet praeterea *peſtilentes has exhalationes circa Veſuvium ſaepe compertas eſſe; quarum aliae perpetuae ſunt, eumdemque vel efficaciae gradum, vel finium modum ſervant; aliae per occaſionem e terra erumpunt, & aliquanto poſt tempore evaneſcunt*. Huius alterius generis docet fuiſſe mephitim illam, quae poſt conflagrationem anni 1737 in agris circa Veſuvium ſe exſeruit, eiuſque effectus graphice deſcribit. Denique ſapientiſſime concludit: *hoc genere, atque hac indole mephites (ut ut ſcriptoribus noſtris indictas) non novas eſſe, neque peculiares incendii huius ac proprias, praeter rationem ipſam, qua, id ut credamus, adducimur, luculentiſſima etiam argumenta tenemus traditionis, quae apud Veſuviani agri incolas vulgata eſt, & viget: quos inter nonnulli hodieque ſunt ſenes, quorum memoria ſemel atque iterum id ipſum, ſecundum magnas montis conflagrationes, uſuveniſſe animadverſum eſt*. Et re quidem vera etiam in ſubſequutis inflammationibus idem phaenomenon animadvertimus: praecipue vero in nuperrima anni 1794, cum dira mephitis virulentia animantibus aeque, ac plantis exitialis late per Veſuvinum agrum debacchata eſt. Id autem, quod non mihi modo, ſed & peritioribus Phyſicae rei indagatoribus obſervare tum licuit, heic ſubnectere non piget. Principio huius mephitis effectus ipſiſſimos fuiſſe, ac illos, quos luculentiſſime Seraus deſcripſit, invenimus. Sed, ſi verum eſt, quod ipſe *ibid. pag.* 137 ait, nempe *illam exhalaſſe in ea generatim regione, quae torrentium incendio anni* 1631 *reliquias non parvas hodieque ſervat*, quibus verbis innuere videtur illas praecipue reliquias mephitico halitu infectas fuiſſe; nos certe contra animadvertimus illam glaream eo anno 1631 eructatam in noviſſimo, de quo loquimur, incendio, omni lue mephitica ſtetiſſe immunem. Vel igitur alio prorſus pacto res evenit, vel potius falſus eſt Vir magnus, cum putaſſet (ut ſupra notavimus) infamis anni illius eiectationes in lapideas maſſas concreviſſe. Enimvero non alibi mephitica vis nuper ſe prodidit, quam ubi ſaxeus torrens eſſet ſubſtratus. Namque ex hiſce torrentibus, non modo ubi vel in cryptas eſſent excavati, vel in puteos pertuſi, ut idem Seraus animadvertit, ſed per totam ſuperficiem, & praecipue in extremitatibus, quaſi per totidem linguas huiuſmodi virus erumpens ſerpſit. Et, quod magis animadverſione dignum videtur, non ex omnibus aeque ſaxeis torrentibus venefica vis illa erupit, ſed ex antiquioribus tantummodo, immo & pro maiori an-

qui facile pro vehementi ſulphuris odore ab inexpertis, & vulgaribus hominibus ſumtus fuit. Novimus enim in magnis Veſuvinis eruptionibus huiuſmodi ſpiritum non ſine hominum, & animalium pernicie exſeri. Et quidem Miſeni nullum periiſſe legimus, etſi cinis *multus & gravis* ceciderit; quippe nec mephitis, nec nubes illa igne gravida eodem adventavit.

XXIX. *Cinerem aqua mixtum decidiſſe compertum habemus.*

Sed age ipſum cinereum ſolum, quale hodie exſtat, conſideremus. Eius altitudo Pompeiis quinque palmos non excedit, nec ultra Pompeiorum fines protenditur, Orientem verſus ſenſim decreſcens; ad Occidentem vero uſque Herculaneum procedit; at in longum a Veſuvii radicibus, ad uſque oppoſitos Stabiarum, Surrentique montes comparet. Totum vero conſtat admodum ſubtili terra in argillae morem compacta, & conglomerata in parvos nucleos, ſphoerae inſtar, qui ſemiunciae diametrum ut plurimum non excedunt. Praeterea ſolum iſtud terreum non modo pumicibus ſuperſtat, ſed etiam in inferiora loca, quo pumicibus aditus non patuit, permeavit. Ligna vero in ea altitudine inventa nequaquam combuſta adparent, ſed in pulverem redacta, ſui figuram in ipſa terra impreſſam reliquerunt. Adhaec in interiora domuum, ubi declivium foret, ea materies penetraſſe cernitur. Id obſervatum eſt in cryptoporticu, ſeu cella vinaria domus pſeudurbanae, quo parum admodum pumicei grandinis per baliſtaria intraverat, cinis contra ad altitudinem palmorum octo (23) permeavit, atque id impetu disiecta porta, quam interius dirutam invenimus; ibidemque octodecim hominum, & mulierum ſceletos, & puerorum duos ſic humi poſitos, ut manifeſto appareret, eos liquidae materiae inrumpentis impetu retro pulſos, ſupinos humi prolapſos fuiſſe. Quae omnia ſatis ſuperque indicant, cinerem illum aqua mixtum decidiſſe. Nec enim, niſi fluidum, in obſtantem a latere portam vim ſuam exerere poterat. Sed & tanta fuerit oportet aquae copia, quanta vix cinerem illum in mollem veluti maſſam redigere valeret. Quo factum eſt, ut & tenacitate ſua ubique conſederit, & agrum omnem aequaverit; ſecus ſi magna aquarum copia dilutus fuiſſet, ad ima tantum raptus confluxiſſet.

XXX. *Cur in globulos cinis redactus inveniatur.*

Atque hinc facile explicare dabitur, cur in globulos materia redacta fuerit. Si enim concipias ingentem hanc cineris, & vaporum nubem, uno eodemque momento exploſam, & proprio motu percitam, aliquorſum directam, contrario ventorum impetu repulſam fuiſſe, conſequens eſſe noveris, ut magna electrici ſpiritus agitatione & fulmina, non ſecus ac in aëreis nubibus, adcenderentur (quod eveniſſe teſtatur Plinius), & cineris farrago, quae humorem inbiberat, vorticoſo impetu rapta in globulos illos, non ſecus ac in grandinem gla-

antiquitate maior adparuit. Namque non modo in illo, qui ſe tum ſupra Octavae Turris pagum effudit, nulla mephitica lues animadverſa eſt, ſed & in aliis quampluribus, quorum effuſionis recens erat memoria, uti in illo anni 1737, altero 1760, altero 1767, ubi nullum eius luis veſtigium comparuit; ita ut coniiciendum ſit, & alios, quorum aetatis memoria non exſtat, non admodum antiquos eſſe, idcirco quia eiuſmodi contagio minime perculſos vidimus: qualis nempe eſt ille, qui dicitur *lava della ſcala*, de quo adſtruximus *cap. IV n.* 11, non ante annum 1500 profluxiſſe. Contra vero in antiquiſſimis maxima fuit mephitis efficacia, uti in Pompeiano (de quo diſſeruimus *cap. II §. III*) qui urbi illi ſubſtratus eſt, & e cuius viſceribus fere ſemper mephitis exhalat; mirum enim, quantum eius vis poſt recentem hanc vaſtitatem excrevit. Ita etiam vetuſtiſſimi quique, qui aliis ſuperpoſitis ſubſunt, magnam mephitici ſpiritus copiam exhalarunt per puteorum meatus, & aquas acri ſapore infecerunt. Cumque non modica ſe effuderit mephitis ex illo, qui dicitur *lava del Granatello*, hinc etiam argumentum minime ſpernendum de eius antiquitate coepimus, quam aliis ex indiciis demonſtravimus *cap. IV §. XIV*. Praeterea, quod mirabilius, alicubi dira mephitis arboribus exitialis exhalavit, ubi nullus lapideus torrens erat ſubſtratus, ſed tantummodo grandia eorumdem fragmenta, eodem anno 1631 cum reliqua materia aquarum vi comportata; adeo ut magnam aetatem illa fragmina ferre dicenda ſint, cum eo contagio infecta fuiſſe viderimus. Quibus obſervatis concludi poſſe videtur, mephiticam huiuſmodi adfectionem contrahere lapideas Veſuvii maſſas, cum magnam ferant antiquitatem, eaque perpetuo plus minus pollere (atque hae ſunt mephites illae, conſtantes de quibus Leonardus de Capua, & idem Seraus loquuti ſunt, & quas Thomas Cornelius, ſe in effoſſionibus in Neapolitano agro factis obſervaſſe teſtatus eſt): has vero mirifice adaugeri, atque propagari in magnis montis incendiis; uti nuper eveniſſe vidimus, cum & Pompeiis, & alibi mirifice adaucta eſt mephitica exhalatio, & virulentia. Haec obiter notaſſe ſatis ſit. Quod autem noſtra intereſt: veroſimillimum ſane eſt, huiuſmodi mephitin in maxima omnium inflammatione minime defuiſſe. An Stabias uſque, ubi Plinius humi ſedebat, peſtilentes halitus devenerint, certo adfirmare non audemus; ſed quis in tanta naturae varietate eius vim ſic metiri queat, ut quouſque propagari poſſit, definire auſit? Non leve quidem indicium eſt, Plinium humi ſtratum occubuiſſe, reliquos ſtantes incolumes fuiſſe: ſiquidem notum eſt huiuſmodi veneficos halitus paullo ſupra terram adſurgere. At Pompeiis non aliam fuiſſe mortalitatis cauſſam, quotquot in aperto occubuerunt, penitus perſuadeor. Illa enim luculenta materie impediti, cum facile inter fugiendum laberentur, humi cadentes, & mephitica athmoſphoera incluſi ſtatim exanimabantur.

(23) Ad eam altitudinem cinerem exſiccatum invenimus; ſed procul dubio ad ſummam uſque cameram tum increviſſe lutulentam illam materiem opinamur.

glacies, conformaretur. Nulli igitur dubium, quin huiusmodi cinis adeo madefactus deciderit, ut statim in mollem tenacemque massam substratis lapillis insederit, omnia adaequans, in inferiora usque, & interna, quo lapilli permeare non poterant, pervadens.

XXXI. Num e monte aqua prodierit.

Unum modo esset inquirendum, num scilicet huiusmodi aqua ex ipso montis vertice eructata fuerit, an ventis comportatam, & iam in aëre pendulam explosus cinis invenerit. Id quidem nostra non interest, & in alienam messem falcem immittere non audemus. Ne tamen lectores penitus ieiunos destituamus, satis sit monere, veterem nostris hominibus opinionem sedisse, in magnis incendiis hunc montem aquas simul cum flammis evomere, quas scilicet aquas e proximo mari absorbuisset; quandoquidem saepe observatum est, mare recessisse, & pisces, navesque in sicco haesisse. Id coaevi omnes narrant de famoso incendio anni 1631 (24): id etiam narrat Plinius tunc temporis, de quo loquimur, adcidisse his verbis: *mare in se resorberi, & tremore terrae quasi repelli videbatur: certe processerat litus, multaque animalia maris in siccis arenis detinebat*. Xiphylinus etiam maris fremitum commemorat, καὶ ἡ θάλασσα συνέβρεμε, & Sybilla apud Plutarchum ζέσεις θαλάσσιας, *ebullitiones marinas* prodit. Quibus testimoniis res in dubium revocari nequit. Quapropter, nisi dicamus terraemotus vi mare repulsum, commotumque fuisse, ut sapientissime Plinius coniectando adstruere videtur, aliqua montem inter, & subpositum mare communio admittenda foret. Novimus, ab adcuratissimis rerum naturalium indagatoribus eam communicationem fuisse pernegatam, uti a nostro Cl. Francisco Serao, in *Historia Vesuviani incendii ann.* 1737 *cap. I*, ubi aquas non e voragine profusas, sed pluviales fuisse in incendio anni 1631 prolato documento probat; qui tamen, cur mare in magnis incendiis recedere soleat, explicare distulit. Nos autem ultro damus, in Titiana eruptione fieri non potuisse id, quod pernegat, ut scilicet magna illa aquarum colluvies, simul cum igne e montis faucibus, fluminis, vel syphonis instar, emitteretur, secus non etiam in montes trans mare positos eam cineris massam eodem modo compactam inveniremus. Sed considerandum Physicis relinquimus, an possibile sit, rem ita componere, ut scilicet in vapores aqua ista emissa fuerit, quae mox in aëre densata simul cum cinere in terras circa montem positas deciderit (25): qualem scilicet Plinius describit teterrimam illam nubem, quae sudo licet caelo, solem obscurabat: *Nec multo post illa nubes descendere in terras, operire maria: cinxerat Capreas, & absconderat, Miseni quod procurrit, abstulerat*. Dubitari enim non potest, quin aquarum receptacula in hoc monte sint, ut ipsemet auctor demonstrat *Cap. ult.* & fumum ipsum, quem usque emit-

(24) Clarissimus illius aevi Physicus Thomas Cornelius Consentinus testatissimum id phaenomenon habuit, quare sic de eodem fatur in Progymnasmate postumo *de Sensibus*: *Constat olim ante annos duos supra quinquaginta Vesuvium ingentibus ferventium aquarum torrentibus exundasse. Vulgo crediderunt haustas ex adiacenti mari aquas, & ignis vi in altum proiectas ex montis faucibus erupisse, ea ducti coniectura, quod e proximo litore decessisse mare prospicerent. Sed decepti sunt non animadvertentes recessum maris contigisse ob litorum incrementa ex aggestu cinerum glebarumque, quae ex ipso monte ad mare nimis copiose defluxerant. Ego sane facile adducor, ut credam, aquas illas, quas Vesuvii fauces eructavere, non aliunde provenisse, quam ex ipsis gurgitibus, qui in anterioribus montis cavernis reconduntur, & amnibus fontibusque perennia aquarum agmina subministrant.* Quibus in verbis id solum Philosopho non concedimus, quod maris recessum ex adgestu cinerum glebarumque repetat. Namque, si vera sunt, quae constantissime scriptores omnes illius aetatis narrarunt, alia profecto causa inquirenda est. Quippe uno ore tradiderunt, mare adeo decrevisse, ut in Neapolitano navali in sicco naves haeserint. Quomodo autem hoc phaenomenon ex adgestis in Herculanensi sinu eiectationibus repetas? Cum potius ex litoris illius incremento, aquae in vicinis litoribus excrescere debuerint. Praeterea nescio, cur ipse Physicus neget, e proximo mari aquas absorberi potuisse, utpote qui montis meatus in mare paullo infra admittat. En eius verba *pag.* 41: *Complures vidimus & in montis iugo, & in clivo patere fonticulos distillantes quamdam naphthae speciem . . . . Petraelaeon, vel Petroleum vulgo nuncupant, cuius insignis quandoque copia per occultos meatus ad proximum mare delabitur, undisque supernatans tetrum odorem longe lateque diffundit*. Si enim ex eius sententia mons per occultos meatus mari communicat, quid mirum, si in maximis inflammationibus, rarefacto aëre in montis concavo, subpositae aquae veluti per syphonem adsurgant? Mare autem cum ipsomet monte communionem aliquam habere posse facile concedet, cui ea hypotesis probetur, hunc scilicet ignivomum ex ipsomet mari olim adsurrexisse, totumque circumpositum telluris tractum, quo nunc a mari distat, ex ipsiusmet eructationibus ortum habuisse, quae identidem in mare delapsae eius spatia per vim coangustarunt. Sed satius est intacta haec Physicis relinquere.

(25) Illud pro certo haberi potest, quod nosmet oculati testes in nuperrima anni 1794 eructatione conspeximus, aquam scilicet ei phaenomeno non defuisse. Nam & principio, cum ignis diffracto monte erupit, simul cum arena, sive minutis scoriis aqua, rarae pluviae instar, decidit: tum vero insequutis diebus cinis aliquando tam humidus depluit, ut in tenacem massam redigi posset: denique semel, atque iterum sudo caelo luteus rivus spumae instar e montis orificio se effudit, totumque conum conspurcavit.

mittit, ſine humore creari poſſe, nemo ſanus adſtruet. Quid vero, ſi mari per ſubterraneos meatus communicet? Videant igitur phyſici, & rem adcuratius expendant.

XXXII. Quid vete- s tum opi- ati ſiat.

Illud unum, antequam manum de tabula, quod videre viſi ſumus, coronidis loco ſubiungendum remur: nempe eam opinionem ne veteribus quidem fuiſſe improbatam. Niſi enim vehementer fallimur, ſybillina illa verba apud Plutarchum ζεσεις θαλασσιας, *ebullitiones marinas* id innuere videntur, huiuſmodi ſcilicet marinae aquae ebullitiones in ſummo montis vertice adparuiſſe, aliter nec iſtas ebullitiones eo ordine commemorare debuerat, nec inter cauſas excidiorum recenſere. Maris enim aeſtus nullum urbibus detrimentum adtulit, ſed tantum piſcibus, qui in ſicco haeſerunt. Cur igitur eo ordine illius vaſtitatis portenta enumerat; ετρηξεις πυρος ορεως, και ζεσεις θαλασσιας, και πετρων και φλεγμονων ὑπο πνευματος αναρριψεις, h. e. *ignis eruptiones, marinas ebullitiones, & ſaxorum pumicumque eiaculationes?* Profecto ſi iſtas *ebullitiones* in ipſo mari factas dices, nullam certam rationem adſignare poteris, cur a montis vertice ignem eructante ſtatim ad mare enarrator deſcendat, ut eius fervorem (qui non adeo inſolitum phaenomenon eſt, praeſertim ſi nullo cum hominum, & terrarum detrimento fiat) narret, & deinde iterum ad montem adſcendat, ut petras inde eiaculatas deſcribat, Si vero eas *aquarum ebullitiones* inter ignis eruptionem, & ſaxorum, pumicumque igni exeſorum poſitas, pro aquis ab iſto monte eructatis adcipies, rem ſuo ordine narratam habebis. Aquam enim procul dubio in ſe pluere miſeri illi, & in ſua damna coniuraſſe ſenſerunt. Quare nihil pronius fuit, quam ſuſpicari, ex ipſa montis voragine eas emerſiſſe, ut reapſe poſteriores opinati ſunt; cumque mare decreſcere inſpexerint, ex ipſo mari aquas abſorptas dicere. Sic igitur a Pſeudo-Sybilla doceberis iſtam aquae effuſionem, quam Xiphylinus omiſit, & Plinius reticuit, utpote cuius nec ipſe, qui Miſeni erat, nec avunculus morte ſublatus, antequam aqua diffueret, teſtes fuerant; & habebis etiam, quo pacto phaenomenon iſtud tunc temporis interpetratum fuerit: bene, necne Phyſici viderint.

CAP. XII.

De aliis eadem eruptione obrutis urbibus.

Cum ex Dionis teſtimonio duas tantum urbes Herculaneum, & Pompeios Veſuvii adgeſtionibus ſepultas legimus, non alior- ſum adcipere debemus, quam ſi duas magni nominis, & ſpecioſas populoſaſque urbes commemorare ſatis habuerit, neglectis aliis urbeculis, vel pagis minoris pretii. Et quidem ne ſuſpicari quidem poſſumus in ampla illa, beataque camporum planitie circa Veſuvium villas, vicoſque, & caſtella creberrima, & oppida quamplurima, invitante maxime regionis amoenitate, & opulentia, non paſſim exſtitiſſe. Itaque ſub iiſdem eiectamentis, quae late in ſubpoſitum campum, ut iam oſtendimus, incubuere, oppida bene multa conſepulta iacere procul dubio adſerere poſſumus; quando vidimus etiam Stabias periiſſe, etſi ſatis diſſitas. Quid vero, quod Pſeudo-Sybilla apud Plutarchum (cuius locum iam *Cap. praec.* recitavimus) haud paucas fuiſſe docet? cum ait φθορας τοσουτων, και τηλικουτων πολεων, *tot, & tantarum urbium everſiones*. Cum enim dixit *tot*, non ſane binas tantum ob oculos habuit. Videamus ergo, ſi quas ex oblivione eruere quoquo modo poſſimus. I. Praeter duas urbes aliae cum periere.

I. Prima ſeſe offert *Retina villa*, quae teſte iuniore Plinio *lib. VI ep. 16* Veſuvio *ſubiacebat;* etſi eruditorum non pauci (1), praecipue exterorum, totam epiſtolae ſententiam convellentes, illam Miſeni locaverint. Sed audiamus Plinii verba: *Erat* (avunculus) *Miſeni . . . hora fere ſeptima, mater mea indicat ei adparere nubem inuſitata & magnitudine, & ſpecie . . . Magnum, propiuſque noſcendum, ut eruditiſſimo viro, viſum. Iubet liburnicam aptari: mihi, ſi venire vellem, fecit copiam. Reſpondi, ſtudere me malle: & forte ipſe, quod ſcriberem, dederat. Egreditur domo, adcipit codicillos* (2). *Retinae* II. Retina, Veſuvio ſubiacens.

(1) Retinam Villam Miſeni ſtatuit Hermolaus Barbarus, cui fraudem fecit Aelius Neapolitanus, qui eius villae ſub Miſeno poſitae nomen adhuc ſuperſtes eſſe falſo docuit: niſi potius dicas a Barbaro Aelium non bene fuiſſe intellectum, vel Miſenum pro Veſuvio ei excidiſſe; quippe qui dicat tribus circiter paſſuum millibus a *Calaſtro* diſtare. Attamen fidentiſſime Barbarum ſequuti ſunt Catanaeus, Sacyus, Maffeius, Belgradius, & in primis Cellarius, qui Retinam ſcripſit fuiſſe *proxime ſub Miſeno Veſuvium verſus poſitam*. Cluverius contra Retinam ſub Miſeno nullam agnoſcit, de *Reſina* autem ſub Veſuvio meminit *Ital. lib. IV cap. 3*. Conſentientes autem nobis habemus Cl. Hoſpitalium, Artanaeum, Munterum, Quintium, Cochinium, Belicartum, alioſque, qui omnes *Diſquiſitionum Plinianarum* Auctorem minime fugerunt.

(2) Si ita interpungas, evaneſcet ſtatim ea difficultas, quam videre ſibi viſus eſt Cl. Comes a Turre

tinae (3) *classiarii imminenti periculo exterriti (nam villa ea subiacebat, nec ulla nisi navibus fuga), ut se tanto discrimini eriperet, orabant. Vertit ille consilium, & quod studioso animo inchoaverat, obit maximo. Deducit quadriremes, adscenditque non Retinae modo, sed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium: properat illuc, unde alii fugiunt, rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet.* E quibus verbis, etsi alii aliter vexatissimum illud comma legant, & interpungant, id manifesto eruitur: I. nubem illam, quae postea cognita est e Vesuvio oriri, nullum adhuc Misenatibus metum ingessisse, cum C. Plinius propius cognoscendi studio iussit liburnicam aptari. II. Eum, cum domo egrederetur, epistolium adcepisse (id enim valet vox *codicillos* (4)), quo classiarii Retinae orabant, ut se ipsos ab imminenti periculo eriperet, nam *villa ea Monti eructanti subiacebat:* III. epistola adcepta eum vertisse consilium, & pro liburnica quadriremes deduxisse, quibus auxilium ferret non modo *exterritis Retinae classiariis, sed multis;* noverat enim eam oram pro sua amoenitate frequentem esse. Verum nescio, quomodo a cordatis viris ea verba sic distorta fuerint, ut sibi persuaserint Retinam villam ibidem, ubi C. Plinius erat, h. e. Miseni, stetisse, eique promontorio, unde nihil sane erat timendum, fuisse suppositam. Quare quidam interpetrati sunt, classiarios Miseni positos Ducem suum orasse, ut se ipsos tanto discrimini eriperet, quapropter is pro liburnica quadriremes deduxerit, multis auxilium laturus. Sed quaeso, quae illic erat timoris occasio? undenam effugium Misenates petebant? Sed fuerit: anne Miseni tam longe a Vesuvio positi nulla nisi navibus fuga? Sed fine, id quoque prae formidine, quae sensus obturbat, dixerint; quid vero dux, qui phaenomenon, ut propius consideraret, liburnicam solvebat? Non metum dispellit, non animos facit, sed, ex istorum sententia, quasi ipsemet periculum imminens suspicaretur, vertit consilium, deducit quadriremes, ut his perter-

a Turre Rezonicus in suis *Disquisitionibus Plinianis*, cum ait *lib. IV pag.* 115: *Neque enim Villa Plinio codicillos mittere poterat, ut illam imminenti periculo subduceret*. Patrius enim *Retinae* casus non ad *codicillos*, sed ad *classiarios* pertinet.

(3) Sic edidit Catanaeus: eaque hodie vulgaris est lectio. Mirum tamen, quantum veteres codices hoc in commate variant, ut iampridem Cortsius animadvertit *in Longolii editione Amstelodami an.* 1734. Alibi enim *Rectinae nasci*, alibi *Rectinae Tasci*, alibi *Rectinae irasci imminenti periculo exterritae* invenit: apud Gryphium *Retinae amici imminenti periculo exterriti:* in editione veteri: *Retinere Classiarii imminenti periculo exterriti*. Ipse vero eo argumento potissimum motus, quod in mss. haberetur *exterritae*, & *orabat*, legere maluit: *Retinae classis imminenti periculo exterrita (nam villae ei subiacebat, nec ulla, nisi navibus fuga) ut se tanto periculo eriperet, orabat*. Quae sane lectio nobis minime adversatur. Barbarus etiam adnotaverat: „sunt qui legant ita: adcepit „codicillos Retinae Caesii: *ea imminenti periculo exterrita, nam villa eius subiacebat* . . . . ut „Retinam intelligant uxorem Caesii Bassi". Sed editio princeps anni 1471 eam habet lectionem: *Egrediebatur domo, adcepit codicillos Retinae Itacesiae imminenti periculo exterritae, nam villa eius subiacebat, nec ulla nisi navibus fuga, ut se tanto discrimine eriperet, orabat*. Quibus varietatibus permotus laudatus Auctor *Disquis. Plinian. l. c.* apud quem haec omnia fusius collecta habes, *Rectinae Ithacesiae* lectionem esse reliquis anteferendam, utpote quae plurium codicum calculis probaretur, autumavit; nec enim e conruptis illis & nihili vocibus *Tasci*, *Nasci*, *Irasci* aliud, quam *Ithacesiae* elici posse duxit: atque hinc *Rectinam* esse arguit illius Rectinae matrem, quae Voconio utriusque Plinii amicissimo nupta litteratum monumentum a Viro promeruit, quod ipse e Grutero excerptum, referre non neglexit. Verum si isthaec lectio prae vulgata eruditis magis, probabitur, nobis certe numquam eripiet, eam Rectinae villam sub Vesuvio secundum Herculaneum olim stetisse, hodiernumque *Resinae* pagum non aliunde, quam ab illo Rectinae fundo suum duxisse nomen ad nostra usque tempora superstes. Magis enim verosimile est a *Rectina Resinam* effluxisse, quam a *Poetini*, scilicet Poëti villa, ut Auctor Thecae Calamariae hariolatus est *pag.* 568. Mihi tamen (ut, quae sentio, libere promam), cui admodum probabile fit, ex adlatis coniecturis, classiarios in Herculanei portu stationem habuisse, retinendum duxerim *Retinae* nomen, quod nulla prorsus mutatione *Resinae* respondet, & ex illis monstrosis vocibus *Nasci*, & *Tasci*, si non *classiarii*, certe *classis* cum Cortzio erui posse duxerim. Non aliunde enim tot varietates ortum habuisse in iis vocibus puto, quam quia descriptores & pagum, qui vetustum *Retinae* nomen adhuc retinet, ignoraverint, &, quomodo *classis*, vel *classiarii*, qui Miseni essent, a periculo imminenti eripi postularent, non intellexerint. Hinc factum, ut quisque ad suum captum verba illa refingeret, quae sensu vacua putabat, & totam deinde periodi syntaxin recuderet.

(4) Palam exempla sunt apud lexicographos, e quibus colligitur, *codicillos* pro brevibus epistoliis ex tempore scriptis apud Latinos optimae aetatis scriptores sumi, aliquando etiam pro veris epistolis calamo exaratis; ut ecce tibi Sulpicius in *IV Fam. ep.* 12: *Puer Acidini mihi obviam venit cum codicillis*; & idem Plinius in *Paneg.* §. 70: *Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum . . . sed decreta coloniarum, decreta civitatum adleget*. At verosimile admodum est, veros codicillos, h.e. pugillares stylo perscriptos prae festinatione a classiariis exterritis Praefecto suo missos. Qui igitur heic *codicillos* pro pugillaribus in ephemeridum usum adcipiunt, omnia inaniter turbant, sententiam abrumpunt, & Plinium ineptum narratorem faciunt; quippe & tantillam rem, qualis erat pugillarium adceptio frustra narrasset, nec suo loco; etenim huiusmodi pugillares non domo *egressus*, sed antequam egrederetur adcipere debuerat.

territis, & aliis quamplurimis ibidem manentibus auxilium ferat. Optime quidem: ſed quid demum? Aſcendit ſolus, curſumque eo dirigit, ubi re vera metus, & periculum erat imminentiſſimum, h.e. ad Veſuvinam oram. Id vero eſt rem maximo animo obire: id vero eſt multis auxilium ferre. Niſi malint dicere, ad Retinam ipſam ſub promontorio poſitam, unde alii ex ipſorum ſententia fugam maturabant, properaſſe *eo rectum curſum, & recta gubernacula dirigendo*. At Dii vos donent tonſore diſertiſſimi interpretes. Alii vero oraſſe aiunt Miſenates claſſiarios, ut ſe ipſe dux tanto diſcrimini, in quod ſe ſponte coniicere volebat, eriperet, nec eo contenderet, unde alii fugiebant: ſed illum maximo animo conſilium *non* vertiſſe (negationem enim de ſuo (5) addunt), quo multis in ea frequenti ora poſitis auxilium ferret. Id quidem minus abſonum eſſet. Sed quid facient de illis verbis: *nam villa ea ſubiacebat, nec ulla niſi navibus fuga?* De qua villa loquitur? De Retina. Poſita ergo ibi erat, quo ſine diſcrimine venire non poterant; nam eructanti monti, non Miſenati promontorio ipſa ſubiacebat. Secus ſi Retina Miſeni eſſet poſita, & ibidem periculum, quid Plinium iam ſolventem claſſiarii averterent? Valeant igitur cum lepidis iſtis interpretamentis, quotquot Retinam Miſeni poſitam argutantur. Ea enim ibi fuit, ubi hodierna *Reſina*; quare & Veſuvio ſubiacebat, & adeo imminenti diſcrimine laborabat, ut non multo poſt fuerit conſepulta.

III. Claſſiarii Retinae ſtationem habebant. Claſſiarios autem ea in ora ſtationem habuiſſe veriſimillimum eſt. Siquidem Pompeiis illos etiam fuiſſe, certiſſima indicia docent. In cubiculis enim circa Porticum Pompeianam poſitis militum contubernium fuiſſe in dubium revocari nequit, cum ibidem clypeos, ocreas, loricas, galeas, gladios, imo & compedes, qui ſontes continerent, invenerimus. Ea autem arma ad claſſiarios milites pertinuiſſe, argumento ſunt anchorae, gubernacula, tridentes tum in armis ipſis inſculpta, tum in porticus columnis graphio paſſim ab otiantibus delineata (quiſque enim ſuae artis inſtrumenta, quae ſaepe tractat, etiam ludendo cogitat), tum denique in pariete coloribus picta, e quibus quaſi in faſcem convolutis marina fuſcina non abeſt. Sed prae reliquis indiciis eſt quoddam armorum genus eruditis adhuc ignotum, quod parvae peltae ſpeciem refert uno in latere arcuatae, in reliquis vero rectae, unius palmi Neapolitani menſuram vix excedentis; habetque inferius cavitatem, qua brachiis e cubito humerum tenus aptari commode queat: cuius ſchema depictum habes *Tab.XVII* marinis emblematis onuſtum, nempe cancro, delphino, tridente, clavo, & anchora (6). Huius autem armaturae genus cum terreſtri militiae inopportunum ſit, navali percommodum eſſe poterat; cum ſcilicet milites pluteo navis protecti bonam corporis partem, ea tantum armatura indigebant, quae humeros, & caput obduceret, interea dum iaculos & glandes in hoſtes immitterent. Scutulum enim illud ſiniſtro inligatum humero, & ad caput uſque adſurgens militem ab ictibus tutum faciebat, ſtatim ac ipſe laevum latus opponeret. Si igitur Pompeiis ſtationem claſſiarii Miſenates habebant, quidni Herculanei? Et quidem honeſta miſſio, ſeu diploma militis, qui in eadem claſſe ſub Veſpaſiano ſtipendia confecerat, a nobis inventum eſt; ſicuti aliud eiuſdem exempli Herculanei a Claudio datum repertum eſt Stabiis illi prorſus ſimile, quod ibidem inventum refert Milantius *de Stabiis*, & Eminentiſſimo Portocarero dono datum (7). Quibus indiciis veriſimile fit, in tota Crateris ora ſtatarios e Miſenati claſſe fuiſſe vel toto anno, cum pax eſſet, in ſtativis ad ſubita rerum procurſuros, vel certe hyberno tempore, cum mare clauſum erat, ad hiemandum in hybernis, ubi & litus tutarentur, & cuſtodiis, aliiſve exercitationibus operam darent.

Retinam igitur ſub Veſuvio ſecus mare fuiſſe, ibique claſſiarios, qui ab imminenti diſcrimine eripi cupiebant, fuiſſe tam verum eſt, quam quod veriſſimum. IV. Ubi Retina ſteterit. Quaeres nunc, ubinam potiſſimum ea villa ſteterit. Id ſi quaeris, dicam, ibidem prorſus, ubi hodierna *Reſina*, fuiſſe; non quidem in eo tractu, ubi Herculaneum ſub-

(5) Mss, editique fere omnes habent *vertit*; Catanaeus praefert *non vertit*: non alia utique de cauſſa, quam quia ſuſpicatus, Claſſiarios Retinae ibidem, ubi Praefectus aderat, fuiſſe, & eumdem, ut ſe ipſe tanto diſcrimine eriperet, exoraſſe: qua praeconcepta opinione, Plinius profecto conſilium *non* vertit, quippe recte Veſuvinam petiit regionem, periculumque obivit. Sed re vera conſilium vertit, cum pro liburnica *quadriremes deduxit non Retinae modo, ſed multis laturus auxilium*.

(6) Eadem marina emblemata cernere licet in uno ſcutulorum, quos in eadem tabula adpinximus. Eos autem ſimul cum parva ocrea ibidem adpicta non alii uſui militibus inſerviſſe putamus, quam ornamento; fortaſſe enim catenulis illis, quibus ſinguli inſtructi ſunt, e balteo pendentes geſtabant.

(7) De hiſce diplomatis, aliiſque eiuſdem exempli fuſe diſputatum in *Praef. Tom. I. de' Bronzi*.

ſubeſt, ſed in adiacenti ora, quae poſt Herculaneum ad uſque hodiernum Turris Graeci caſtellum protenditur, ut in tabula deſcripſimus. Quibus autem rationibus fretus id adſtruam, tene.

V. Quae veteris ſitus indicia.

Principio *Reſinae* nomen quam minima unius elementi mutatione ei plagae ſuperſtes id exſerta voce teſtari videtur. Praeterea ex ipſius Plinii iunioris narratione facili negotio eruitur. Cum enim eius patruus & Retinae Claſſiariis, & multis in ea frequenti ora habentibus opem ferre decreviſſet, non alio utique, quam in Herculanei oram tetendit, ut abunde *Cap. XI* docuimus. Verum cum *ſubitum vadum, montiſque ruina* eo adpellere prohibuiſſent, haeſitavit aliquantiſper, deinde ut Stabias peteret gubernator, imperavit. Retina igitur nonniſi in continenti ea plaga, ubi Herculaneum, poſita erat. Denique cum Herculaneo plures portuoſos ſinus adiacuiſſe oſtenſum ſit, quos λιμένας vocat pro illorum temporum ratione Dionyſius, non aliam certe opportuniorem ſtationem claſſiariis adſignaveris, quam horum portuum alterutrum, & ex iis eum ſeliges, qui vetuſtum nomen adhuc retinet.

VI. Suburbana erat villa.

Erat igitur ea villa in agro Herculanenſi, imo in ſuburbio, & proinde eius peculii, qualis erat pagus Felix in ſuburbano Pompeiorum, de quo mox. Proinde nihil mirum, ſi de ea villa altum apud veteres reliquos ſilentium. Unum enim idemque cum Herculaneo municipio haberi poterat, ſi pro illius navali ſumerent: villa autem, vel pagus erat, ſi eius incolas extra oppidi muros conſiderarent; ut de Pyraeo, aliiſque portubus adcidit, qui modo ut urbium partes, modo ut diverſa oppida habita ſunt. Cum enim Herculaneum ſatis anguſta urbs eſſet, nihil pronius fuit, quam ut piſcatores, remiges, & quicumque a mari victum quaererent, circa eum portum domos exſtruerent, unde pagus, ſive *villa* ſenſim ſine ſenſu adſurgeret (8).

VII. Retinae etymon.

Quaeres fortaſſe etiam, unde *Retinae* nomen, quodve etymon. Id enim vero non laboramus. Sed ſi facili coniecturae in huiuſmodi rebus eſt aliquid indulgendum, duxerim *Retinae* nomen non aliunde arceſſendum, quam a *retibus*, quae ibidem in piſcoſo ſinu & panderentur, & conficerentur. Quod ſi quis longius derivare malit, τῆς ῥητίνης litus illud dictum fuiſſe, h. e. *reſinae*, admodum veriſimili coniectura adfirmare poterit. Etenim, ut notum eſt, in tota illa ora quoddam petrolei genus liquidae *reſinae* ſimile innatat, odoremque capiti ſuccurrentem fundit. Adeoque *Rhetinae* nomen Graecum, *Reſinae* Latinum erit.

VIII. Cur ſuperſtes cladi fuerit.

Si vero quaeras, cur Retina, quantilla Herculanei adceſſio, ſuperſtes fuerit, cum florens Municipium penitus interierit, veriſimillima in promptu eſt ratio. Obruta enim urbe, eiuſque agro, quotquot Herculanenſes, qui vel civilibus muniis, vel urbanis poſſeſſionibus, vel agrorum reditu, vel denique artibus vivebant, ſuperſtites cladi fuere, alio divertere neceſſe habuerunt, itaque oppidum interiit contra vero Retinates, qui vix parvam caſam, & retia amiſerant, ſtatim ab exitio ad ſuos fundos, h. e. mare excolendum redierunt, eamque iterum villam Veſuvinis adgeſtionibus, retento nomine, impoſuerunt. Etſi tractu temporis etiam veteri Herculaneo novum *Herclanium* impoſitum fuiſſe compertum habuerimus, ut infra differemus.

IX. Cur inde *nulla* erat *fuga*.

Unum modo reſtat expendendum, eccur, Retina in continenti poſita, claſſiarii non ſibimet fuga conſuluere, ſed claſſis praefectum, ut ſe eriperet, exorarunt? vel cur Plinius ſcriptitet, *nullam* inde *fuiſſe, niſi navibus fugam*? Hic autem nodus minime inextricabilis videri debet, ſi quis conſideret, non licuiſſe claſſiariis e ſtatione ſine praefecti venia diſcedere; quare eum, ut ſe tanto diſcrimini eriperet, exorabant: ſevera adeo erat tunc temporis Romanorum militum diſciplina. Id, quod tuto, ni fallor, ex altera Pompeiana ſtatione, de qua nuper, colligimus. In eo enim contubernio trigintaſeptem & amplius ſceletos hominum invenimus, tot nempe, quot vix in toto urbis reliquo, quod adhuc effoſſum eſt, deprehendimus; nullus igitur locum deſeruit. Id quidem, inquies, veriſimile eſt, ſed quomodo

(8) *Villa* proprie fundi habitatio fuit, eaque duorum generum, tum *ruſtica*, tum etiam *urbana* in domini uſum. Heic autem *villa* idem, quod *vicus*. In Gloſis veteribus *villa* tantumdem, quod κώμη. Id inde factum, quod cum in villas praeter ſervos, etiam mercenariorum multitudo confiueret, ibidem promercalia exponi multa, nec artificum tabernas defuiſſe neceſſe erat. Hinc villae paullatim in vicos coaleſcebant: ex quo poſtremo factum, ut *villa* ſynonymon *vici* evaſerit, uti apud Plinium uſurpatum vides. Necdum enim antiquius exemplum mihi occurrit: niſi forte illud Horatii huc referas, *I. ſerm.* 5:

Proxima Campano ponti quae villula, tectum
Praebuit, & parochi, quae debent, ligna, ſalemque.

Confer, quae Mazochius noſter de *Spuriano Vico* (qui ex villa Spuriana in vicum concreverat) habet in notatis ad Averſanum marmor *in Diſſert. de Cath. Neap. pag.* 212. Adde, quod Rutilius urbes maiores *villas* vocavit:

Nunc Villae ingentes oppida parva prius.

modo *nulla nisi navibus fuga*? Equidem si medicas textui manus liceret adhibere, quam modica emendatione pro *nec ulla*, restituerem *nec tuta nisi navibus fuga*; vel certe eodem sensu illud *nec ulla* adcipiendum autumo. *Nullum* enim Latini dicunt, quidquid nullius momenti est, & ad propositum finem non conducit. Talis autem erat fuga, quam Retinates adripuissent Neapolim versus, vel Pompeios; circumeundo scilicet Vesuvii debacchantis radices, unde idem usque periculum plus minus immineret, vel fortasse etiam maius. Tunc enim temporis Retina a Vesuvii cratere magis, quam orae reliquum aberat. Et re quidem vera in praesenti discrimine nullum potuit amplius esse miseris incolis effugium, siquidem tantum telluris tractum, ut supra docuimus, una eiectatione mons obruit. Sapienti igitur consilio orabant, ut naves mitteret, quibus unis sibi, rebusque suis in extremo discrimine consulerent.

X. Alia villa in Herculanensi agro ex Seneca.

Fuerat & alia villa in Herculanensi agro, & quidem ad mare exposita, de qua Seneca meminit *lib. III de Ira cap.* 22, sed cave cum Retina confundas. Senecae verba sunt: *Caius Caesar villam in Herculanensi pulcherrimam, quia mater sua aliquando in illa custodita erat, diruit: fecitque eius per hoc notabilem fortunam, stantem enim praenavigabamus, nunc causa dirutae quaeritur*. Non est dubium, quin haec olim villa in Herculanensi territorio fuerit; id enim ea loquendi ratio, *in Herculanensi*, sonat. Sed quanam notione haec villa capienda est? Illa ne, qua in Glossis *Villa* respondet voci Κώμη, i. e. *vicus, pagus*? An potius est fundus cum suo aedificio tam rustico in villici, & agricolationis usum, quam urbano in domini oblectamentum? Hoc potius altero significatu heic villam adceperim, qui & magis obvius est, & huic loco convenientior; etsi raro villae sine adiuncto aliquo vico fuerint. Ceterum haec eadem villa inter principales, seu fiscales videtur fuisse numerata. Ea igitur a rerum potito Caio Caligula solo aequata fuit, quod aliquando Agrippina eius mater in eam detrusa fuisset, cum a Tiberio fraude Seiani relegata fuerat.

XI. Seneca cum Suetonio, & Tacito conciliatur.

At enim Senecae narratio quo pacto cum Suetonio in Tiberio, & Tacito *Ann. XIV* conciliabitur? ex quibus ostenditur Caligulae matrem in insulam (9) Pandatariam fuisse relegatam, ibique inedia (10) voluntaria consumptam? Nec enim Senecam (cuius aetate adhuc villae rudera praeternavigantibus monstrabantur, & dirutae causa enarrabatur, nec Tacitum, atque Tranquillum, historicos tam φιλαληθεῖς, tantaque rerum notitia praeditos fas est falsi accusare. Profecto aliud nunc mihi non succurrit, nisi ut ducamus, Agrippinam principio, cum adhuc clementius cum ea agi visum fuisset, in villae Herculanensis recessum fuisse amandatam; at gliscente in dies magis magisque in eam odio Tiberii, postremo in Pandatariam insulam fuisse detrusam, quo postea & a Claudio Iulia, & a Nerone Octavia relegatae fuerunt. Haec de villa Herculanensis agri, quam quidem Caius Caligula solo aequavit, eoque facto nobilitavit, dum *causa dirutae quaereretur*, ut scite Annaeus ait. De cuius situ si quaeras, haud dubium mihi videtur, quin ea ad mare fuerit posita, ita ut

(9) Tacitus Ann. XIV 63: *Nero . . . insula Pandataria Octaviam claudit. Non alia exsul visentium oculos maiore misericordia affecit. Meminerant adhuc quidam AGRIPPINAE a TIBERIO, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae. Sed . .* (hae) *. : laeta aliqua viderant &c.* Tranquillus Tiberio *cap.* 53 ultima Agrippinae fata ordine sic exponit: *Nurum Agrippinam* (Tiberius) *post mortem mariti* (Germanici) *liberius quiddam questam . . . nec ullo mox sermone dignatus est, quondam vero inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans se veneni crimine arcessitum: cum praestructum utrumque* (a Seiano) *consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caveret. Novissime . . . Pandatariam relegavit; convitiantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infarciri cibum iussit. Sed & perseverantem, atque ita absumptam criminosissime insectatus est.*

(10) Iis, quae de exitu Agrippinae ex Suetonio proxime recitavimus, licebit, & haec ex Tacito *Ann.* VI 25 adiicere: *Nondum is dolor* (de Drusi Germanici Agrippinae mariti caede) *exoleverat, cum de Agrippina auditum, quam interfecto Seiano spe sustentatam provixisse reor; & postquam nihil de saevitia remittebatur, voluntate extinctam: nisi si, negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumptus. Enim vero Tiberius foedissimis criminationibus exarsit, impudicitiam arguens . . . sed Agrippina aequi impatiens, dominandi avida, virilibus curis foeminarum vitia exuerat.* Illud *aequi impatiens*, cum non concoqueret Acidalius, varie sollicitavit, *regi*, restituens, vel *iugi impatiens*. Nihil mutandum. Agrippinae ambitio (quam hoc ipso loco ei Tiberius, recitato graeco versiculo, exprobravit: *Si non dominaris*, inquit, *filiola, iniuriam te accipere existimas*) candide a Tacito agnoscitur, dum ait, *Aequi* (Gr. ἰσοπολιτείας, h. e. aequo cum aliis iure vivendi) *impatiens, dominandi avida*. Sequitur: *Eodem die defunctam* (Agrippinam) *quo biennio ante Seianus poenas luisset, memoriaeque id prodendum, addidit Caesar: iactavitque* (Suetonius, dum haec eadem narrat, pro *iactavit*, posuit *imputavit*: horum utrumque est *beneficii loco adposuit*), *quod non laqueo strangulata, neque in gemonias proiecta foret*. Ceteris abstineo.

ut a praenavigantibus eius postea ruinae cerni potuerint, & excidii causa requiri. Hoc enim Seneca non obscure significat, dum ait excisione clariorem evasisse; *stantem enim praenavigabamus, nunc causa dirutae quaeritur*. Quae vere dici non poterant, si ita a mari reducta fuisset, ut illius cadaver oculos praeternavigantium effugeret. Ortivum ne, an occiduum Herculanei latus ea villa occupaverit, ne Sibylla quidem consulta ediderit. At cum *pulcherrimam* laudatus Seneca (qui unus notitiae villae eius auctor, & fundus est) dixerit, huius breviloquentia satis innuit, nihil ad illius elegantiam, & magnificentiam defuisse.

XII. Pagus Felix in Suburbio Pompeiorum. II. Eiusdem autem naturae, ac Retina, fuit *Pagus Felix* in Pompeiorum suburbio, quem licet in veterum scriptis inauditum, nuper in excavandis Pompeiis deteximus. Etenim extra urbis portam, qua satis amplae villae pars pseudurbana detecta est, inscriptio parieti adfixa legitur:

M.ARRIVS.Ɔ.L.DIOMEDES
SIBI.SVIS.MEMORIAE
MAGISTER.PAG.AVG.FELIC.SVBVRB

Et ne quid ambigas, in marmorea herma, cui caput aereum impositum est, & in Regio Museo adservatur:

C . NORBANI
SORICIS
SECVNDARVM (11)
MAG . PAGI
AVG . FELICIS
SVBVRBANI
EX . D . D
LOC . D

Ubi autem proprie constiterit is pagus, num extra occidentalem portam, quae eruta est, & ubi Arrii monumentum cum epigraphe visitur, an ad boream, an ad ortum manserit, explorare adhuc non licuit.

XIII. Cur dictus Augustus Felix. Eccur vero eidem *Augusti Felicis* nomen haeserit, id iucundius foret divinare. Et quidem supra *Cap. X* coniecturam produximus, *Felicem* fortasse dictum a Sp. Felice, quem vidimus tam vasta latifundia possedisse, ut nongentum tabernas in suis praediis haberet; siquidem Iulia eius filia & haeres una proscriptione cum balneo, & venerio locandas edixerat. Tam magnus enim tabernarum numerus cum coenaculis, & pergulis, si in suburbio fuit, pagum non infrequentem constituere poterat, & a *Felice* domino nomen obtinere. Sed altera *Augusti* adpellatio aliorsum nos ducit; quippe cum compertum satis sit, *Felices Augustas* dictas colonias fuisse (ut ὁ πάνυ Mazochius in immortali opere de *Camp. Amphith.* fuse docet), quae Sylla auctore deductae fuerant, & ab Octavio Augusto supplementum adceperant. Sic Capua *Iulia Felix Augusta* apud eumdem Mazochium, sic *Col.Fel.Aug. Nola* apud Gruterum *p. 1085 n. 14* dictae inveniuntur, in quibus de huiusce nomenclationis ratione dubitare non licet. Itaque cum ostensum sit, pari fortuna Pompeianos agri parte multatos fuisse, eamque veteranis fuisse adsignatam, quid pronius, quam suspicari pagum illum, qui ex hisce novis colonis constiterit, *Felicis* agnomen sibi sumsisse? Quod si id verisimillimum adpareat, pari ratione concludes, & *Augusti* adpellationem inde derivandam, quod & ab Augusto supplementum eodem fuerit immissum. Si autem quaeras, cur non *Colonia*, sed simpliciter *Pagus* dictus fuerit, statim reponam: quia *Coloniae* cognomentum ante Neronem Pompeii numquam habuerunt; imo vero hinc validius argumentum adcedet iis, quae *Cap. VIII* protulimus. At inquies, non *Felix Aug.*, ut Capua, & Nola, sed *Aug. Felix*, inverso temporum ordine, dictus est Pagus. Id autem nullum negotium facessere debet; siquidem nihil facilius, quam ut adsentatione in Augustum vivum, eius agnomen demortui Syllae agnomini praeponerent. Quod si exemplum quaeris, en apud Peregrinium in *Camp. p. 745*: COLONIA . IVLIA . CONCORDIA . AVG . FELIX . BENEVENTVM. Interim dubitari nequit, quin sub continuo adgestionum tumulo Pagus ille iaceat, qui olim Pompeiorum adcessio fuit.

III. In aevi Theodosiani tabula, quae sibi *Peutingerianae* nomen a suo possessore quaesivit, ad Vesuvii radices magnum depingitur aedificium, quod quidem ab Nola circiter quinque passuum millibus, novem a Nuceria removetur; ita ut ibi ferme fuisse videatur, ubi hodie vicus non ignobilis *Palma* dicitur. Adscriptum autem legitur *ad Teglanum*. Procul dubio praepositio *ad* notat, ibi aliquando *Teglanum* oppidum constitisse. Sed pro *Teglanum* scribendum, sive potius legendum fuisse *Tegianum* dubitari non sinit Neapolitanum elegans marmor apud Gruterum *pag. 484 num. 6*, & apud Engenium *pag. 55* po-

(11) Qui scilicet secundas partes in scena ageret.

positum cuidam *A. Veratio A. F. Severiano Equiti Rom. Cur. Reip. Tegianensium*. Et urbis quidem nomen Holstenius, media syllaba eiecta, in *Teanensium*, alii in aliud refinxerunt. Sed frustra sunt, cum marmor ipsum Neapoli in templo S. Ioannis Maioris exstans de se sic loquatur. Et ea igitur urbs eiectamentis Vesuvii oppressa in perpetuum latuit.

XIV. *Oplontis* ubi steterit.

IV. In eadem tabula inter Herculaneum, & Pompeios locus alius depingitur cum inscripto nomine *Oplontis*, & nota VI, ita ut sex vetera milliaria (IV scilicet nostratia, & passus LXXX) ab Herculaneo distaret, & tria a Pompeiis: atque adeo ferme respondeat ei pago, qui hodie dicitur *Torre dell' Annunciata*, ubi Pompeios fuisse positos nostrates Eruditi olim putarunt, ut fuse disseruimus *Cap. IV*. Hoc autem oppidulum tenuis fortunae, a reliquis Geographis praetermissum, fortasse post Titi tempora adsurrexit; sed si antea exstitit, & tabulae auctor ex veteribus descripsit, communi inundatione tum periisse adfirmabimus.

XV. *Cosa*, vel *Cora* ubi posita.

V. *Cosam* nescio quam Herculaneo, & Pompeiis proximam fuisse ostendit Velleius Paterculus *lib. II c. 2* de Minatio Magio atavo suo sic loquens: *Tantam hoc bello* (sociali) *Romanis fidem praestitit, ut . . . Herculaneum . . . caperet, Pompeios cum L. Sulla oppugnaret, Cosamque occuparet*. At misere de huius *Cosae* positu certant interpretes. Nos libenter Peregrinio subscribimus (*Disc. II*), qui unum idemque oppidum Velleii *Cosam* fuisse, ac *L. Flori* (*III 20*) *Coram*, sive ut alii *Choram*, vel *Thoram*, quam a Spartaci satellitio pervastatam narrat. Vtraque profecto, ut ex ipsorum verbis conficitur, ad Vesuvii radices esse debuit, & ultra Pompeios. Magius enim, teste Paterculo post oppugnatos Pompeios *Cosam occupavit*: Spartacus vero, auctore Plutarcho in *Vita Crassi*, e Vesuvio dilapsus versus Pompeios exercitum duxit. Narrat enim parum absuisse, quin Cossinius Consul Crassi conlega a P. Varino Spartaci satellite interficeretur λουμενος περι Σαλινας, *cum lavaretur ad Salinas*; ubi autem hae *Salinae* steterint, scilicet sub Pompeios, satis docuimus *Cap. V* §. *X*. Atqui, teste Floro, Spartacus e Vesuvio egressus, *deinceps Coram* venit, inde *Nolam, atque Nuceriam* populatus est. Nulli igitur dubium, quin in orientali Vesuvii regione post Pompeios tum *Cora*, tum *Cosa* posita fuerit; atque adeo pro una eademque habenda, quae tum temporis simul cum Pompeiis disparuerit, Quare idem Peregrinius suspicabatur, ibi positam fuisse, ubi *Civita* dicitur; sed illic Pompeios iacere, uti ipsemet alibi felicius coniecit, iam deprehendimus. Nos vero *Cosam* potius, quam *Coram* adpellandam esse ducimus ex iis, quae *Cap. VII n. 3* adstruximus. Unum tamen eius excidio opponi posset, quod Anastasius Bibliothecarius in *Silvestro* meminit nescio cuius *Massae Stabitanae in territorio Corano*. Sed ubi haec steterit, quis definiet?

XVI. *Taurania* ubi posita.

VI. De *Taurania* nihil dicam, quippe quam proxime ante Titianam exardescentiam Plinius (*lib. III cap. 5*) *intercidisse* in eadem regione scripserat. At quid suspicari vetat, quam uti moribundam Plinius recensuerat, a Sylla fortasse, aeque ac Stabiae, de quibus ante loquutus erat, excisam, eamdem postea montis vomitionibus penitus fuisse deletam? De ea vide Capacium, & adcuratissimum Peregrinium, qui iure pernegat, quod Capacio placuerat, eam olim fuisse positam, ubi nunc *Civita* dicitur, & Pompeii eruuntur; quare versum Nolanum agrum ablegat, quod libenter admittimus. Namque hodie haud longo a Palma intervallo ad Vesuvii radices locus est, vulgo dictus *Tauranum*, ubi veterem Tauraniam olim fuisse perquam verisimile fit.

XVII. *Veseris*, an urbs.

VII. Fuit fortasse & alia urbs ad Boreale montis latus, si credimus Cluverio, & Peregrinio, *Veseris* nomine, & quidem non ignobilis, quando ad eam bello Latino P. Decius se pro exercitus salute devovit. Nota est devotionis eius ex Cicerone, Livio, Valerio Maximo historia, qui omnes *ad Veserim*, vel *apud Veserim* factam dicunt (12). Lis tamen est inter eruditos, urbs ne Veseris fuerit, ut Cluverius contendit, an fluvius, ut Aurelius Victor diserte scripsit; an potius urbs simul, & amnis cognomines olim exstiterint, quod visum est nostro Peregrinio, qui Victoris testimonio fractus de amne Veseri dubitare non est ausus (13). Sed cum comperisset litteratum lapi-

(12) Livius *lib. VIII cap. 8*: *Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat*.

(13) An Veseris idem, ac Sebethus fuerit, ut putat Peregrinius, definire non audemus; illud tamen ex Livii narratione palam fit, eam pugnam post septentrionale Vesuvii latus fuisse consertam, h. e. in agro Nolano, vel in ea vicinia; siquidem Latinorum castra prope Capuam erant posita, indeque victi se Minturnas contulerunt. Atqui hodiernus Sebethus indidem e radicibus Vesuvii se prodit, influens in amplum illum campum, qui dicitur *la Bolla*. Neque novum est, unum eumdemque fluvium alio nomine in origi-ne,

lapidem, quod Capuae proſtat, *M. Veſerio Iucundiano* poſitum, gentem *Veſeriam*, non quidem a flumine, ſed ab oppido Veſeri nomen traxiſſe ſibi perſuaſit. Quod ſi ita ſe res habuit, & urbem Veſerim eadem adgeſtione tectam ſubſediſſe dices, ut nulla amplius eius memoria exſtiterit.

VIII. Denique eadem eruptione peſſum ivit oppidum Stabiae; ſed de eo latius diſſeremus capite ſequenti.

CAP. XIII.

De Stabiarum vicibus, varioque ſitu.

I. Stabiae a Sylla deletae.

Stabiae, quo Senior Plinius ad amicum Pomponianum, debacchante Veſuvio, perrexerat, non amplius oppidum erat, ut antiquitus, ſatis celebre, ſed iam pridem a L. Sylla deletum in plures vicos per Stabianum agrum ſparſos aberat, ut idem Plinius *Natur. lib. III cap. 5* teſtatur: *in Campano agro Stabiae oppidum fuere uſque ad Pompeium, & L. Carbonem Coss. pridie Kal. Maias: quo die L. Sylla legatus bello ſociali id delevit, quod nunc in villas abiit. Villa* enim heic tantundem valet, ac *vicus*, ut obſervavimus *Cap. XII.* Itaque deleto Oppido vicatim Stabienſes habitare coeperunt; ac proinde fruſtra quaeres, ubi Stabiae oppidum ante annos centum fere & quinquaginta conſtiterit: ad mare ne, an ſupra editos colles quis divinaverit? Id unum nobis exploratum eſt, veraciſſimum fuiſſe Plinium, cum *in villas oppidum abiſſe* dixit. Etenim cum ibidem effodiſſemus, nonniſi ſparſas per agrum domus partim ruſticas, partim pſeudurbanas invenimus, ut *Parte II Cap. IV* narrabimus.

II. Sub Tito ſepultae.

Ejuſmodi autem aedificia cum pumicibus obruta deprendiſſemus, qui Pompeianis omnino ſunt ſimiles, non alio tempore id eveniſſe patet, quam cum Pompeiorum urbs deleta fuit. Ipſa enim teterrima nocte, uti iunior Plinius *lib. VI ep. 16* teſtatur, Stabiis *area, ex qua diaeta* (ubi avunculus ſe receperat) *adibatur, ita iam cinere, mixtiſque pumicibus oppleta ſurrexerat, ut ſi longior in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur*. Et quidem poſtea ita adſurrexit, ut aedificia, ſaltem humiliora, ſemiſepeliret. Inveniuntur enim hodie pumices, & cinis ad altitudinem ferme palmorum novem.

III. Ubi primitus conſtiterint.

Ea porro rudera, quae Regio iuſſu effoſſa fuere, ibi iacent, ubi hodie adpellant *Varano*, haud longe ab hodierno *Caſtro ad mare*, & a mari abeſt vix unius milliaris ſpatio; ita ut ibidem ferme poſitam fuiſſe Pomponiani domum, quem Plinius ea nocte convenit, putem. Non longe enim a mari ipſa aberat, ut e iunioris Plinii narratione eruitur (1). Atque ibidem fortaſſe vetus oppidum ſteterat a Sylla exciſum; ſed id definire non audeo.

IV. Stabiani agri extenſio.

Ceterum eius ager hinc inde longe protendebatur. Etenim, teſte eodem Naturalium Scriptore (2) in agro Stabiano tum *Petra Herculis* (h. e. ſcopulus ille, qui medio aevo dictus eſt *Inſula Rubeliana*, & *Robilianum*, hodie *Revigliano*) tum etiam aqua, quae hodieque dicitur *Dimidia* (3) continebantur. Itaque cum eo tempore Stabiae, ut iunior Plinius ait, a Veſuvina plaga, h. e. a Pompeiis *dirimerentur ſinu medio; nam ſenſim circumactis curvatiſque litoribus mare infundebatur;* cumque, ut ſuperius oſtendimus *Cap. V*, totus ille ſinus in duos minores ſubdivideretur, alterum nempe minorem, qui duobus punctis Oplontide, & *Bottaro* continebatur, & ad occiduum Pompeiorum latus permeabat, alterum vero maiorem, qui inter *Bottarum*, & Stabias claudebatur, & in imo receſſu ad uſque Vallem dirutam pertinebat; nullus dubito, quin, ſicuti profundioris ſinus illius dextera, ſive meridionalis ora ad Pompeianum agrum pertineret, ſic quae in imo eſſet, ad Nucerinos, quae vero ad laevam in ſatis recurvo litore, Stabiani agri limes foret.

V. Nucerinus ager ad mare excurrebat.

Et quidem Nucerinos ad mare uſque ſuum agrum protendiſſe, Plinius ſatis oſtendit, cum *Lib. III cap. 4* ait: *litore autem hoc Neapolis Chalcidenſium ... Herculaneum, Pompeii; haud procul, adſpectante monte Veſuvio, ager Nucerinus eſt, IX millibus paſſuum a mari ipſa Nuceria*. Quibus in verbis apertiſſime vides agrum Nu-

ne, alio in decurſu adpellari, vel diverſos eiuſdem rivulos varia nomenclatione diſtingui. Fortaſſe igitur unus idemque fluvius origine fuerunt Veſeris, & Sebethus: fortaſſe etiam, qui olim Veſeris dictus, nunc Sebethus vulgo audit ab antiquo diverſus, cui alias aquas, aliumque curſum ſubter Neapolim quidam eruditi adſignant; numquam tamen binominem eumdem fluvium dices, ut Peregrinio placuit.

(1) *Lib. VI ep. 16: Placuit egredi in litus, & e proximo adſpicere, ecquid mare iam admitteret*. Ergo non multum a mari Pomponiani domus diſtabat.

(2) *Lib. 32 cap. 2: in Stabiano Campaniae ad Herculis Petram melanuri in mare panem obiectum rapiunt*.

(3) *Lib. 31 cap. 2: in agro Stabiano aqua, quae vocatur Dimidia, calculoſis medetur*.

Nucerinum ad litus uſque procurriſſe, etſi ipſa Nuceria, ut diligentiſſimus ſcriptor monet, a mari IX millibus paſſuum diſtaret.

VI. Marmor Nuceriae, & Stabiarum fines deſignans.

Sed aliud quoque eius rei monumentum prae manibus habemus, quod nempe ex effoſſionibus Stabianis prodiit. Illud autem eſt marmor, quod licet mutilum, veteres tamen Stabiani agri terminos eo in loco fuiſſe, ubi poſitum eruimus, ſatis deſignat. Loquitur enim de duobus continuis aedificiis, quorum alterum ad Nucerinos, alterum ad Stabianos pertineret. Quod ſatis ſuperque indicat in ipſo agrorum confinium limite ſic ambo poſita fuiſſe, ut fere promiſcua eſſent. Iam vero huiuſmodi marmor, & amborum aedificiorum rudera paullo infra eum locum invenimus, ubi hodie exſtat aedicula *S. Mariae Gratiarum* ſub *Lactario monte*, (h.e. *di Lettere*). Arguimus igitur, & quae olim eſſet ſinus illius profunditas (illinc enim, ut diximus, ad *Vallem dirutam*, hinc fere ad indicata aedificiorum rudera procurrebat) & quota pars Nucerino agro adcederet, hoc eſt, quantum a *Valle diruta* ad hunc uſque locum protenderetur, & quota denique Stabiarum iuris eſſet.

VII. Suppleti marmoris ratio.

Mutilum autem marmor cum noſtro ſupplemento in *Tab. XVIII* habes, & eruti utriuſque aedificii ichnographiam. Sed operae pretium eſt eius ſupplementi rationes in medium proferre, quo carius monumentum iſtud evadat. Quod autem ad primam lineam adtinet te nihil moror. Facile enim mihi concedes, nomen AESIVS reſtituendum eſſe CAESIVS, quod paſſim occurrit. Praenomen vero, niſi adrideat M., repone SP., vel aliud quodcumque, modo exilis admodum littera non ſit, ne ſpatium redundet.

VIII. Bidental an idem, ac Puteal.

Sed altera linea plus negotii faceſſit. Principio enim reſidua ſyllaba TAL exſerta voce reſtituendum eſſe *BIDENTAL* poſcit; nec alia enim in Latinis lexicis vox cum huiuſmodi deſinentia occurret. At novi, quid oppones. *Bidental* idem ferme eſt, ac *Puteal*, ara ſcilicet, quae locis de caelo tactis imponeretur, Tuſca religione: quae ara, quia putei crepidinem referret, *Puteal*, quia vero ibidem bidentibus ſacrificaretur, *Bidental* dicebatur, ut arguere licet a Flacco in fine *Artis: utrum minxerit in patrios cineres, an triſte Bidental Moverit inceſtus*. Quomodo ergo, dices, *bidental* huiuſmodi *labantibus marmoribus vexari* poterat, ut *provide reſtitui* indigeret? Atqui aliter ſe res habet. Aliud enim eſt *Puteal*, aliud *Bidental*; etſi non negamus aliud pro alio ab Horatio, poëtica licentia, poſitum; quippe ad unam eamdemque religionem ſaepe pertinebant. Quidquid enim ſit de huiuſce vocis *Bidental* origine, quam Mazochius *in Addit. ad Voſs.* a Chaldaico בירתא *biranta*, *palatium*, derivat, illud pro certo haberi poteſt, quod idem eruditiſſimus Vir docet, Bidental fuiſſe quoddam templi genus, quod puteali circumponeretur. Feſtus enim apertiſſime id docuit, cum ait: *Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus ſacrificaretur*; etſi fruſtra Scaliger (vir cetera doctiſſimus) tamquam ſpuria, & a mutilatore Paulo male textui adſuta, reiecerit verba *quoddam templum*. At Pauſanias *lib. V c. 14* genuinam Feſti ſententiam hiſce verbis tuetur: του δε καταιβατου Διος προβεβληται μεν πανταχοθεν περι του βωμου φραγμα, *Iovis Catabatae ara ſepto undique ſepimento ambitur*. Quibus verbis duo Pauſanias agnovit in ritu procurandi fulminis tum βωμον, *aram*, tum φραγμα *ſeptum* circa aram. Sic etiam Pollux *lib. IX, 41* ait τα ενηλυτια h.e. *fulgurita loca* fuiſſe περιερχθεντα *circumſepta*. Inter Latinos vero idem erui poteſt ex Apuleio; nam quae in *De Deo Socratis* adpellat *fulgurita Bidentalia*, eadem non longe ab initio *Floridorum* dicit *colliculos ſepimine conſecratos* (fortaſſe enim colliculum h. e. humum adgeſtam loco putealis, qui parcere impenſis vellent, ibidem imponebant, quam deinde macerie conſepiebant); nec non e Sidonio *carm. 9 ad Felicem Cos.*, qui rem clarius exponit:

Nec quae fulmine Tuſcus expiato,
Septum *numina quaerit ad* Bidental.

Haec omnia iamdiu obſervaverat Mazochius, ut doceret Bidental a Puteali, origine ſaltem diverſum fuiſſe. His addam Vitruvium, qui *lib. I, cap. 2* omnem, puto, dubitationem aufert, cum de aedificiis, quae ſub divo conſtituebantur, verba facit: *Iovi Fulguri, & Caelo, & Soli, & Lunae aedificia ſub divo, hypethraque conſtituuntur*. Si enim *Iovi Fulgori* h. e. καταβαται praeter aras, ſive *putealia*, aedificia conſtituebantur ſub divo, quae alia illa erant, niſi Bidentalia? Iure igitur Feſtus ait, *quoddam templum*, & quidem de illorum genere, quae *minora templa* dicebantur. Etenim, auctore eodem, *Minora templa fiunt ab Auguribus, quum loca aliqua tabulis, aut linteis ſepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant*.

IX. Vitruvii, & Feſti auctoritas.

Id autem veriſſimum eſſe, monumentum nuperrime Pompeiis effoſſum abunde docet. Cum enim haec ſcripſeramus, forte for-

X. Puteal, & Bidental Pompeiis eruta.

ſortuna Puteal, & Bidental ibidem prodierunt. In eo enim clivo, qui Porticibus Pompeianis imminet ſecus regiam viam, lapides aliquot adgeſti erant, tellure cooperti, & in ſemicircularem ſedilium formam diſpoſiti, quos cum e terra eruiſſent operae, inventae ſunt columellae tophaceae aliquot, earumque epiſtylia; ac praeterea putei os, h. e. cylinder lapideus pertuſus, tornoque elaboratus; cumque deterſum fuerit ſolum illud, adparuerunt luculentiſſime totius aedificationis veſtigia, adeo ut, niſi lapides aliquot deperiiſſent, facile fuerit denuo reſtituere. Itaque eius ichnographiam, & ſcenographiam dedimus *Tab. XIX*, & *XX*. Ibi vides putei επιστομιον, non quidem hauriendae aquae adcommodatum; nec enim excavati putei veſtigium ullum exſtat, & puteal ipſum non modo nullum funium attritum, ut in veris puteis, exhibet, ſed etiam adeo rude & ſcabrum eſt poſt tot ſaecula, ut ſacrum & intactum fuiſſe ſtatim pateat. Habet praeterea exterius ſepimentum in templi rotundi formam columnis Thuſcanici ordinis ornatum, quibus tantummodo epiſtylium, ſed nullus fornex eſſet impoſitus (4).

XI. Oſca epigraphe interpretatur.

In ipſo autem epiſtylio legere eſt epigraphen oſcis characteribus nitidiſſime impoſitam:

ꓩVT · ЯƎW · ƊT . ZIIBƎƊTIN
ЯƎ88NNNWNN

Quae latinis elementis reddita ſonat: NITREBES . TR . MED . TVH . AAMANAPPHED (5). Quam autem ſententiam illa contineat, facili negotio adſequeris. NITREBIIS enim non aliud, quam proprium nomen exhibet, pari quidem deſinentia, ac SLABIIS in menſa Herculanenſi. Sigla illa TR prima fronte ſe prodit poſitam pro TER. Namque animadverſum eſt ab adcuratiſſimo Lanzio *Tom. I p. 118*, veteres populos ſaepe vocales reticuiſſe praeſertim eas, *quas ſyllaba nomine ſuo exprimit*, ut loquitur Quintilianus *lib. I cap. 7*; quemadmodum poſt T reticebant E, quia ipſo nomine ſonaret TE. Voculam autem TER non eſt, cur Oſcis abiudicemus; praeſertim cum in Tabulis Eugubinis occurrat *Tertie, tertiu, tertim* pro tertium. Quod ſi malis legere heic quoque *tertim*, non abnuo; idem enim eſt, *ter Meddis Tuticus*, ac *tertium Meddis Tuticus*. Nemo autem, puto, dubitaverit, quin voces MED . TVH . ſignificent *Meddis Tuticus*. Quid denique ſibi volet vox AAMANAPPHED? Per me explica: *Septum poſuit*. Etenim & verbum ipſa ſententia poſtulat, & cadentia verbalis eſt, aeque ac in voce PRVPPHED abaci Herculanenſis. Ipſam autem ab *am*, *circum* derivare pronum eſt. Sicuti enim ab *am* veteres Latini fecerunt *ambire*, & *amnis* (5), quia circumeat, ita *amanafferre* pro *ambire*, *circumdare*, *ſeptum ponere* dixerunt Oſci. Tota ergo ſententia eſt; NITREBES TER MEDDIS TVTICVS SEPTO CONCLVSIT.

Cum igitur haec pro exploratis haberi queant, nullus dubito, quin Puteal a Bidentali diverſum fuerit, atque Bidental templi genus circa puteal poſitum, quo profani ab eo arcerentur; etſi per ſynecdochen alterum pro altero aliquando ſumeretur, uti apud Flaccum *l. c.*

XII. Quae edificia cum Stabiano marmore eruta.

Iam vero in Stabiano, unde erutum eſt, de quo loquimur, marmor, duorum aedificiorum rudera invenimus: alterum quidem parvi templi formam referens cum cella, ſive ſacrario, ut habes num. 1; alterum vero duplex eſt; continet enim duo ſepta, ſingula uno aditu patentia, in quorum medio ſingulae arae ſurgunt, ut num. 2, 3. Atqui arae ſolidae illae ſunt e calce, & cementis fabrefactae, & quidem cubicae, non putealia, ſive arae cylindricae pertuſae. Praeterea bina illa ſepta ſic gemella ſunt, ut eodem tempore, eademque architectura formata eſſe adpareant, atque adeo arae illae ſic poſitae ſunt, ut prorſus parallelae ſeſe reſpiciant. Ita ut monſtroſiſſimum fuerit, & omnibus Tuſcorum piaculis vix procurandum oſtentum iſtud, ut duo fulmina ſic parallela deciderent uno eodemque tempore. Fulgurita igitur loca illa fuiſſe non videntur.

Ergo,

(4) Huiuſmodi aedes ſacras, & Tuſcanicae rationis fuiſſe, & monopteras adpellatas docet Vitruvius *lib. IV cap. 7*: *De Tuſcanis rationibus aedium ſacrarum. Fiunt aedes rotundae, e quibus aliae monopterae ſine cella columnatae conſtituuntur*.

(5) Vide in breviſſima epigraphe, quae vix quinque voculis conſtat, ambo elementa Я & Ɗ; & quod caput eſt, quam conſtans ſit illa Oſcorum orthographia? In voce enim MED, & in verbi deſinentia elementum Я viſitur, aeque ac in abaco Herculanenſi. Dic nunc ambo elementa eumdem ſonum habuiſſe.

(5) Varro *lib. IV de* L. L.: *Amnis id flumen eſt, quod circuit aliquid, nam ab ambitu amnis . . . . itaque Tiberis amnis, quia ambit Martium campum, & urbem*. Et paullo ante: *Ambitur iter, quod circumeundo teritur; nam ambitus circuitus*.

XIII. *Septa Bidentalia* adpellanda.

Ergo, inquies, ne Bidentalia quidem illa septa adpellabis? Quidni? Inveniant Eruditi vocem aliam in TAL desinentem, quae vacuum illud implere queat, & aedificiorum ichnographiae respondeat. Ego vero libenter concedam *fulgurita bidentalia* illa non fuisse; sed tamen Bidentalia contendo. Etenim non de nihilo est, quod Scriptores, cum de bidentali circa puteal posito verba facerent, constanter certis additis illud distinxerint; sic *triste* Horatius, *triste evitandumque* Persius *Sat.II*, & *fulguritorum bidentalia* Apuleius dixit. Sidonius vero, etsi tantummodo *septum bidental* scribat, tamen de quo *bidentali* loquatur, satis indicat, cum ait *fulmine Tuscus expiato*. Atqui, inquies, ubinam invenisti bidentalia, quae nec *tristia*, nec *fulgurita* essent? Possem quidem proferre Nucerina haec bidentalia, sed ne idem per idem probare videar, testem do locupletissimum Festum, qui *l.c.* sic definit: *Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus sacrificaretur*. Ergo per Festum Bidental cum Puteali nullam necessariam adfinitatem habebat. Omnia enim minora templa quibuscumque Diis sacra, in cuius medio ara extollebatur, ad bidentes sacrificandas, Bidentalia dicebantur: in quorum numero, cum esset templum illud, quod sepimenti loco circa puteal, sive aram fulguritam statuebatur, Bidental item adpellabant, & quidem ad aliorum discrimen, *triste*, & *evitandum*. Aliter diligentissimus Scriptor non satis habuisset dicere *quoddam templum*, sed utique addidisset, *quod in locis de caelo tactis aedificatur*, vel huiusmodi alia, quae rem propius definirent.

XIV. Quinam fore *Bidentales* Sacerdotes.

Id autem manifestius eruitur e *Bidentalibus Sacerdotibus*, quorum mentio occurrit in duabus Inscriptionibus apud *Gruter. pag. 96 n. 5*: *SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRVM SEX. POMPEIVS SP. F. COL. MVSSIANVS QVINQVENNALIS DECVRIO BIDENTALIS DONVM DEDIT*, & *num.6*: *SANCTO SANCO SEMONI DEO FIDIO SACRVM PECVNIA SACERDOTVM BIDENTALIVM RECIPERATIS VECTIGALIBVS*. Quis enim sibi persuadeat *Bidentales* dictos, qui *fulmina procurabant*, ut Cl. Forcellinius in suo locupletissimo lexico adnotat? An tot fulmina quotannis Romae decidere solebant, ut integrae Decuriae Sacerdotum ipsis procurandis forent necessarii, quibus pingue sacerdotium, adsignatis vectigalibus, foret constitutum? Id quidem verisimile non fit. Sed quid tricas nectimus, si ex ipsis litteratis lapidibus manifestum fit, cui numini huiusmodi Sacerdotes essent sacri, *Sanco* scilicet *Semoni Deo Fidio*, qui utique non fulgur erat, sive *Iupiter fulgurator*, cui fulgurita consecrabantur, sed Hercules, *quem teste Propertio lib. IV eleg. 9*, *quoniam manibus purgatum sanxerat orbem*, *Sic Sancum Tatii composuere cures*. *Bidentales* igitur Herculi, & fortasse aliis *Semonibus*, h. e. Diis minorum gentium, erant sacri, quibus minora templa statuebantur. Hisce igitur argumentis permotus duo illa aedificia *bidentalia* adpellare non dubito; itaque in marmore DVO BIDENTAL, (curtata voce, ut in quinta linea MARMORIB.) restituendum duco.

Veniamus nunc ad quartam lineam, cuius gratia totam epigraphem illustrandam suscepimus, ubi de *Aede Genii Stabiarum* fit mentio. Mutilam primam vocem, quae procul dubio epitheton est ad *Aedem* pertinens, restitui VETVSTAM; namque & spatium complet, & rei convenire videtur. Etenim cum habeamus lapidem *Decurionum decreto* positum, rogo cuiates isti Decuriones erant? Nuceriae ne, an Stabiarum? Nucerinos utique putem. Non tantum quia Bidentalia Nuceriae Stabianae Aedi in marmore praeponuntur; sed potissimum quia non alia de causa iidem Decuriones duo diversae iurisdictionis loca procurare poterant, nisi alterutrum intercidisset. Iam vero a Syllae aetate Stabias deletas fuisse novimus, Nuceriam vero stetisse, & Romanorum Coloniam evasisse. Igitur nullus dubito, quin de Decurionum Nucerinorum decreto marmor positum fuerit. Atque inde etiam arguo, deletis Stabiis, vel totum agrum, vel certe eius partem Nucerinis Colonis fuisse adsignatam. Et quidem characterum forma, & praecipue adcentuum notae Tiberii aetatem, ut infra docebimus (6), praeferunt, cum scilicet Nuceria floreret, & Stabiae in villas abierant. *Vetustam* igitur aedem Genii Stabiarum una religionis gratia & servaverant Nucerini, & restituendam postea decreverunt. XV. Cur *Vetusta* dicta aedes Genii Stabiarum.

Hinc porro exploratum est, eousque saltem litoralem Stabiani agri oram antiquitus pertinuisse, reliquum Nucerinorum fuisse ad usque Vallem dirutam, ubi Sarnus influebat; post excisas vero Stabias, deductamque Nucerias Coloniam veteris Stabiani agri partem Nucerino adcessisse; quod nostri pensi erat definire. XVI. Ibi igitur statuendi utriusque agri fines.

(6) De hisce adcentuum notis vide, quae *Parte III* fuse tractabimus.

XVII. Stabiae alterae in Lactario monte.

Verum totus ille ſinus, aeque ac Pompeianus alter, poſt Titianam eruptionem pumicano illo grandine obcaecatus diſparuit, & eam fere formam ſumſit, quae hodie comparet. Tum vero etiam Stabiae iterum ſurrexerunt, ſed alio in loco. Totum id colligere licet ex Galeno, qui ſexaginta & amplius annos poſt illam calamitatem floruit. Libro enim V θεραπευτικης μεθοδου *cap. 12* de Stabiarum oppido ſic ſcribit: ὁδος επ' αυτον απο της θαλαττης εις τριακοντα σταδια, και τι πλεον ου πολλῳ. το δε χωριον αυτο το επι τῃ θαλαττῃ αἱ Σταβιαι κατα τον πυθμενα του κολπου, ὁς (7) μαλιστα εστι του μεταξυ Σουρεντου τε, και Νεαπολεως εν τῃ πλευρᾳ μαλλον τῃ κατα Σουρεντον. αυτη δε ἡ πλευρα πασα λοφος ευμεγεθης, μακρος εις το Τυρρηνον εξηκον πελαγος; *via, quae ducit ad ipſum* (*locum* nempe, quem deſcribit aegris ſaluberrimum) *a mari diſtat triginta ſtadiis, & amplius etiam, ſed non multum: oppidulum autem ſupra mare poſitum Stabiae ad receſſum illius ſinus, qui potiſſimum eſt inter Surrentum, & Neapolim, ſed magis in ea coſta, quae eſt ad Surrentum: ipſa vero coſta omnis mons eſt quam magnus, longitudine in Tyrrhenum mare porrectus*. Ex hac autem graphica deſcriptione diſcimus Galeni aetate χωριον, *oppidulum* Stabiarum in montano loco, επι τῃ θαλαττῃ *ſupra mare* fuiſſe, ſed ab eo triginta & amplius ſtadiis diſſitum, & proprie ſupra fundum illius ſinus, qui eſt inter Surrentum, & Neapolim. Iam vero maior illius ſinus profunditas hodie eſt ad urbem *Caſtri ad mare*. Hinc autem ſi recta adſcendas montem verſus per ſtadia triginta & paullo plus, ſcilicet quatuor antiqua milliaria, ipſum *Lactarium* montem, ſeu hodiernam urbem *Lettere*, invenies, qui ſcilicet a lactis celebritate nomen ſumſit. Atqui Galenus de lactis ipſius ſalubritate ſermonem eo capite inſtituit (8), quare ad eum locum petendum, quotquot exulcerata aſpera arteria laborarent, hortatur, ideoque tam exacte eum deſcribit. Itaque in dubium revocari nequit, quin in Lactario monte Stabiae tum poſitae fuerint, & ſinus, prout eſt hodie, repulſo mari, vix ſub *Caſtro ad mare* aliquantulum profundior fieret. Secus enim ſi ex antiqui ſinus profunditate triginta ſtadia dimetiaris, te ducent ultra montes in planam regionem prope a Nuceria. Galeno concinit Symmachus, qui quarto labente ſaeculo ſcripſit *lib.IV ep.18: Stabias ire deſiderant, ut reliquias longae aegritudinis armentali lacte depellant*. Et ſane ſub idem tempus oppidum Epiſcopale evaſit; namque anno 499. invenitur Urſus Epiſcopus Stabianus Romanae Synodo ſub Symmacho Papa ſubſcripſiſſe. Fortaſſe monumentorum inopia altiorem eius ſedis antiquitatem occulit.

XVIII. An ibidem conſtiterint ſexto ſaeculo.

En igitur altera Stabiarum poſitio in *Lactario monte*, quo Procopius *lib.IV de Bell. Goth.* narrat Gothos a Graecis fuſos confugiſſe (9). Sed ex Procopii verbis id etiam coniici poteſt, iam ſexto Eccleſiae ſaeculo, cum ipſe ſcribebat, Stabias alio commigraſſe. Si enim in Lactario monte oppidum Epiſcopale Stabiarum adhuc ſtetiſſet, non utique diligens Hiſtoricus dicere omiſiſſet, Gothos in illud oppidum ſe recepiſſe.

XIX. Nova urbs *Caſtri maris de Stabia*.

Atqui in dubium vocari nequit, quin in ſubpoſito maris ſinu portum, & ſuburbium commercii gratia conſtituerint Stabiani, quod ſuburbium e maris opportunitate paullatim creſcens, iuſtam urbem poſtea conſtituit, quae in veteribus membranis dicitur *Caſtrum maris*, vel *Civitas Caſtri maris de Stabia*: quae adpellatio ſatis innuit, eam urbem principio nihil aliud fuiſſe, quam *Caſtrum* principis urbis ad mare poſitum. Id autem Graeca epigraphe ibidem inventa, & a Capacio in *Appendice* ſic relata docet:

ΠΡΟΑΣΤΕΙΑ · ΛΙΜΙΝΤΕ · ΠΡΟΣ · ΠΟΛΙΤΗΙΟΝ · ΚΑΙ · ΝΑVΤΙ
ΛΟΙΟΝ · ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΤΗΝ · ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ · ΣΤΑΒΙΟΙ Σ · Σ
ΔΙΦΙΛΟΣ · ΚΑΙΤΟΙ · ΒΡΑΔΗΣ · ΑΡΧΙΤΕΚΤΩΝ · ΠΡΟΣ . ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ
ΟΜΩΝ · ΤΑΧΥΣ · ΕΡΓΑ · ΟΛΙΜΠΙΑΔΙ · Α

Quam ipſemet Capacius vertit: *Suburbia, portumque ad civium, & nautarum commoditatem, Senatores Stabienſes conſtrui curarunt. Diphilus, quamvis tardus Architectus, ad iuſſum tamen celer, quinquennio abſolvit* (10). Cum enim ipſius orthographia,

(7) Relativum ὁς (quod e vulgatis excidit, ſed ſyntaxis requirit) ad τον πυθμενα refertur. Non enim totus ſinus, ſed eius pars receſſior eſt ad Surrentinam coſtam. Male etiam in editis legitur Ταβιαι, pro Σταβιαι.

(8) L.c. *Pervenit* (aegrotus) *ad Stabias, uſuſque eſt lacte, quod & mirificam plane vim habet, nec ſine cauſa praedicatur . . . Igitur ad lac, quod in Stabiis habetur, commendandum multa concurrunt, & locus ipſe ſatis editus, & aër illi circumlatus, ſiccus, & paſcuum pecoribus ſalubre.*

(9) *Lactarii montis* meminit etiam Caſſiodorus.

(10) Inde tamen minime colliges, quod Capacio placuit, ſatis prope eum portum veteres Stabias fuiſſe.

graphia, & dictio ingenium quinti saeculi prodat, quo tempore ea loca Orientis imperio adcesserant; iam tum civitas *Castri maris*, seu novae *Stabiae* surgere coeperunt: in quam demum tum Optimates, tum Episcopus ipse Stabiensis montana perosi domicilia transtulerunt. Adeo ut anno 984, diviso territorio Stabiano, duae Episcopales Cathedrae ibidem constitutae fuerint; altera nempe in veteri Lactarii montis oppido, quae dicta est *Litterensis*; altera vero *Stabiensis* in nova Castri maris urbe, ubi iamdudum Stabienses Episcopi sedem fixerant. Itaque, etsi Stabienses Episcopi antiquitate sua Litterensibus praecellerent, vetustior tamen Episcoporum sedes fuit oppidum *Lettere*, quam *Castrum maris de Stabia*; quamobrem, puto, ne prisco honore illud orbaretur, proprium Episcopum habere contendit, atque obtinuit. Sed de Stabiis hactenus.

C A P. XIV.

An post catastrophen illam Herculaneum, & Pompei caput rursus e ruinis emerserint.

I. Quid eruditi aliquot de obrutis urbibus opinati sunt.

Huiusmodi tractatio superflua fortasse videri poterit, posteaquam ipsas urbes in tantam altitudinem defossas nostris oculis adspeximus. Sed quoniam, pro vario hominum ingenio, nihil tam luculentum est, quod obfuscari eloquentiae, & doctrinae abusu non queat; unus atque alter eruditorum fuit, qui vel in dubium revocavit (1), vel pervicaciter contendit (2) rudera illa, immensamque supellectilem, quae Caroli Augusti Regis imperio primitus effossa fuerunt, nequaquam ad Herculaneum Titiana inflammatione obrutum pertinere, eo potissimum argumento, quod Herculaneum, & Pompeii minime ex hominum oculis tum disparuerint, sed, licet adcisae, diu steterint ad usque Theodorici tempora (3), atque adeo tum veterum testimoniis, tum ipsis Herculanensibus monumentis in lucem eductis suam opinionem confirmare studuerunt. Non abs re igitur erit, huiusmodi sophismata heic omnino exsufflare; praesertim cum ea ab aliis levi, ut aiunt, brachio oppugnata fuerint: ne, si forte in eiusmodi scripta incidant lectores, de nostra fide minus certi haereant, assensumque suum, donec iteratis studiis res liqueat, suspendant. Principio igitur quid de ea re testatum reliquerint coaevi incendio scriptores, vel qui paullo post floruere audiamus; postea vero testimonia, quibus illi abusi sunt, expendemus.

II. Quid Statius testatum liquerit.

Primus prodeat Neapolitanus noster Poëta P. Papinius Statius αὐτόπτης. Hic enim *Sylv. V Carm. 3.* montem ipsum, non paullum cineris, ut illi fabulati sunt, sed montem ipsum in miseras urbes conruisse cecinit:

Cum Pater exemtum terris ad sidera montem
Sustulit, & late miseras deiecit in urbes.

Quare admirabundus *Sylv. IV Carm.* 4 ita Marcellum adloquitur;

Mira fides! Credet ne virûm ventura propago,
Cum segetes iterum, cum iam haec deserta virebunt.
INFRA VRBES POPVLOSQVE PREMI? proavitaque toto
Rura abiisse mari?

III. An hic Poëta sibi constet.

Sed obiiciet fortasse quis, Papinium ipsum alibi aliter cecinisse, cum *Sylv. III Carm. 5* ait:

Non adeo Vesuvinus apex, & flammea diri
Montis hyems trepidis exhausit civibus urbes:
Stant, populisque vigent.

At ibi Poëta non de urbibus statim Vesuvio subiectis loquebatur; sed, ut uxorem Claudiam ad repetendos patrios lares adhortaretur, non adeo saeviisse Vesuvium reponebat, ut omnes Campaniae urbes in solitudinem redegerit, quemadmodum formidolosa mulier putabat, vel fama exaggeraverat. Hinc *stare* & *vigere* verissime aiebat Campaniae urbes. Sed quas urbes? Num Pompeios, & Herculaneum commemorat, quod ad dispellendum timorem omnem, & ad cladem extenuandam quam maxime valuisset? Minime gentium: sed Puteolos, Capuam, & Neapolim suam commemorat; ulterius vero, ubi vastitas erat, non procedit: itaque sequitur:

. . . . Heic auspice condita Phoebo
Tecta Dicarchei portus, & litora mundi
Hospita; at heic magnae tractus imitantia Romae,
Quae Capys advectis implevit moenia Teucris:
Nostra quoque haud propriis tenuis nec rara colonis Parthenope.

De-

(1) Vide Scipionis Maffei epistolam in Gorianis Symbolis Romanis *p.* 27.

(2) Huiusmodi fuit Joannes Lamius Ephemeridum Florentinarum scriptor, quem vide, si lubet, in volumine Josephi M. Mecatti, cui titulus: *Racconto Storico Filosofico del Vesuvio. Napoli* 1752.

(3) *V. Mecatti ibid. pag.* 279.

Denique cum Neapolis laudes multis carminibus cecinisset, sic pergit:

Nec desunt variae circum oblectamina vitae,

quae dum exsequitur, Baias recenset, Puteolos, Capreas, Surrentum, & Aenariam, de tota autem orientali plaga amoenissima, quam *Veneris sedem* Martialis rite adpellat, ne mutit quidem. Cur ita? nisi quia vastam desolatamque Vesuvius fecerat?

IV. Quid Martialis.

Prodeat alter coaevus Valerius Martialis, qui in pulcherrimo epigrammate *lib. I cuncta iacere flammis mersa* cecinit:

Hic est pampineis viridis modo Vesvius umbris:
Presserat heic madidos nobilis uva lacus:
Haec iuga, quam Nisae colles plus Bacchus amavit:
Hoc nuper Satyri monte dedere choros:
Haec Veneris sedes, Lacaedemone gratior illi:
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis, & tristi mersa favilla;
Nec Superi vellent hoc licuisse sibi.

V. Quid Dion Cassius.

At isti, inquient, Poëtae sunt, qui enthusiasmo perciti hyperbolis utuntur. Consulamus ergo historicos, & prorsae orationis scriptores. Audiamus Dionem Cassium gravissimum historicorum, quem quidem, utpote in vicino commorantem (4) loca adfecta lustrasse omnia, & in rem praesentem contemplatum necesse est. Is igitur in *Tito* post plurimas clades enumeratas, quas cinis Vesuvinus intulit, ait: και προσετι και πολεις δυο ΟΛΑΣ, το τε Ηρκουλανεον, και Πομπειους ΚΑΤΕΧΩΣΕ, *ad haec duas urbes TOTAS, Herculaneum, atque Pompeios SEPELIVIT.* Atqui, inquient, ista non e Dionis manu prodiere, sed ex eius breviatore Xyphilino. Ita. Sed cui bono Xyphilinus rem suo aevo notissimam exaggerasset? Potius crediderim εμφατικωτερα Dionis verba emollitum ivisse, si ipse urbes illas non omnino sepultas compertum habuisset. Sed si alii testes coëvi, minimeque suspecti concinant, nonne res erit exploratissima?

VI. Quid Plutarchus.

Nonne Plutarchus, ut *Cap. XII* disseruimus, Sybillini oraculi de eo excidio canentis veritatem post rei eventum adstruit, & inter alia ex persona Zoi praedictas ait: φθορας πολεων αμα τοσουτον, και τηλικουτων, ὡς μεθ' ἡμεραν επελθουσιν αγνοιαν ειναι και αταφειαν, όπη κατῳκουντο, της χωρας συγκεχυμενης, *tot tantarumque urbium interitus, ut, qui ea loca interdiu adeunt, ubinam conditae fuerint, decernere nequeant: usque adeo illius regionis confusa est facies.* Nonne ita factum oportuit, ut Zous narrabat, quo fidem Oraculis conciliaret?

VII. Quid Tacitus.

Nonne ad eamdem omnimodam locorum conversionem respexit Tacitus *Ann. IV, 67* cum de Tiberii villa Capreis posita scripsit: *prospectabat pulcherrimum sinum, antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret?* An modicus cinis pulcherrimum sinus prospectum ita inverterat, ut e Capreis diversa eius facies adpareret? Nonne id satis indicat, urbes in prospectu positas disparuisse?

VIII. Quid M. Aurelius Antoninus.

Anne ab his abludit suppar Philosophus M. Aurelius Antoninus, qui *lib. IV c. 30* inter alia mundanae caducitatis exempla refert: ποσαι δε πολεις ΟΛΑΙ, ἱν' ούτως ειπω, τεθνηκασιν; Ελικη, και Πομπηιος, και Ηρακλανον, και αλλαι αναριθμητοι, *quot urbes TOTAE, ut ita dicam, mortem obierunt? Elice, & Pompei, & Herculaneum?* Ubi, ne cavilleris, cum Elice, quae a mari absorpta disparuit, nostras urbes componit.

IX. Quid Tertullianus.

Adde his denique Christianum Philosophum Tertullianum, quum *lib. De Poenis c. ult.* Vesuvium ob oculos habens, qui sub Severo, h. e. ipso Scriptoris aevo, novas strages ediderat, ita loquitur: *Quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam NVLLAE EXSTENT, aut idem sibi de die sperent?* Inveniant, quaeso, Eruditi isti urbes Vesuvio proximiores, quae *nullae exstarent* flammarum impetu sublatas Tertulliani aevo, praeter nostras.

X. Quid Geographi.

Quaerent fortasse Geographorum calculum: ne is quidem desideratur. Percurrant Ptolemaeum, percurrant Antonini Itinerarium, altum invenient de Herculaneo, & Pompeiis apud veteres scriptores celebratissimis silentium, quas neque Strabo, neque Mela, neque Plinius omiserant.

XI. L. Flori testimonio male Adversarii abutuntur.

Ohe, inquies, satis testium est pro illarum urbium interitu: audiamus potius, quos adversarii pro diuturniore exsistentia producant. Cient ergo primum L. Florum M. Aurelii Antonini coaevum, qui *lib. I cap. 16* de causa, cur bellum cum Samnitibus Campaniae dominis incoeptaverint Romani, sic scribit: *Omnium non modo Italia, sed toto Orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est. Nil mollius caelo; denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo, ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari. Heic*

(4) Capuae enim saepe degebat, ut ipsemet testatur.

Heic illi nobiles portus Caieta, Misenus, & tepentes fontibus Baiae, Lucrinus, & Avernus, quaedam maris otia. Heic amicti vitibus montes, Gaurus, Phalernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuvius, Aetnei ignis imitator. Urbes ad mare Formiae, Cumae, Puteoli, Neapolis, Herculanum, Pompeii, & ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas, Romam, Chartaginemque numerata. Pro hac urbe, iis regionibus Pop. Rom. Samnitas invasit. En igitur, aiunt, Florus de ambabus urbibus, tamquam exstantibus suo aevo meminit. Cur ita? Quia praesenti verbo utitur. O inexpugnabile argumentum! Non negaverim quidem, Florum minus disertum, sapientemque scriptorem importune in Campaniae laudes excurrere voluisse, ac proinde omnia miscuisse; quare ipse merito a Perigrinio vapulavit, quod eo tempore, de quo loquitur, cum scilicet Campani se Romanis dediderunt, Capuam caput urbium fecerit, quasi tum Herculaneum, & Pompeii in Campanorum ditione adhuc forent: merito, inquam, sed non quia id ignoraverit, potius quia tam male se expresserit. Eius enim mens fuit, ut *Cap. VI* §. *XIV* ostendimus, docere, quid potissimum Romanos ad capienda in Samnites arma moverit, nempe Campania potiundi spes: id autem putavit luculentius se palam facturum, si universas Campaniae laudes simul adgereret. Adtendenda igitur unice est eius sermonis conclusio: *Pro hac urbe, iis regionibus Pop. Rom. Samnitas invasit*. Si enim singula expendas, Scriptoris levitatem illico adgnosces. In *iis* utique *regionibus* tum erant Herculaneum, & Pompeii de Samnitum ditione, & erat Capua, quae olim caput duodecim urbium fuerat: eae scilicet urbes, ut Florus autumat, cum reliqua Campania Romanorum salivam ciebant, quare occasionem movendi in Samnites, totius fere Campaniae dominos arma praestolabantur. Ipse vero descriptionem adornare voluit, in qua nova veteribus cumulavit. Herculaneum igitur, & Pompeii exstabant, cum Capua Romanis dedita fuit, non vero, cum Florus scribebat, & Vesuvius *Aetnei ignis imitator* erat. Secus dicendum, suo adhuc aevo, post tantas clades Capuam caput urbium fuisse.

XII. Nec Servius ipsis favet.

Quod si Flori testimonium ne hilum quidem suffragari adversariis valet, quid valebunt Servii verba, quae *Cap. III* recitavimus: *Veniens autem Hercules de Hispania per Campaniam, in quadam Campaniae civitate pompam triumphi sui exhibuit, unde Pompeii dicuntur Civitas.* Anne Pompeios illius Grammatici aevo incolumes stetisse persuadebitur, reclamante tot productorum testium nube, idcirco quia ipse praesens tempus *dicuntur* pro *dicta est* posuit? Anne novum est praesens, quod historicum adpellant, pro praeterito usurpari? Cur non potius illius urbis interitum e Grammatici verbis eruamus? Ait enim *in quadam Campaniae civitate*: sed si ea Civitas stabat, & Pompeii adhuc dicebatur, scribere potius debuisset: *in ea Campaniae civitate, quae Pompei dicuntur.*

XIII. Quae Servii verbis sententia subsit.

Sed in eruditorum gratiam, nugatores enim istos non moror, parumper in haec doctissimi Grammatici verba commentari ne pigeat, & coniecturam fortasse minime poenitendam proponere. Mirari quidem non desinebam eorum verborum improprietatem. Principio si Pompeii, ut vulgo ferebatur, ab Hercule fundati fuere, & ab Herculea boum *pompa* nomen urbi factum est, quae inepta Servii πρόληψις, *in quadam Campaniae civitate?* nonne dicendum potius erat *in quodam loco*, vel *agro*? Praeterea, ut animadvertimus, quid sibi vult vaga illa loci designatio *in quadam*? Tertio cur *civitatem* improprie dixit, non *urbem*? Etsi enim *civitatis* nomen metonymice pro *urbe* ponatur; tamen ignorare Grammaticus non poterat notissimum inter *urbem*, & *civitatem* discrimen; nam *conventicula hominum*, ait Tullius *pro Sext.*, *civitates nominatae sunt, domicilia coniuncta urbes dicimus*: quod utique discrimen ad tollendam ambiguitatem heic erat servandum. Ad haec si ea *civitas* a boum pompa Pompeiorum nomen obtinuit, cur non potius dixit, *Pompei dicitur illa civitas*, quam *Pompeii dicuntur civitas*? Scio equidem, quod tyrones non ignorant, huiusmodi syntaxin Graecorum imitatione a Latinis usurpari, ut verbum inter duos rectos positum cum utrovis copulent, etsi ad alterutrum proprie pertineat; sed novi etiam sermonis perspicuitatem adprime servandam, quae in hisce Servii verbis sic interpretatis omnino deperiit. Denique cur rursus inculcat *Civitas*? Nonne satis erat, *unde Pompeii dicuntur*? Adeone illo *Civitatis* nomine oblectabatur? Haec omnia igitur simul conlecta in eam suspicionem me adduxere, aliquam Servii verbis subesse sententiam, quae primo intuitu se non proderet. Itaque, ne te amplius morer, conieci, & mordicus teneo, non alia de causa eum dixisse in *quadam Campaniae Civitate*, nisi quia sua iam aetate, uti nunc, Pom-

Pompeii vulgo dicebantur *Civitas*. Et ſane cum locus, ubi Pompeii tumulantur, poſt hominum noſtrorum memoriam ſemper in vulgus audierit latino nomine *Civita*, licet ſubpoſitae urbis memoria obliterata penitus eſſet; procul dubio ab uſque eo tempore, cum homines recenti clade ibi urbem tumulatam eſſe noverant, nomen invalere debuit, quod poſteri traditum, etſi nomenclationis vim ignorarent, retinuere. Quod cum animadvertiſſem, Grammaticorum optimo ſuccenſere deſii; imo gratias ei maximas habui, quod eam quoque memoriam nobis ſervaverit. Conſultiſſime igitur ipſe ſcripſit: *in quadam Campaniae CIVITATE pompam triumphi ſui exhibuit, unde Pompeii dicuntur CIVITAS*. Hoc pacto ſi Servium explices, non eſt, quod in eo praeter breviloquentiam ſugilles. Quomodocumque tamen eius verba adcipias, numquam profecto Pompeios ſua aetate incolumes ſtetiſſe concludes.

XIV. Nec Martianus Capella.

Cient etiam Martianum Capellam, ut de utriuſque urbis exſiſtentia quarto ſaltem Chr. ſaeculo teſtetur. Ipſe vero *lib. VI c. 18 De conditoribus urbium* ſermonem inſtituens, inter cetera ſic ſcribit, prout in editis habemus: *Ab Hercule Herculanium ad radicem Veſuvii, a quo haud procul Pompeios, cum boum pompam duceret Iberorum.* Macti tanto teſte eſtote. Quid inde conficitur? Urbes illas Martiani aetate adhuc ſtetiſſe. O lepida capita! Sed ſi iam excidiſſent, quomodo aliter dicere oportebat? Addendum erat, *quae amplius non exſtant*. Probe. Verum Lamius religioni duxit reticere, eum locum aliter a Salmaſio emendari, ita ut Herculaneum inde abradendum duceret, tum quia mss. optima non habent, tum etiam quia Martianum e Solino, qui de Pompeiis tantum loquitur, profeciſſe patet. Itaque dat victas Salmaſio manus de Herculaneo; continuo tamen Solinum inter ſuos teſtes enumerat, quippe ſcripſerat: *quis ignorat conditos ab Hercule in Campania Pompeios?* Papae. Ad ſummam igitur, cum lis de Herculaneo eſſet, praeter Florum, hoſce teſtes pro unis Pompeiis produxit; quaſi vero, dum Pompeii ſtarent, Herculaneum obrui non potuerit.

XV. Multo minus Dion.

At at Dionem ipſum Lamius producit, ut probet Titianam eructationem talem tantamque non fuiſſe, ut *integras urbes obrueret*; quare praeteriens diſertiſſima eius verba modo recitata, δυο πολεις ὅλας κατεχωσε, producit ea, quae de cinere Romam uſque delato Hiſtoricus habet: ἡ μεν ουν τεφρα αὕτη ουδεν μεγα τοτε κακον αυτους ειργασατο· ὕστερον γαρ νοσον σφισι λοιμωδη δεινην ενεβαλε; *verum cinis ipſe nequaquam magnum malum tum ipſis adtulit; ſed poſtea peſtem eis diram creavit*. Pompeii igitur, & Herculaneum cinerem facili negotio per Lamium excuſſere, quia ille magnum malum Romae non adtulit. Riſum teneatis amici. Adeone Eruditi in contentionis aeſtu inſaniunt?

XVI. An Peutingeriana tabula Adverſarios tueatur.

Sed amplius fortaſſe, quam par erat, hiſce nugis recitandis lectores diſtinui. Veniamus ad illud unum, quod momenti aliquid habere videtur. Auguſtana Tabula, aiunt, inter reliqua oppida *Herclanium*, & *Pompeios* depingit, eorumque diſtantias ſignat. Nonne igitur Theodoſii iunioris aevo, adhuc ſtabant? Ita quidem, niſi aliunde illorum excidium conſtaret. An uno teſte ab illa aetate remotiſſimo tot coaevos minime ſuſpectos in re tam luculenta mendacii arguemus? Ampliandum potius, & res melius perpendenda. Et re quidem vera ille infelicis aevi Geographus, qui penſi habuit eam tabulam adornare, cum hinc longe gentium degeret, ſatis fortaſſe duxit ex antiquioribus tabulis, vel itinerariis haſce regiones deſcribere, parvi faciens, exſtarent, nec ne ea loca, quae adpingeret: ob quam ſupinitatem ei quoque gratias habeamus, oportet.

XVII. An Tabulae *Herclanium* idem ſit, ac vetus *Herculaneum*.

Verum, quominus huic coniecturae omnino adquieſcam, vox illa *Herclanium* intercedit. Cum enim ipſa barbariem, vel graeciſmum ſequioris aevi redoleat, non videtur ex optimae aetatis tabulis profecta. Quare illud potius adſtruerem, quarto labente ſaeculo non quidem Herculaneum ſtetiſſe, ſed *Herclanium* illi fuiſſe impoſitum. Etenim neque ratio ſuadet pulcherrimam oram diu incolis deſertam iacuiſſe, & rudera, quae ibidem ſuper Titiana egeſtione ſuperſtructa invenimus, ſatis docent, homines illius cladis oblitos, nec periculo deterritos, tractum illum, cui Herculaneum ſuberat, rurſus incoluiſſe. Nec ſane multo poſt id factum dixeris, ſi ea rudera inviſes, quae poſt *Incurabilium* valetudinarium ſub dio adhuc exſtant (4). Ea enim etſi

(4) Huiuſmodi rudera in aperto ſupra Titianam egeſtionem, & extra priſcum oppidi ambitum poſita ſunt, adeo ut ad illud minime pertinuiſſe palam ſit: nihilo tamen minus antiquae ſtructurae certos characteres praeſeferunt. Idem cernere eſt in eo loco vulgo dictus *Sora* in altera mappa deſignato, ab antiquo pago Sola, de quo mentionem fecimus *Cap. IV §. IX*, ubi etiam veteris aedificationis veſtigia Herculanenſi topho impoſita paſſim viſuntur. Adeo verum eſt, non diu a clade in vaſta illa ora aedificia denuo adſurrexiſſe, quae poſtea item exciderunt.

etsi super veteri tellure sint imposita, & a Titiani aevi elegantia distent; tamen reticulatum opus, & tessellata pavimenta, & picti parietes supparem Tito aetatem praeseferunt.

XVIII. *Herclanium sive Herculis Porticus quando surrexerit.* Et quidem si *Herculis Porticum*, de quo Petronius Arbiter *cap. 106* meminit (5), & quem in Neapolis vicinia fuisse non est ambigendum, pro ipso Herculaneo adcipias, ut Burmannus ibidem coniecerat, & postea Martorellius in *Th. Calam.* & Cl. Ignarra in *Pal. Neap.* eruditissime confirmarunt; habebis certe, exeunte altero a Christo nato saeculo, h. e. centum & amplius annos post Titum (quae Petronii aetas fuit (6)) eo in loco, ubi vetus Herculaneum iacebat, alterum oppidum surgere coepisse, quod *Herculis Porticum* vocitabant; atque ad illud ea rudera sepultae urbi denuo imposita pertinuisse facile concludes; unde hodiernum nomen *Portici* pago superstes haeserit. Nam cur novus ille pagus *Porticus* nomine salutaretur, optime adstruit doctissimus Palestrae Scriptor, h. e. *ab Herculis templo, ac porticu, quam Sacrorum Herculeorum caussa adcolae frequentaverint. Ex hac porro Porticu nomen pago* Portici *dicto, qui in ea vicinia succrevit, quaesitum, puto, fuit.* Unum tamen tanto Viro non concesserim, Herculeum illud templum cum aliquibus veteris Herculanei reliquiis *superstes* Titianae cladi fuisse. Ex iis enim, quae hactenus disputavimus, abunde liquet, nihil non obrutum in illo tractu fuisse: tam modica enim fuerat veteris soli inaequalitas, eaque eruptionis indoles, forma, atque altitudo, ut impossibile fuerit, quantumvis ingens aedificium caput emergere: itaque & templa, & theatrum ipsum in profundo posita invenimus. Quamobrem putaverim potius, post cladem illam Herculis templum illic denuo excitatum, ne cum Herculea urbe Herculis religio periret, illudque amplis porticibus munitum, idcirco prorsus, quia in deserta ora positum, indigebat, quo se peregre advenientes Numinis cultores ab aëris inclementia tutarentur. Interim exstructo templo, quod adcolae religiosissime celebrarent, consequens fuit, ut illi in amoenissima ora pagus adgregaretur, qui *Herculis Porticus*, vel Graecanica forma Ηρκλανειον *Herclanîum*, utique a Graecis Neapolitanis (7), quorum in agro pagus ille tum erat, compellaretur. Atque hoc nempe est illud Peutingerianae tabulae *Herclanîum*, quod utique ab antiquioribus Geographis describi non potuisse patet. Neque oggeras, nos inconsulta huius tabulae auctoritate veteris Herculanei situm, & distantias firmasse; siquidem illa de prorsus alio oppido loqueretur. Etenim & novum Herculis templum ibidem religionis gratia positum oportuit, ubi alterum obrutum fuerat, ipso Herois adventu sacrum; & rudera illa cum humanorum ossium cemeterio, certissimo villae indicio, de quo semel atque iterum memini, ibidem detecta fuere, h. e. sub Augustinianorum nemore; ita ut illis subposita esset pseudurbana domus, ubi papyracea volumina delitescebant.

XIX. *Anonymus Ravennas nostram sententiam firmat.* Totam autem hanc nostram coniectationem mirifice confirmat Anonymus Ravennas, qui *lib. IV cap. 32* inter maritima loca non solum *Pompeios*, sed & *Merclanium* recenset; pro *Merclanio* enim, reponendum, ut in Augustana tabula, *Herclanium*, quis dubitet? Namque cum hic scriptor non ante saeculum VII floruerit, quippe qui S. Isidori Hispalensis meminit (ut critice observat *Franciscus Christ. de Sceyb* in *Tabula Peuting. cap. 2*), anne saeculo VII adhuc Pompeios, & Herculaneum incolumes stetisse concludent? Minime quidem; Theodorici enim aevo tumulatas fuisse ducunt. Igitur vel Ravennatem ex antiquioribus itinerariis sua somnolenter descripsisse, minime sollicitum, exstarent, nec ne ea loca, quae adnotabat, dicent; atque ego reponam: eccur non tantumdem Tabulae auctorem fecisse pernegabimus? vel nobiscum fateantur, illis urbibus olim sub Tito consepultis alias cognomines postea fuisse impositas.

XX. *Pompeii non aeque adsurrexerunt.* Hoc autem de Herculaneo tantum intelligas velim ob ea, quae huc usque differui, minime vero de Pompeiis, ubi nulla recentiorum aedificiorum vestigia comparent; nisi forte in subposita illa planitie vicus aliquis adsurrexit, qui sibi Pompeiorum nomen ob vicinae obrutae urbis memoriam quaesivit. Sed potius crediderim urbem ipsam, licet desertam, vetus nomen & famam diu retinuisse, utpote quae non tam alte obruta, ut Herculaneum, sed semisepulta & altiorum aedificiorum capita ostentaret, & fortasse pau-pe-

(5) Petronii verba sunt: *Sed Lycas memor adhuc uxoris corruptae, contumeliarumque, quas in Herculis Porticu adceperat.*

(6) Consule Cl. Nicolaum Ignarra *de Pal. Neapol. pag.* 204.

(7) Vide, quae de Herculanensibus Neapolim receptis *Cap. sequenti* differemus.

perioribus domicilium aliquod praeberet; cumque in altitudine esset posita a transeuntibus monstraretur vel sub proprio *Pompeiorum* nomine, vel adpellativo *Civitatis,* quod ad nos usque pervenit; etsi opaco nemore totus ille collis postea fronduerit.

XXI. Eruta monumenta omnem effugium Adversariis negant.

Haec autem omnia idcirco fuse disseruimus, ut videant Lectores, in quanta Scriptorum luce Philologi isti coecutierint, & ut minime poenitendas coniecturas e Servii verbis, & Peutingeriana tabula, queis abutuntur, proponeremus. Quid vero illis respondebimus, cum ex ipsismet erutis monumentis suam opinionem firmare satagunt? Ignoscamus oportet, propterea quia tunc temporis scripserunt, cum primitus Herculaneum effodi coepit, atque pauca vix monumenta in lucem venerant, de quibus fando tantum audiebant, utpote quae caute custodirentur. Nam nemo, putem, hodie in tanta monumentorum copia publici iam iuris facta in dubium revocaret, Pompeios, & Herculaneum sub Tito fuisse obrutas. Ecquid enim ex ambabus urbibus erutum est, quod non certos Titianae aetatis characteres praeferat? Quid in aedificiis sive privatis, sive publicis inventum est, quod insequentium saeculorum barbariem redoleat? Nonne architectura, domorum forma, tectoria, reticulata opera, tessellata pavimenta felix Titi saeculum sapiunt? Quid de pictis, & sculptis monumentis dicam? Stipes sane erit, qui non illorum aetatem primo intuitu noverit. Ecquid in tot picturis, & anaglyphis, quod vel christianismum, vel aliud tertii, & quarti saeculi monimentum exhibeat? Ecquod nomen in tot lapidibus visitur, quod ad insequutam Tito aetatem referri queat? Omnium Imperatorum ad Titum usque nomina insculpta exstant, posteriorum nullus omnino comparet, praeter Domitianum *Caesarem*, qui eo titulo multis ante illud excidium annis, ut notum est, fuerat decoratus (8). Idem in nummorum serie observatur, quae in ipso Domitiano *Caesare* conquiescit. Sed quid dico nomen? ecqua sigla, ecquod elementum insculptum cernitur, quod forma sua inficetis temporibus tribui possit? Stetit igitur Herculaneum, steterunt adhuc Pompeii tria & amplius saecula, si hosce Eruditos audies; sed ita steterunt immobiles, ut & nihil a primaeva elegantia desciscerent, & nullum amplius litteratum monumentum ponerent, &, quod caput est, nummos amplius praeter veteres illos non tractarent. Id vero est portentorum omnium portentosissimum. Sed in huiusmodi nugis satis superque temporis trivimus.

CAP. XV.

Quodnam solatium Herculanensium, & Pompeianorum superstitibus Titus Caesar adtulerit.

I. *Curatores* restituendae Campaniae a Tito missi.

Imperatorem Titum post illam Campaniae vastitatem in rem praesentem venisse, ut omnia damna per se conlustraret, & deinde Duoviros consulares in eius subsidium misisse των οικιστων nomine, & potestate auctor est Dion *in Tito*: Τιτος τοις μεν Καμπανοις δυο ανδρας εκ των ὑπατευκοτων οικιστας επεμψε, και χρηματα αλλα, και τα των ανευ κληρονομων τεθνηκοτων εδωρησατο, quae sic Reimarus *pag. 1097* vertit: *Titus ad Campanos misit duos viros consulares, restituendae regioni, iisque praeter aliam pecuniam dedit eam potissimum, quam reliquissent ii, qui sine heredibus mortui essent* (1). At hac ver-

(8) Inscriptio scilicet *Domitiae Cn. F. Domitiani Caesaris* transversum egerat Lamium; sed ipsemet postea errorem confessus est, etsi sententiam non mutaverit. Ea de re sic Iacobus Belgradius *Epist. V ad Gorium in Symb. Rom. pag. 96*: *Verum existimo non ad Domitianum iam Imperatorem, sed ad eumdem longe antea Caesarem, & Consulem monumenta huiusmodi referri oportere. Domitianus eodem anno, quo Herculanium excidit, septimum Consulatum obtinuit, Caesar longe antea dici coeptus. Inscriptio recens inventa, ubi adversarii tot fluctus, velut in simpulo, excitant, Domitianum Caesarem unice memorat.*

(1) Idem Titi facinus sic narrat Suetonius in eius *Vita cap. VIII: Curatores restituendae Campaniae e consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Vesevo, quorum heredes non exstabant, restitutioni adflictarum civitatum adtribuit.* Quos ergo Dion vocat Graece οικιστας, Suetonius adpellat *Curatores*. Ab eo autem, quod *sorte* ductos narret, evincitur muneris amplitudo; id enim fieri solitum erat, *ne*, ut ait Tacitus *IV Hist. c. 8*, *ambitioni, aut inimicitiis locus foret*; quod rem magni momenti supponit. Illud unum fortasse in hisce Suetonii verbis nostrae opinioni adversari videbitur, nempe caduca oppressorum bona *restitutioni adflictarum civitatum* fuisse adtributa; quasi civitates pessumdatas paterna Titi cura restituerit: atque id quidem sonare possent verba illa, nisi facto abunde constaret, numquam urbes illas, de quibus sermo est, caput erexisse, sed tantummodo vicos quosdam sero nimis eisdem fuisse impositos. Quapropter verbum illud *civitatum*, heic proprie stricteque sumendum putarem pro civium *corpore*, non pro *urbibus*, h. e. aedificiorum congerie, ut vel tyrones norunt. *Civitates* autem fortasse, non *cives* apposite dixit Historicus, quia plures *civitates* profugi illi constituebant, quibus restituendis nihil opportunius excogitari poterat, quam Colonorum more aliis civitatibus adgregare. Quod si id minus placeat, reponam, bona oppressorum restitutioni *adflictarum*

versione non totam reddidit Vir doctus vim vocis οικιστης. Nam qui vel mediocriter graece norunt, probe tenent, ecquos οικιστας antiqui vocarint. Sane hoc vocabulum, quamvis vi sua meros *aedificatores* sonare videatur; tamen perpetuus usus obtinuit, ut tam Graecorum οικιςας, quam Latinorum *Conditor* non de meris parietum structoribus usurparetur, sed signaret eos, qui colonias deducerent, conderentque, idcirco *Conditores*, vel ut ait Suetonius, *Curatores* uno verbo latine adpellatos (2).

II. Quodnam eorum officium.

Igitur hoc loco Conditores isti non tam ad centenorum aliquot huius, aut illius adhuc stantis oppidi civium, quorum aedes conciderant, commodum praecipue referebantur (nam horum resarcire damna sine splendido των οικιστων Magistratu proclive fuerat); verum ad eas potissimum urbes pertinent, quas in totum obrutas consedisse constabat; in quarum certe numero Herculaneum, & Pompeii primas ferebant. In earum igitur civium gratiam potissimum necesse fuit aut novas a fundamentis urbes exstruere, aut vicinas prolatis pomeriis amplificare, quo novae ad habitandum insulae novis colonis, uti quique ex viciniore deleta civitate deiecti fuerant, cederent. At novas tum quidem urbes, vel supra consepultas, vel in ea vicinia statuere nec expeditum erat, nec alicubi statim factum legimus; sed effossa monumenta id tantum ostendunt, tractu temporis in Herculanensi ora fieri coeptum, ut *praeced. Cap.* observavimus. Alterum igitur placuisse necesse est, nempe ut vicinarum spatia in palantium confugium laxarentur. Et in harum quidem duarum urbium maxime gratiam duoviros illos Conditores fuisse ab Imperatore delectos, etiam numerus docere possit; nec enim a vero abhorret, eorum unum Pompeianis, alterum Herculanensibus deducendis suam navasse operam. At nolo de his argutari, & lectorem per coniecturarum incerta delassare.

III. Quo profugi Pompeiani deducti sint, incertum.

Verum quonam Pompeiani deducti a suo Conditore fuerint, quis nobis alius, quam augur Apollo divinaverit? Potuere Acerris, potuere Nolae, vel Nuceriae in paratis sibi sedibus collocari; harum enim urbium ternio praeter vicinitatem commerciorum societate cum Pompeianis, Strabone teste, coaluerat. Nos quidem pro Nola stamus, eo uno argumento ducti, quod Pompeii in agro Nolano ad hunc usque diem exstent; ut coniiciendum sit, nonnisi Pompeianis Nolae receptis, Nolano agro Pompeianum adcessisse, ut Neapolitano Herculanensis. Sed monumentis omnino destituti nihil certi adserere audemus.

IV. Herculanenses Neapolim deductos inscriptio docet.

At non idem de Herculanensibus sermo. Eos enim in proximam urbem Neapolim tunc cum maxime florentissimam deductos fuisse non sola verisimilitudine, sed certo documento tenemus. Epigramma enim illud a Grutero relatum *pag. 439 num. 6*, quod ex *Georgio* Fabricio didicerat, *in agro Neapolitano* (3) *in Villa Bernardi Martirani Petra-alba dicta* olim stetisse (unde in atrium templi D. Antonii Abbatis, ubi hodieque visitur, translatum fuit) L. Munatio Concessiano positum, sat lucis huic investigationi offundit; quippe cum illud, etsi veteri Herculaneo abiudicandum, ut iam *Cap. IX* adstruximus, tamen & ad Herculanenses, de quibus in eo fit mentio, pertinuisse ambigi non possit, & Neapoli stetisse certissimum sit. Operae igitur pretium erit illud iterum producere, atque ad trutinam revocare.

rum civitatum, non vero penitus obrutarum fuisse adtributa. Novimus enim praeter urbes illas, quae omnino consederant, alias vicinas fuisse terraemotibus quassatas, nec sine multorum civium exitio. Et ne longe abeamus, Neapolim hanc nostram terraemotibus sic male habitam fuisse; ut multa aedificia conruerint, abunde testatur mutilum Graeco-Latinum marmor a Grutero relatum *pag. 173 n.* 8, in quo supplendo tum Mazochius, tum Martorellius, tum Ignarra insudarunt. In eo enim palam fit, Titum aedificia (quaecumque tandem ea fuerint) *terraemotibus conlapsa* Neapoli *restituisse*, idque anno statim post Vesuvinam cladem; quippe signatum habet VIII eius Imperatoris consulatum. Praeterea in eo excidio plures Neapoli fuisse oppressos docet Papinius *Sylv. IV carm.* 8, cum Patriae suae gratulatur ob Menecratis prolem, qua oborta Vesevi damna reparari occoeperint:

Parthenope clari genus ecce Menecratis auget
Tertia iam soboles: procerum tibi nobile vulgus
Crescit, & insani solatur damna Vesevi.

Numquid ita cecinisset, nisi magna mortalitas ex Vesuvii insania Neapoli fuisset? De huiusmodi igitur adflictis civitatibus restituendis loquitur, ni fallor, Historicus; non vero de consepultis, quae nullo pacto restitui poterant: sed tantummodo profugis civibus sine tecto & lare erat consulendum.

(2) Doctus *Thaecae Calamariae* Auctor *lib. II cap. V p.* 441 in interpretatione vocis οικιστης nobiscum fere sentit, vertit enim *Coloniae dux*. Sed perverso nimis ratiocinio inde concludit, novos Colonos a Tito Herculaneum tunc immissos, quasi diruta & sepulta urbs, ut ipse fatetur, civium numero compleri posset.

(3) Petralba Villa sesquimilliario a Neapoli dissita est.

L·MVNATIO CONCESSIA
NOV·P·PATRONO COLO
NIAE PRO MERITIS EIVS
ERGA CIVES MVNIFICA
LARGITATE OLIM HONO
REM DEVITVM PRAESTAN
TISSIMO VIRO PRAESENS
TEMPVS EXEGIT QVO ETIAM
MVNATI CONCESSIANI FILII
SVI DEMARCHIA CVMVLATIORE
SVMPTV LIBERALITATIS ABVN
DANTIA VNIVERSIS EXIBVIT CIVIBVS
OB QVE TESTIMONIA AMORIS SINCERIS
SIMI·REG PRIMARIA SPLENDIDISSI
MA HERCVLANENSIVM PATRONO MIRA
BILI STATVAM PONENDAM DECREVIT

V. *Veteri Herculaneo ea inſcriptio abiudicanda.* Principio eius marmoris dictio, ſiglae, orthographia, & characterum forma ea eſt, ut exſerta voce aetatem Tito longe ſequiorem oſtentet; itaque nec antiquius medio ſaeculo tertio, nec diu recentius aevo Conſtantiniano fuiſſe videtur. Praeterea, cum *Demarchia*, h. e. Graecanico Magiſtratu Munatium Filium functum exhibeat, neutiquam ad Herculaneum noſtrum pertinere poteſt, utpote quod Romanum Municipium ad ultima uſque tempora omni Graecitate alienum fuiſſe ſatis ſuperque oſtendimus. Id etiam dicendum de appellatione *Coloniae*, quam minime Herculaneo convenire ſupra docuimus. Denique ipſa vox *Regio Herculanenſium* ab Herculaneo illam epigraphen abiudicat. Nam ſi ad Herculaneum Coloniam illa pertineret, quid ineptius, quam unam eius Regionem *Herculanenſium* dicere, & ipſum Regionis nomen reticere? Quod ſi reponas Regionem illam proprio nomine dictam fuiſſe *primariam*, tum illud *Herculanenſium* ſuperfluum erit (4). Etſi igitur Herculanenſes proferat, illi profecto eſſe nequeunt, qui olim ſepultam urbem inhabitaverant. De aliis ergo Herculanenſibus, ſive potius eorum nepotibus, qui poſt ſuae urbis fatum alio tranſmigraverant, lapidem loqui neceſſe eſt.

Contra vero Graeci Magiſtratus mentio, & ſingillatim *Demarchi* (5) Neapoli optime quadrat: ita etiam *Coloniae* adpellatio, qua per id temporis urbem noſtram gaviſam eſſe docti Viri (6) demonſtrarunt. Denique *Regionis* (7) deſignatio Neapolim intento digito oſtendit. Hanc enim urbem in VI. *Neapoli adferenda.*

(4) *Primaria* autem dicta eſt illa Regio, non quia primas ſupra reliquas omnes regiones ferret, ſed quia inter primarias ad ſecundariarum diſtinctionem cenſeretur; ea eſt enim eius vocabuli notio. Et quidem ea Regio, quae univerſam urbem Herculanei veluti repraeſentabat, conveniens fuit, ut primariis Neapolitanae urbis aequaretur.

(5) *Demarchum* principem fuiſſe Neapoli magiſtratum, teſtibus firmare non eſt opus. Satis ſit meminiſſe, e Spartiano *Hiſt. Aug. p.* 174 Hadrianum Neapoli fuiſſe ſalutatum *Demarchum: per Latina oppida Dictator, & Aedilis, & Duumvir fuit; apud Neapolim Demarchus*. Eodem honore apud Neapolitanos ornatum fuiſſe & Titum, acutiſſime coniectatur Cl. Nicolaus Ignarra in *Pal. Neap. Cap.V p.*108.

(6) Vide Reineſium . . . . . , Mazochium in *App. ad Cath. Diatr. III*, & prae reliquis noſtrum doctiſſimum Conlegam Nicolaum Ignarra in de *Pal. Neap. Part. II cap.V ſect.* 2 ubi hanc patriae antiquitatis partem in ſummam lucem revocavit.

(7) Conſule Mazochium *l. c. p.* 241, ubi & de Diaconis *regionariis* etiam differit.

in *Regiones* fuisse distinctam haud secus ac Roma, aliunde constat. Alium enim eiusdem prorsus aevi Neapolitanum titulum apud Gruterum *pag.* 430. *n.* 6 habemus, quem REGIO THERMENSIVM *Alfio Licinio Patrono Coloniae* posuit (8). Ad haec Magnus Gregorius epistola ad Fortunatum Neapolitanum Episcopum, & Acta S. Agrippini Episcopi Neapolitani eiusdem *Herculanensium* regionis meminerunt; nisi quod ab utroque scriptore curtato nomine *Herculensium* dicitur. Sed & ex iisdem S. Agrippini Actis novimus, ubi ea regio steterit, in ortivo scilicet nostrae urbis latere, eademque dictam etiam fuisse *Plateam Furcillensem*: quod nomen hodieque illi regioni superstes est, in qua S. Agrippini templum colitur (9).

VII. Herculanensium Neapoli receptorum vestigia.

Quod si ita se res habet, unde quaeso Herculanenses isti in urbem Neapolim commigrarunt, & regioni nomen dederunt? Nemo fortasse non providet. Nimirum consepulto sub vulcanica strue Herculaneo, alter, ambove Duoviri a Tito deducendae profugorum coloniae missi, non alibi eos, quam in vicina Neapoli collocandos putarunt, rati eos ex vicino posse avita praedia curare sua: quae quoniam montis eiectamentis obruta fuerant, visa sunt nova tunc adsignatione more coloniarum opus habuisse. Prolato igitur urbis pomoerio eo in latere, quod obrutum Herculaneum respiceret, profugos ibidem veluti novos Colonos statuerunt. Hinc illa Regio *Herculanensis* dicta: hinc Herculis cultus, veluti patrii Divi, ibidem maxime viguit, ut ad sera usque tempora ibidem manserit locus dictus Sanctae Mariae *ad Herculem*, & *compitum Herculeum*, qua ad D. Augustini aedem itur (10), & extra Portam Nolanam aedicula dicta Sancti Salvatoris *ad viam Herculeam* (11). Ex huius igitur marmoris testimonio, & priscis urbis nostrae nomenclationibus satis, ni fallor, de Herculanensium Colonia Neapoli post illam cladem recepta constat.

VIII. Idem e Statio eruere licet.

Sed & ipsa colonia praesidium e Statii auctoritate adsciscit, & contra inde Poëtae verbis lux offunditur. Papinius enim *Sylv.* *III carm.* 5, ut animos uxori adderet Neapolim Vesuvii causa redire timenti, sic ait:

Non adeo Vesuvinus apex, & flammea diri
Montis hyems trepidis exhausit civibus urbes:
Stant, populisque vigent. Heic auspice condita Phoebo
Tecta Dicarchei portus, atque litora mundi
Hospita: at heic magnae tractus imitantia Romae,
Quae Capys advectis implevit moenia Teucris;
Nostra quoque haud (12) *propriis tenuis, nec rara COLONIS*
Parthenope.

Dictitabat ergo non adeo Vesuvium saeviisse, ut omnes Campaniae urbes omnino exhauserit; stabant enim adhuc, atque vigebant Dicaearchia, Capua, atque Neapolis non tenuis propriis *civibus*, nec rara COLONIS. Quare praeter suos Cives, *Coloni* etiam Neapolim tum temporis celebrabant Statio auctore. Unde autem Colonos istos advectos dixeris, nisi ab obruta Hereulaneo, postquam vidimus Herculanensium regionem inter primarias nostrae urbis diu stetisse? Novi equidem *Colonos* a Poëtis aliquando pro *incolis* sumi; sed tamen de iis dicunt, qui lares suos alicubi fixerint. Nec enim nego Herculanenses istos *incolas* potius, quam stricte *Colonos* dici potuisse; siquidem nova prorsus Coloniae species erat illa, nec ab Urbe propagata, nec solitis de causis. Coloni vero idcirco dicti sunt recepti a Neapolitanis Herculanenses, quia & Duumvirum auctoritate deducti fuerunt, & in civitatis iura colonorum more admissi. Ceterum nescio, an Papinius Colonorum vocem alio, quam stricto sensu usurpet. Illud certum est, alibi ea fuisse usum, cum de Pu-

(8) Apud Hadr. Guilielmum olim stetisse dicitur; eiusmodi autem est:

LICINI
ALFIO . LICINIO
V. P. PATRONO CO
LONIAE . EX . COMI
TIBVS
REGIO.THERMENSIVM.VERE.PATRONO

(9) In Mazochiana Dissertatione de SS. Episcopis Neapolitanis in Appendice inter miracula S. Agrippini *p.* 340. *n.* 6. memoratur quaedam *Passara* in civitate Neapolitana habitans REGIONE HERCVLENSE, quae sanata ab Agrippino fuit. Rursus *pag.* 342 (quo ex loco scriptio Petri subdiaconi auctoris X saeculi incipit) legitur: *Dum* (S. Agrippinus) . . . . *ad suos consanguineos visitandi gratia pergeret in regionem videlicet HERCVLENSEM PLATEAM FVRCILLENSEM, ex qua idem originem nativitatis sumserat.* Ergo ubi *Platea Furcillensis* nunc est, ibi & *Regio Herculensis* (primitus *Herculanensium*) fuerat.

(10) Consule Jul. Caes. Capacium in sua *Historia Neapol. cap. XIV.*

(11) Vide eumdem Capacium in libro, cui titulus *il Forastiero pag.* 84.

(12) In vulgatis habetur:

Nostra quoque & propriis tenuis, nec rara colonis.

Sed nos Gaspari Barthio libentissime adsentimur, qui pro & reponit *haud*, atque sic adnotat: *Miror neminem doctorum hominum vel indicasse tantam hanc horum verborum corruptionem. At plane evidenterque contra mentem Poëtae eunt; sententia enim eius est, nec propriis, nec advenis habitatoribus raram esse suam Neapolim: haec autem contrarium omnino tinniunt*. Nobis tamen vulgata lectio minime incommodat; vel sic enim nobis magis suffragatur. Quippe sensus alius esse non posset, quam ille: Nostra Neapolis etsi propriis civibus terraemotu absumtis sit infrequens, colonis tamen aliunde advectis non est rara.

Puteolanis, quos Colonorum iura, & cognomentum a Nerone adcepisse novimus, & de Neapolitanis loqueretur; h. e. *Sylv. II carm.* 2:

Inde Dicarcheis multum venerande Colonis,
Hinc adscite meis, pariter his largus, & illis.

Si igitur Puteolanos stricto sensu *Colonos* dicit, cur non eodem pacto Neapolitanos? qui, licet Coloniae iura non adhuc obtinuerant, Coloni tamen iam tum adpellari ob Herculanensium deductionem gestiebant, quod denique cognomentum Imperatoris rescripto adepti sunt.

IX. Hinc *Porticus Herculis* Neapolitani peculii fuit.

Atque hinc datur intelligere, cur Neapolitani *Herclanîum*, sive *Porticum Herculis*, quam supra ipsum obrutum Herculaneum stetisse non futili coniectura ex Petronio arguimus *Cap. superiori*, celebrabant, & fortasse stata die sacra supplicatione adibant. Imo vero non ab aliis, quam ab ipsis Neapolitanis Herculanensibus templum illud cum Porticu fuisse denuo excitatum pronum est suspicari; quippe cum ager Herculanensis Neapolitano ipso iure adcesserit.

X. Hinc etiam Coloniae iura Neapolis postea impetravit.

Et quidem ex recepta hac Herculanensium colonia factum fortasse arbitramur, ut olim Neapolis Coloniae cognomentum & iura petierit, atque obtinuerit; non tamen sub ipso Tito, neque sub Nerva (ut Mazochius in *Dissertat. de Cathedr.* coniectavit), sed potius, ut luculentissime ostendit eruditissimus Ignarra in *De Pal. Neapol. Cap. V*, Antoninorum tempore. Cum enim communicata foret, celebri Antonini Imperatoris constitutione, toti Orbi Romano civitas, tum maxime vetera Municipia in ius Coloniarum mutari gestierunt, quippe Coloniarum ius, & adpellatio melioris notae esse diu ante coeperat. Id vero ut Civitates ab Imperatoribus impetrarentur, nihil opportunius, quam praetendere, se olim colonos re vera recepisse. Hoc igitur praetextu cum Neapolitani iam primum Municipes (13) facti minime carerent, utpote qui sub Tito Herculanensium coloniam intra moenia recepissent sua, haud difficile ipsis fuit ad Coloniae dignitatem eo obtentu pervenire.

XI. Conclusio.

Quandoquidem igitur splendidissimum illud Municipium, veluti nobilis surculus, in nostram Neapolim insitum aliquando fuit; ad domestica decora hoc sane non ultimum adcedit. Itaque nobismet iure gratulamur, quod Herculanenses memorias exsequendo, patrias simul antiquitates inlustrare, & maiorum nostrorum historiam e tenebris vindicare opportunissime datum fuerit.

FINIS PARTIS PRIMAE.

IN-

(13) Temperare heic mihi non possum, quin Patriae antiquitati consulam, & ex Tullio locum proferam, quod adhuc nescio, quomodo eruditorum sollertiam fugerit, quotquot pro Neapolitano Municipio adversus Martorellium digladiarunt. Pluribus enim in locis Tullius de Neapoli ad Municipii honorem evecta post civitatem Sociis, & Latinis datam meminit; sed eorum omnium auctoritatem declinare callidissime Martorellius sategit, & cum nihil ultra suppeteret librarios negligentiae, vel sublestae fidei accusavit, quasi verba vel transposuerint, vel de suo infarciverint. At nihil clarius, nihil ineluctabilius, quam quod idem orator habet in *Oratione pro Archia*, ubi ut probaret Archiam Civem Romanum iure factum, narrat *cap.* 3 eum *Tarentinos, & Rheginos, & Neapolitanos civitate donasse*; mox vero cum docuisset ipsum Heracleae etiam fuisse idoneo tempore h. e. *tum, cum lex ferebatur* adscriptum, & domicilium in Italia habuisse, & intra sexaginta dies apud Praetorem fuisse professum, quare ex lege ei civitas deberetur, ut argumentum cumulet, sic *cap.* 5 concludit: *Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis .... gratuito civitatem in Graecia homines impertiebantur, Rheginos, credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenii praedito gloria, noluisse. Quid? cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum MUNICIPIORUM tabulas irrepserint: hic, qui nec utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reiicietur?* Tantumdem enim per Tullium erat scriptum fuisse civem *Neapolitanum*, vel *Rheginum*, vel *Tarentinum*, quam Heracliensem, ut ad Romanam civitatem aditum quis iuridice haberet. Dicat nunc Martorellius confidentissime, oborta Neapoli contentione (ut Tullius idem *Corneliana cap.* 8 narrat), aeque ut Heracleae, *cum magna pars in iis civitatibus iuris sui libertatem civitati anteferrent*, a Neapolitanis publice repudiatam fuisse civitatem, ab Heracliensibus non item. Verum & e Papinio Statio duo proferam loca eruditis nondum observata, quibus plane conficitur, Neapolim sua aetate Romanum Municipium fuisse, & quidem pleno iure. *Sylvarum* enim V, *carm.* 3. quo Patri epicedion canit, ut eius generis nobilitatem extollat, inter alia eum infantem praetexta fuisse indutum, & aurea bulla insignitum, quod Romano more honestioribus pueris fuisse concessum, nemo ignorat:

. . . . . Etenim te divite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus,
Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.

Sylvarum autem IV *carm.* 8. Neapolitanis etiam in Romanum Senatum aditum patuisse, modo senatorius census, & nobilis stirps adessent, testatur; eam enim dignitatem Neapolitani Menecratis filiis auguratur:

Quippe & opes, & origo sinunt, hac lampade prima
Patritias intrare fores, hoc pube sub ipsa
(Si modo prona bonis invicti Caesaris adsint
Numina) Romulei limen pulsare senatus.

Adeo verum est Neapolitanos, etsi Graecitatem in moribus retinere mordicus studuerint; Romanam tamen civitatem post legem Juliam fuisse adeptos, καιπερ ουτων Ρωμαιων, ut loquitur Strabo.

INDEX CAPITUM
PARTIS PRIMAE.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CAPUT VIII.

CAPUT IX.

XV.

CAPUT X.

CAPUT XI.

CAPUT XII.

CAPUT XIII.

tal

I


I

DN·IMP·CAES
M·AVRELI·VALERI
MAXENTI·INVICTI
AVG
VI

D·N·IMP
FL·VAL·CONSTAN
TINO
AVGVSTO

2

3








Palmi cinque Napoletani.

G C D C




G. Casanova dis.

D. Casanova inc

I·C·C·D·V·F IEΛ

Palmi due Romani



Palmi due Napolitani

Casan. d.l.

Fi. inc.

IN PRAEDIS·IVLIAE·SP·F·FELICIS

LOCANTVR

BALNEVM·VENERIVM·ET·NONGENTVM·TABERNAE·PERGVLAE

CENACVLA·EX·IDIBVS·AVG·PRIMIS·IN·IDVS·AVG·SEXTAS·ANNOS·CONTINVOS·QVINQVE

S·Q·D·L·E·N·C·

A·SVETTIVM·VERVM·AED·

V·A·S·P·P· D·R·P· PROBVM

PRISCVM·AED

M·FELLIVS

L·CEIVM·SECVNDVM AED·O·V·F

PRONIVS·FECANTHVS·

L·CCAPELLAM

G. C. Palmi Quattro Napolitani V. S.

VO ... EICTIV
... MVS· Q· MOLTAM ANGI...
DEIVAST· MAIMAS· CARNEIS· SENATEIS· TANGI...
N DSII ... CNIOCEGMO· COMPARASCVSTER· SVAE· PIS· PERTEMVST· P...
DEIVATVO· SIPVS· COM ... NEI· PERVM DOLOM MALLOM· SIOM· IOCCOMO...
CAS AMNVD· PANPIEISVMBRATEIS· AVTI· CADEIS· AMNVD INIM· IDIC ...
TANVOINVD· MAIMAS· CARNEIS· PERTVMVM· PIEI· EX· COMONO· PERTEMEM...
COMONONI· HIPID ... PIS· POCAPIT· POST· POST· EXAC COMONO· HAFIEAT MEDDIS...
NEITVAS· FACTVD POVS· TOVTO· DEIVATVNS· TANGINOM· DEICANS· SIOM· DAT· EI...
DEICVM POD· VALAEMOM· TOVTICOM· TADAIT· EZVM NEP FEFACID· POD· PIS· DAT...
DEIVAID DOCVD· MALVD. SVAEPIS· CONTRVD· EXEIC FEFACVST· AVTI· COMONO· HI...
TO· ESTVD N. ØØ· IN· SVAEPIS· IONC· FORTIS· MEDDIS· MOLTAVM· HEREST· AMPERT· MI...
EITVAS. MOLTAS· MOLTAVM LICITVD ... SVAEPIS· PRVMEDDIXVD ALTREI CASTROVS AVCI EITVAS
ZICOLOM· DICVST. IZIC COMONONI. HIPID NEI· PON OP TOVTAD. PETIRVPERT· VRVST SIPVS· PERVM DOLOM
MALLOM· INTRVTVM. ZICO TOVTO· PEREMVST· PETIROPERT NEIP MAIS· POMTIS· COM· PREIVATVD· ACTVD
PRVTER· PAM· MEDICAT· INOM· DIDIST. IN· PON DOS MOXX· CON PREIVATVD· VRVST· EISVCEN· ZICVLVD
ZICOLOM· XXX· NESIMVM· COMONOM NI HIPID· SVAE· PIS· CONTRVD· EXEIC· FEFACVST· IONC· SVAE· PIS
HERESTMEDDIS MOLTAVM. LICITVD· AMPERT. MISTR EIS ALTEIS· EITVAS· LICITVD· PON· CENSTVR ... P
SANSAETAVTAM· CENSAZET· PIS· CEVS· BANTINS· FVST· CENSAMVR· ESVF IN· EITVAM· POIZAD· LICVI...
A'SC CENSTVR· CENSAVM ANGET. VZ ET AVT· SVAEPIS. CENSTOMEN· NEI CEBNVST· DOLVD· MALLV... A
IN· EIZEIC VINCTER· ESVF· COMENEI· LAMATIR· PF MEDDIXVD TO... TAD PRAESENTID· PERVM· DOLVM N
MALLOM· IN· AMIRICATVD· ALLO· FAMELO IN· EI· SIVOM· PAEIEIZEIS· EVST· PAEANCENSTO VST
TOVTICO· ESTVD ... PR· SVAE PRAEFVCVS. POD. POST· EXAC BANSAE· FVST· SVAE· PIS OPFIZOIS· COM
ATRVD. I... VD· ACVM· HEREST· AVTI· PRVMEDICATVD· MANIMASEPVM· EIZAZVNC EGMAZVM·
PAS· EX· AISCEN LIGIS· SCRIFTAS· SET· NE· PHIM· PRVHIPID MAIS· ZICOLOIS· X· NESIMOIS· SVAE· PIS· CONTRVD
EXEIC· PRVHIPVST· MOLTO· ETANTO· ESTVD· N· Ø· IN· SVAE PIS· IONC MEDDIS· MOLTAVM· HEREST· LICITVD
... AMIN ... TPEIS· AETEIS· EITVAS· MOLTAS· MOLTAVM· LICITVD· PR· CENSTVR· BANSAE
... ID NI· I· SVAE ... FVST NEP. CENSTVR· FVID· NEI· SVAE PR· FVST· IN SVAEPIS· PR· IN· SVAE
... EIQ· D ... IM· NERVM. FVST· IZIC· POST· EIZVC· TR PL· NI· FVID· SVAEPIS...
... VST IZIC AMPRVFID FACVS ESTVD· IDIC· MEDICIM· EIZVC
... AT ... CIM ... NIM· VI· NESIMVM
... VM POD
... MEDICIM

NVR ...
VVDAM
... VTCO ...

TVSENA
VM·DEIC IP
REM

E·IN POPLICO·IOVDICIO·NE·SEP
Q·NEIVE QVIS MAG·TESTVMONIVM·POPLICE·EI·D ... NTIARI
DATO NEIVE IS·IN POPLICO·LVVCI PRAETEXTAM·NEI ... SOLEAS·HABETO·NEIVE·QVIS
LQVOMQVE·COMITIA·CONCILIVMVE·HABEBIT·EVM·SVFRAGIVM·FERRE·NEI·SINITO

E·PLEBEIVE·SCITO·FACTVS·ERIT·SENATORVE·FECERIT·CESSERITVE·QVO·EX·HACE·LEGE
ERIT·OPORTEBITVE·NON·FECERIT·SCIENS·D·M·SEIVE·ADVORSVS·HANCE·LEGEM·FECERIT
VEI·VOLET MAGISTRATVS·EXSIGITO SEI·POSTVLABIT·QVEI·PETET·PR·RECVPERATORES
OQVE EVM SEHTA PARIAT·CONDVMNARI·POPVL· FACITOQVE·IOVDICETVR·SEI·CONDEMNATVS
AD·Q·VRB ... AVT·BONA EIVS·POPLICE·POSSIDEANTVR·FACITO SEI·QVIS·MAG·MVLTAM·INROGARE VOLET
PARTIS·FAMILIAS·TAXSAT·LICETO·EIQ·OMNIVM·RERVM·SIREMPS·LEXS·ESTO·QVAS·EI·SEI·IS·HAACE·LEGE

EI·NVNC·EST·IS IN·DIEBVS·V·PROXSVMEIS·QVIBVS QVEIQVE·EORVM·SCIET·H·L·POPOLVM·PLEBEMVE
DIC · COS· PR · MAG·EQ · CENS · AID · TR·PL·Q·III·VIR·CAP · III·VIR·A·D·A· IOVDEX·EX·H·L·PLEBIVE·SCITO
OSTHAC·FACTVS·ERIT·EIS·IN·DIEBVS·V· PROXSVMEIS·QVIBVS QVISQVE·EORVM·MAG·INPERIVMVE·INIERIT·IOVRANTO
DE·CASTORVS· PALAM·LVCI·IN·FORVM·VORSVS·ET·EIDEM·IN·DIEBVS·V·APVD·Q· IOVRANTO·PER·IOVEM·DEOSQVE
ERIT FACTVRVM·NEQVE·SESE·ADVORSVM·H·L·FACTVRVM·SCIENTEM D·M NEQVE·SEESE FACTVRVM NEQVE·INTERCESVRVM
EI EX H·L·NON·IOVRAVERIT·IS·MAGISTRATVM·INPERIVMVE·NEI·PETITO·NEIVE·GERITO·NEIVE·HABETO·NEIVE·IN·SENATV
VE QVIS·SINITO·NEIVE·EVM·CENSOR·IN·SENATVM·LEGITO QVEI·EX·H·L·IOVDICAVERIT·IS·FACITO·APVD·Q·VRB
IPVM SIET·QVAESTOR·QVE·EA·NOMINA ACCIPITO·ET·EOS·QVEI·EX H·L·APVD·SED·IOVRARINT·FACITO·IN·TABOLEIS

AM DEIXERIT·POST·HANCE·LEGEM·ROGATAM·EIS·IN·DIEBVS·X·PROXSVMEIS QVIBVS·QVISQVE
OVRANTO·APVD·QVAESTOREM·AD·AERARIVM·PALAM·LVCI·PER·IOVEM·DE ... E·PENAT
SE·ADVORSVM·HANCE·LEGEM·FACTVRVM·ESSE·NEQVE·SEESE
SE NOICE·LEEGEI

1

CUSPIUM·PANSAM
AED·D·R·P·CAMPANUS·ROG

2

M·CERRINIUM
AED·SALINIENSES
ROG·

3

C·IULIUM·POLYBIUM
IIVIR·MULIONES·ROG·

4

C·CUSPIUM·PANSAM
AED·MULIONES·UNIVERSI
AGATHO·VAIO

5

M·HOLCONIUM
PRISCUM·IIVIR·I·D·O·V·F

6

M·SAMELLIUM
MODESTUM AED
V·B·O·V·F

7

CN·HELVIUM
SABINUM·AED·ISIACI
UNIVERSI·ROG

Palmi cinque Napoletani

Gio. Casanova dis.

Car. Geri inc.

1

2

3

Gen. Casanova dis. Nic. Cesarano inc.

1

LAD · R.A.R · X
RVFI·PVG·MOLA...
II·NONAS·A
ET VENATIO

GLAD
PAR·XX·Q·P
PVG·NONA

ESA

GLAD
VELA
XIIIR

2

PVG·N·V·IIII·III·PR·K·DEC·VENAT...

3

DVOBVS·FABIIS FELI...

4

N·POPIDI
RVFI·FAM·GLAD·IV·K·N·POMPEIS·VENATIONE
EX·XIII·K·MAI·MALA·ET VELA·ERVNT
O·PROCVRATOR
FELICITAS

5

SATRIO·LVCRETIO·VALENTI·MVNIFICO
IV·SIBI·LIBERIS·FELICITER·PRO·VALENTE·EX·RO...

6

VALENTIS·FLAMINIS·NERONIS·AVG·F·PERPETVI
D·LVCRETI·VALENTIS·FILII...
V·K·APRIL· VENATIO ET VELA ERVNT
P·COLONIA

Palmi Cinque Napoletani

Casanova *Azzerboni*

1.

L·CEIUM·SECUNDUM·GAVIUM
DIGNUM · AED · VENERI · ROG·

2.

...ELLIUM·SABINUM
AED·IVVENEM·P·R·O·A
A·VETTIUM·FIRMUM
AED·O·V·F·D·R·P·O·V·F PILICREPI·FACITE

P·AQUINUM·D·I·D
L·CAECILIUM·CAPELLAM II·VIR·I·D
VENERI·ROGAT

L·CEIUM·SECUNDUM·AED QUEIUS EMIT
SECUNDUM·AED
FURNACATOR ROG

G.C. G.C.

Palmi Quattro Napoletani.

TREBIVM·FIGAVIVM·AED
LICINIVM·FAVSTINVM
AED·V·B·O·V·F
M·CERRINIVM·VATIAM·AED·O·V·FAV
FABIVS·FVPOR·ROG

C·IVLIVM·II·VIR·I·D· SVETTIVM·CVM·EPIDIO
POLIBIVM·DIGREIPVBL· II·VIR·I·D·O·V·DIGNAT
HERENNIVM·II·VIRVM
AED·O·V·F

TREBIVM·AED
V·B·O·V
M·CERRINIVM·VATIAM·AED
O·V·F·DRV

Palmi Otto Napolitani.



G. C.

N. F.

RVFVM·AED·O

1.

POSTVMIVM

MODESTVM·QVINQ·O

L·CEIVM·SECVNDVM·II·VIR

O F P·AELIVS

P·PAQVIVM·ET·A·VETTIVM·D·I·D·O·V·F

L·POPIDIVM·SECVNDVM·AED·D·R·P·O·V·F

2

3

IVM·PANSAM

AED·O·V·F

ALBVCIVM

4

VETTIVM·FIRMVM

AED·O·V·F·D·R·P

Palmi Quattro Napoletani



G.C. A.L.

1
ALBUCIUM·DOMINO
SP·RUOTUS·ROG·

2
CUSPIUM·PANSAM
AED·FABIUS·EUPOR·PRINCEPS·LIBERTINORUM

3
POPIDIO·RUFO·INUICTO·MUNI RIII
DEFEMSORIBUS·COLONIARUM·FELICITER

4
CN·HELUIUM
SABINUM·AED·O
IUNIA·ROG

5
PERENNINUS
OCELLAE·NIMPHEROIS
IKARO·UNICO·SAL·

6
M·HOLCONIUM·PRISCUM
C·GAVIUM·RUFUM·IIVIR
PHOEBUS·CUM·EMPTORIBUS
SUIS· ROGAT

7
POSTUMIUM·PROCULUM
AED·POTHINUS·ROG
PER IUNNIUM

Palmi Quattro Napoletani

G. C. A. L.

ADLEGERV...

M·CLODIVS·M·F·MEN·PROCVLVS A·TE
C·IVLIVS C·F· MEN· ALEXANDER A·L
L·BENNIVS·L·F·TRO· MARITVMVS A·L
CN·LAELIVS CN·F·MAE· PROBATVS M
L·ACVTIVS· TI·F· SPENDON M
ALFICIVS· C·F· MAE· HRMVS A
CN·LVSIENVS· CN·F·MEN· IVSTVS L
CN·LVSIENVS· CN·F·MEN· PROBVS
HEDIVS·Q·F· MEN· MODESTVS
A·CAECILIVS SEX·F·MAE·PROCVLVS
A·CAECILIVS·SEX·F· MAE·ASTVS
[illegible]
CLODIVS· SEX·F· MAXIMVS
NFIVRIVS·C·F·MAE· PRISCVS
QVINCILVS·C·F·MEN· FLORVS
RIONVS· C·F·VOL· ISIO
AVRELIVS·M·F·MAE· PRISCVS
C·POSTVMIVS·C·F·FAL· DIANV
C·NOVIVS· C·F· FAL·

M·NONIVS·
M·NONIVS·
M·CAECILIVS· T
Q·CAECILIVS· VESB
TI·ACVLIVS· BARBVLA
C·IVLIVS· FAVSTVS
N·CELERIVS· RVFVS
C·ATILIVS· PRISCVS·
M·POPIDIVS· TERTIVS·
C·PETRONIVS COMINIANVS
M·AVDIVS· SATVRNINVS·
M·LARONIVS· SATVRNINVS·
M·NONIVS· EPERASTVS·
M·REMMIVS· SVCCESSVS·
Q·IOV... RVFVS
M·NONIVS STEPHANIO·
N·VELLEIVS· LVSIVS·
N·BLASIVS· VENVTVS·
L·MARCIVS· SEVERVS·
[redacted] [redacted]
M·TVLLIVS· ASTVS
M·TVLLIVS· LVSIVS
C·CLODIVS· CELER
L·SEXTIVS· QVIETVS
[redacted] [redacted]
L· ANNIVS· PHILETVS
M· NOVIVS TROPHIMVS
F·OCTAVIVS IVSTVS

P·S
SEX·POMPEIVS
SEX·POMPEIVS ANTHVS
Q·MAECIVS CAMBRIANVS
M·CLODIVS AMPLIATVS
L·COMINIVS HYACINTHVS
M·SITTIVS PROCVLVS
M·SITTIVS IVSTVS
M·CALATORIVS CRESCENS
P·MEMMIVS·PRIMIGENIVS
C·VIBIVS EPITREPON
M·NONIVS SEVERVS
TI·ACVTIVS PATERCVLVS
Q·MAECIVS RVFVS
N·BLAESIVS ORIENS
M·NONIVS CARVS
A·MINIVS IANVARIVS
M·VINVLLIVS RROCVLVS
C·ATILIVS COSTANS
C·LICINIVS VITALIO

C PROCVLEIV
C TVRIVS
C·CLODIVS
SEX·ATELLIVS
L·ALSIVS VERECVNDVS
C·NOVIVS PRIMVS
L·QVINTILIVS TITIDVS
M·LIVIVS SP·F· SABINVS
M·EPIDIVS RVFVS
M·NONIVS PETORVS
M·LIVIVS CELER
T·MINVCIVS EVARISIVS
M·MITTIVS CELER
M·OFILLIVS LVSIVS
L·MAMMIVS CILIVS
M·CALATORIVS DIODORVS
M·LIVIVS SATVRNINVS
L·AMICIVS FORTVNATVS
L·FVFICIVS PRIICVS
C·NVMITORIVS PRIMIGENIVS
A·FVFICIVS SIE RATV
C·ARRIVS MAXIMVS

IASO
SABINVS
SVCCESSVS
CELER
ALBANVS
DILIGENS
SVCCESSVS
COMICVS

Gio. Batta. Malesci dis. 1. 2. *Vin. Segoni inc.*

NIVS C·L· DONAX
IIVS · P·L· HABER
IVS P·L· CINNAMVS
VS·P·L· TITHASVS
VS·P·L· LOPHVS
S·M·L· HYLA
A·L· PRIMIGENIVS
A·L· LVCRIO
C·L· FELICIO
PASINICVS
L· EVSTATIVS
FELIX
M·L· PRIMVS
LELIVS
ESTITVTVS
C·L ACRO
DORVS
VCVNDVS
BINVS
AMVS
M VS
FIDELIS
L· QVAR IO
SC NYMPHERO
CONIVS·C·L· AMPLIATVS
CASTRIC VS·Q·L· CRESCENS

C·I
L·M
C
TI·LV
IVS Q·SA
CVS C·ME
IVS C·VIR
Q·IV

Q
IA C·IVL
M·NO
OPS M·ACCA
INVS N·CRAN
LO N·VELLE
TVS L·LVSC

L
C· CALVIS
C· OPSIVS
C· ORSIVS
M·CALATOR
Q· IVNIV
C· IVLIY

BIVS
VTYCHVS
STI·L· HERMA
GALLICIVS·M·L· EROS
TI·IVLIVS·TI·L·NICOMEDES
A·TETTEIVS·)·L· AMYCVS
Q·MARIVS·Q·L· CRECON
Q·MARIVS·Q·L· ECHO
Q·MARIVS·Q·L·SVCCESSVS
M·VOLVSIVS·M·L· HERMES
A·TROILVS·A·L·AMIANTVS
Q·IVNIVS·Q·L· CERDO
C·IVLIVS·C·L· ONESIMVS
TI·CLAVDIVS·TI·L· FELIX
Q·NOVIVS·Q·L· SVCCESSVS
M·NONIVS·M·L·NEDYMVS
P·STLABORIVS·P·L·PRIMIGENIVS
L·T ILIVS·L·L· CLEMENS
P·STLABORIVS·P·L·FORTVNATVS
C·LVSIVS·C·L· ZITEMENVS
Q·IVNIVS·Q·L· CHRYSAN
M·PAPIRIVS·M·L· DAMA
C·ATILIVS·C·L· FELICIO
TI·CLAVDIVS·TI·L· PRIMVS
M·NONIVS·M·L· FELICIO
L·PACCIVS·L·L· PRIMVS
C·LVSIVS·C·L· FAVSTILLVS
L·AELIVS·L·L· CHRESIMVS
P·VALERIVS·)·L· CARPVS
P·VALERIVS·P·L· MARTIALIS
C·IVLIVS·C·L· FORTVNATVS
Q·NOVIVS·Q·L· LAIVS
Q·TERENTIVS·Q·L·AMPLIATVS
L·MAMMIVS·L·L·VRBANVS
P·MARIVS·P·L· COMMVNIS
C·PETRONIVS·C·L· STEPHANVS
M·MAGIVS·M·L· ENNYCHVS

C·EPIDIVS C·L· HELIX
M·ANTONIVS·M·L· DAPHNVS
M·CALATORIVS·)·L·FORTVNATVS
C·PETRONIVS·C·L· CELSVS
M·LARONIVS·)·L·THEONOMVS
C·VIBIV C·L· NICEPHOR
C·VIBI S·C·L· FVLIMENVS
C·HORT ONIVS·C·L·ALBANVS
L·AVIR NIVS·L·L· RVMA
C·VOLMENNA·)·L·THALES
M·NONIVS·M·L· IANVARIVS
Q·IVNIV Q·L· MASCVLVS
A·FVFICI S·A·L· LIMEN
Q·IVNIV Q·L· VALENS
L·MAMMIVS·L·L· SYNETVS
M·CALATORIVS·)·L·IANVARIVS
TREB·STATORIV TR·L·TERMINALIS
C·NOLEIVS·)·L· FELICIO
L·CANINIVS·L·L· VIATOR
SEX·POMPEIVS·)·L· MAIOR
M·CALATORIVS·M·L· PIERVS
L·SESTIVS·)·L· THALIVS
Q·NOVIVS·Q·L· HIMER
C·NOVIVS·C·L· TALVS
A·OFILLIVS·A·L·CORISCVS
Q·NOVIVS·Q·L· BITHVS
C·OISIVS·C·L· GORGIA
M·CANINIVS·M·L·PRIMIGENIVS
M·LIVIVS·M·L· CRESCENS
M·NONIVS·M·L· CELER
L·FVFICIVS·L·L· FORTVNATVS
C·POMPEIVS·C·L· LIBANVS
M·CELERIVS·M·L· LIBERALIS
TI·IVLIVS·TI·L· HERACLA
L·VELLEIVS·L·L· CRETICVS
C·LVSIVS C·L· APELLES
C·LVCCIVS·C·L· FELICIO
C·CASTRICIVS·C·L·HERMES
C·CALVISIVS C·L· HERMES
C·CALVISIVS C·L· ACATANCIIVS

ANVS
ISIO
L·L· SPHAERVS
NIVS·C·L·LYGDAMVS
M·NOVIVS·M·L·HERACLA
P·MARIVS·P·L· SVCCESSVS
SEX·POMPEIVS·)·L· FIDENS
Q·MAECIVS·Q·L· BASCANIVS
Q·SALLVSTIVS·Q·L·IVVENIVS
M·CANINIVS·M·L· BOLBIO
L·MAMMIVS·L·L· FESTVS
M·NONIVS·M·L·TARENTINVS
CN·OCTAVIVS·)·L· ONOMASTVS
TI·IVLIVS·TI·L· EVTYCHVS
TI·CLAVDIVS·TI·L·EPAPHRA
M·RVFELLIVS·M·L·LIBERALIS
C·NOVIVS·C·L· THESMVS
SEX·CAECILIVS·SEX·L· FAVSTVS
C·OPSIVS·C·L· AMERIMNVS
L·QVINTHIVS·L·L· FIRMVS
L·QVINTILIVS· L·L· PELOPS
A·CORNELIVS A·L· PRIMIGINIVS
L·MARIVS L·L· HILCIO
M·ANTONIVS M·L· PRISCVS
C·NOVIVS C·L· VERNIO
C·IVLIVS C·L· ANEOMACLVS
C·LIVIVS C·L· TYLVS
C·ALEICIVS C·L· PRIMVS
L·VITELLIVS L·L· MYRINVS
L·VENIDIVS L·L· CHRONIVS
A·VIBIDIVS A·L· HILARVS
P·BRINNIVS P·L· CALVPPVS
M·ANTONIVS M·L· CNIDVS
M·LIVIVS M·L· IANVARIVS
C·OLIVS C·L· ONESIMVS

Gio. Batta Malesci dis. *Palmi* *due* *Dom. Casanova inc.*

Q· CALCILIVS· Q·L· SABINVS
M· SITTIVS· M·L· AMICVS
C· IVLIVS· C·L· SYMPHORVS
Q· AELIVS· Q·L· SOTER
A· FADIVS A·L· ADIECTVS
L· CANINIVS· L·L· CNNAMVS
L· CANINIVS· Ɔ·L· NICIA
Q· NOVIVS· Q·L· AMETHYSTVS
Q· NOVIVS· Q·L· SPERATVS
P· PETRONIVS· P·L· HERMES
P· PETRONIVS· P·L· PRISCVS
C· MESSENIVS· Ɔ·L· FELICIO
Q· LOLLIVS· Q·L· DIGNVS
M· REMMIVS· M·L· NICATOR
A· TETTEIVS· A·L· MNESTER
CN· CORNELIVS· CN·L· FELICIO
L· MAMMIVS· L·L· EVHODVS
C· VIBIVS· Ɔ·L· ASCANIVS
Q· IVNIVS· Q·L· CRESCENS
M· REMMIVS· M·L· FELICIO
A· TETTEIVS· A·L· LONGINVS
L· MAMMIVS· L·L· REPLVS
C· MESSENIVS· C·L· LOLOGVS
C· MESSENIVS· C·L· METVS
IVS P
IMVS
VMENVS
RVS

M· VOLVSIVS M·L· FAVSTVS
M· NONIVS M·L· ANTHVS
Q· GRANIVS Q·L· CEILI
M· NONIVS M·L· CHRONIVS

VENERIA
M· SITTIVS· M·L· BERYLI
CN· NASSIVS· CN·L· PHILE
Q· LOLLIVS· Q·L· LOGISM
Q· LOLLIVS· Q·L· DYMA
C· NVMITORIVS· C·L· EVB
M· BVRRIVS· M·L· EVPHE
Q· IVNIVS· Q·L· MICC
P· IVRIVS· P·L· THESA
L· ATINIVS· L·L· CRINI
SEX· ATELLIVS· SEX·L· MER
C· VOLASENNA· C·L· HER
M· LIVIVS M·L· ALCIN
M· VIPSANIVS· M·L· AP
P· BRINNIVS· P·L·
C· IVLIVS· Ɔ·L· TRO
C· VOLASENNA· Ɔ·L· EV
M· TREBIVS M·L· EV
IS· M·L· D
CON

D· LVCILIVS· D·L· ABASCANTVS
P· BRINNIVS P·L· ROMANVS
C· NOLLIVS C·L· ATHICIVS
L· MAMMIVS· L·L· THIASVS
L· MAESONIVS· Ɔ·L· HOSPITALIS
L· VENVLEIVS· L·L· PHOEBVS
M· CALATORIVS· Ɔ·L· SALVIVS
TTEIVS· A·L· HEGEMON
VS· L·L· PRIMIGENIVS
FELIX

IIRI
PVRIVS
A· NONIVS
A· FVFICIVS·
L· LICINIVS·
C· VIBIVS C· ATIME
C· VIBIVS· C·L· ANEM
M· NONIVS· M·L· PYRR
A· TETTEIVS· A·L· HESYCH
CN· CORNELIVS· CN·L· AVG
M· VINICIVS· M·L· LVCIFE
C· TITEAVS· C·L· SVCCESSV

ONIVS Ɔ·L· FRVCTVS
NONIVS· Q·L· FAVSTILIVS
ONTIVS· L·L· PRIMIGENIVS
FICIVS· C·L· VALENS
FICIVS· C·L· PRIMIGENIVS
IS· C·L· FELIX
L· HERMES
L·L· CAIAES
FVME

THVS
ARICANVS
L· THALIVS
C·L· RESTITVTVS
CLVS· P·L· IVCVNDVS
NICVS· L·L· RESTITVTVS
M· NONIVS M·L· GENIMIS
M· CALATORIVS· M·L· MENOPHILVS
L· QVINTILIVS· Ɔ·L· CHIVS
Q· SATRIVS Q·L· CAMPANVS
T· ACVTIVS· T·L· ADAVCTVS
C· CALVISIVS C·L· ONESIMVS
A· CASTRICIVS· A·L· FELICI
P· MARIVS· P·L· NEDYMV
P· MESSENIVS· P·L· C
A· VITELLIVS
VS
MVS
RIMIGENIVS
C·L· GENIALIS
C·L· REGILLVS
IVS· C·L· INGENVVS
VIBIVS· Ɔ·L· NYMPHICVS
Q· IVNIVS· Q·L· EPAPHRODITVS
T· QVINCTIVS· T·L· ASBESTVS
M· VOLVSIVS· M·L· ASTIVS
A· VIBIDIVS· A·L· GNORIMVS
M· VOLVSIVS· M·L· BOETHVS
L· APPVLEIVS· L·L· HYACINTHVS
L· AQVILLIVS· Ɔ·L· DELPHVS
C· CAESETIVS· Ɔ·L· ANDRONICV
IVS· M·L· TERTIVS


Q· SERVI
M· NONIVS· M
L· PASSIENIVS· Ɔ·L· ADIECTVS
C· VIBIVS· Ɔ·L· FELICIO
M· VOLVSIVS· Ɔ·L· THELYS
Q· IVNIVS· Q·L· ANOPTES
SEX· ATELLIVS· Ɔ·L· FELIX
C· NOVIVS· C·L· SVCCESSVS
L· NVMISIVS· P·L· RESTITVTVS
P· BRINNIVS· P·L· CANO
A· OFILIVS· A·L· AMARANTVS
Q· IVNIVS· Q·L· LOGVS
Q· IVNIVS· Q·L· FORTVNATVS
L· NVMISIVS· L·L· CELADVS
L· NVMISIVS· L·L
P STI

C· IV
C· CRITONIVS
C· BLOSSIVS C·L· COMMVNIS
M· VOLVSIVS M·L· SABINVS
A· EVFICIVS· A·L· SVAVIS
A· FVRIVS· A·L· NICEPHOR
M· VOLVSIVS M·L· SVCCESSVS
C· RATVS· C·L· ASTIVS
Q· MAECIVS· Q·L· TVTVS
Q· MARIVS· Q·L· RHETVS
C· CLODIVS C·L· FELI
TLC

CAES


VSTVS
EVPHEMVS
CLAVDIVS HYMENAEVS
C· IVLIVS ATIMETVS
LAEVIVS TERTIVS
PTVS


Gio. Batta Malosci dis. — *Palmi due* — *Dom. Casanova inc.*






Casanova deli. I Cesarano Scul.










D · D
M·CAESIVS·DAPHNVS
DVOBIDENTAL·NVCERIAE·ET
VETVSTAM·AEDEM·GENI·STABIAR
LABANTIBVS·MARMORIB·VEXATA
PROVIDE · RESTITVIT

Palmi due Napolitani

Pietro la Vega dis *Car. Geri inc.*








P. la Vega

G. Casanova



Palmi Napolitani

1 5 10

P. la Vega *G. Casanova*



